

[illegible]

[illegible]

L. ANNAEI SENECAE

OPERA.

AD LIBROS MANUSCRIPTOS ET IMPRESSOS RECENSUIT
COMMENTARIOS CRITICOS SUBIECIT DISPUTATIONES
ET INDICEM ADDIDIT

CAROLUS RUDOLPHUS FICKERT.

VOLUMEN TERTIUM

CONTINET DIALOGOS NATURALES QUAESTIONES LUDUM QUINQUE
FRAGMENTA.

LIPSIAE

SUMPTIBUS LIBRARIAE WEIDMANNIANAE.

MDCCCXLV.

L. ANNAEI SENECAE

DIALOGI IX

AD LUCILIUM NATURALIUM QUAESTIONUM LIBRI VII

LUDUS DE MORTE CLAUDII.

AD LIBROS MANUSCRIPTOS ET IMPRESSOS RECENSUIT
COMMENTARIOS CRITICOS SUBIECIT QUINQUE
FRAGMENTA ADDIDIT

CAROLUS RUDOLPHUS FICKERT.

LIPSIAE
SUMPTIBUS LIBRARIAE WEIDMANNIANAE.
MDCCCXLV.

Typis Fr. Frommann.

PRAEFATIO.

Dialogorum *) titulo ut comprehenderem minora Senecae scripta philosophica, commovit me et brevitatis studium et antiquissimi codicis Mediolanensis (A vol. II. praef. p. XIII. c. 5.) auctoritas: quanquam non ignoro in illo codice Dialogis adiungi etiam libros de Ira. Idem vero liber, qui suppeditavit nomen commune, multum contulit ad emendationem: qui ubi defecit, in subsidium vocavi codicem Berolinensem (B vol. II. praef. p. XIII. c. 2. β) aut Iac. Bongarsii notata (Bong. vol. II. praef. p. XVIII.), maxime quibus adscriptum erat *ex Cui.* quod interpretor: *ex Cuiacii msto.* Reliqui enim mei, Guelferbytanus (G vol. I. praef. p. XX. II. 1. d), Vratislaviensis (V vol. II. praef. p. X. a. 4.), Mediolanenses D (vol. II. praef. p. XII. a. 14.) et E (vol. II. praef. p. XII. a. 15.), olim Trossianus, nunc Havniensis (T in libris de Providentia et de Brevitate Vitae a Trossio collatus, non descriptus), Gryphiswaldensis (g vol. II. praef. p. XI. a. 6. passim collatus a Fred. Haase), multo minoris sunt habendi, praeterquam quod G inter varias scripturas, tam inter lineas quam in marginibus appositas, interdum habet meliores. Nec maior est virtus librorum a prioribus usurpatorum: quae de his et de impressis in praefationibus vol. I.

*) vid. vol. II. praef. p. XIV. n. *).

et II. scripsi, hic repetere supersedeo. Adiice tamen, quod Gruterus in libris de Providentia, de Constantia, de Vita Beata praeter P2. 3. 4. Col. usus est codice Orteliano, V meo simili fere. Gronovius autem nonnumquam laudat cod. Bruxellensem, raro duo Bruxellenses. Praeterea in libello, qui de Providentia solet inscribi, B. A. Nauta*) duorum codd. Lugdunensium (F v) scripturas proposuit, quorum alter olim fuerat Franc. Fabricii, alter Is. Vossii: hic cum meo g solet consentire et altero est paulo deterior.

Ad Naturales Quaestiones emendandas adhibui tres libros mstos. Hi sunt:

I. Bambergensis (B) [M. IV. 16. Iaeck N. 1089.] membr. sec. XI. foll. 69. col. 1. linn. 38. Fol. Continet praeter alia Natt. Quaestt. Senecae fol. 9—45. Libri III. cap. 18. legitur post cap. 13. libri IV. A verbis *efferantur, quaedam* III, 25, 5. usque ad IV, 2 ex. omnia omittit: deinde aliis quoque locis est mutilatus aut interpolatus. Ceterum concordat cum Britannico Gronovii (Brit.)**) et Nicotiano Opsopoei (Nicot.), quos inspectos potius dixeris a viris doctis quam collatos. Laudavit Opsopoeus etiam codicem Memmianum (Memm.) Nicotiano praestantiorem nec dissimilem meo E. Multo autem saepius scripturis allatis codicum nomina reticuit: tum scripsi cod. Ops. aut codd. Ops., prout unius libri erat scriptura aut amborum, non imitatus Gruterum, qui satis audacter ipsa nomina Nicotiani et Memmiani substituit. Etiam Matth. Fortunati codd. (Fort.) consentiunt plerumque cum B meo: eius aute meditionem (apud Aldum 1522) cum non haberem, laudavi fide Gruteri aut Opsopoei atque per Man notavi.

Scripturas codicis B a Lud. Iano (in Seebodii Annalibus Philol. XXXI, 1. p. 261. sqq.) passim editas indicavi per Bamb. Idem vir doctus l. c. proposuit aliquot scripturas libri Wirceburgensis, Bambergensi melioris, atque addidit suum de utrisque iudicium, quod, cum ipse eruditissimus sit et in Senecae scriptis maxime versatus, plerumque fuit probandum.

---

*) L. Ann. Senecae Liber De Providentia, Sive Quare Bonis Viris Mala Accidant, Cum Sit Providentia. Recensuit, Varietate Lectionis, Et Annotatione Instruxit B. A. Nauta. Lugd. B. 1828.

**) Britannicum Erasmi, ut ab hoc distinguerem, appellavi Britan.

II. Berolinensis (E) [Ms. lat. Oct. 9.] membr. sec. XIII. foll. 98. col. I. linn. plerumque 25. 8. accurate scriptus litteris minutis, quarum prima auro et variis coloribus est picta. Continet inde a fol. 9. Senecae Natt. Quaestt. ll. VIII. (l. VIII. *De Nili incremento* est quarti initium [c. 1. 2.] suo loco omissum): in quibus, cum inter fol. 18. et 19. exciderint tria folia, desiderantur omnia a verbis [*adpa*]*ruit. Numquis* usque ad c. 15, 8. *detorquere.* Hunc esse eundem atque cod. Erfordiensem ab I. F. Herelio collatum statim intellexi, cum ante sex fere menses Herelii schedae ex Fessleri Apparatu ad me delatae sunt. Quo autem certius constaret de eius scripturis, Herelii excerpta integra dedi, nota e significata. Huius libri scripturas, cum omnium facile optimus esse videretur, tantum non omnes recepi, codicem alioquin optimum ne iis quidem locis deserendum arbitratus, in quibus alii speciosiora prae se ferrent. Nec tamen nego alicubi etiam hunc esse corruptum aut interpolatum.

III. Guelferbytanus (G. vol. I. praef. p. XX. II. 1. d) in his quoque libris passim meliorem scripturam in margine aut inter lineas habet quam in ipso contextu.

I. Fr. Gronovii notae mstae, quas ex bibliotheca civitatis Hamburgensis [Intpp. auctt. XXIX. 4°] nactus sum, plus conferunt ad explicandas Natt. Quaestt. quam ad emendandas. Sunt autem dictata illa, a magni viri quodam discipulo calamo excepta: nam Senecae Natt. Quaestt. se coram discipulis enarrasse ipse Gronovius tradit in Notis editis ad N. Q. II, 49, 3. p. 304. sq. Significavi per Gron. (ms).

Ex Gruteri mstis (Gr.) tantum P3. 4. Col. continebant Natt. Quaestt., ad quos accessit Fragmentum Coloniense (Fr— Col.) „annexum alteri illi Coloniensi: continet tantum Praefationem nec non quaedam alia excerpta, quae forte impleant folia tria.“ Praebet tamen scripturam probam et meo E similem. Lib. Fromondi opera (&4.) magis spectat ad illustrandas Natt. Quaestt. quam ad castigandas: idem licet asseverare de G. D. Koelero, cuius editio (Gotting. 1819) cum esset auctoris morte

praeventa, factum est, ut multis vitiis sit turpiter depravata. Ideoque aliquot Koeleri coniecturas consulto omisi.

De Ludo Senecae emendatius edendo spes, quam ex Theod. Oehleri litteris conceperam (vol. II. praef. p. XVIII.), decepta fere est, cum cod. Valentianensis, quem paucis ante mortem suam mensibus cum editione Tauchnit. accuratissime contulit Th. Oehler, alius non sit quam cod. St. Amandi (cod. Iunii), olim ab Hadr. Iunio (𝔖) usurpatus, nec suppleat lacunas aut Graeca corrupta melius concipiat. Sic descripsit librum Th. Oehler:

Cod. Valentian. N. 5. 1. (M. 268.) membr. 12°. sec. IX. 16 linn. cum larga marg. — liber monasterii Sct. Amandi in pabula ordinis divi Benedicti (sec. XVI.).

1. Incipit Liber Marii Plotii (de metris).
2. Inc. Ars Marii Servii Grammatici de centum metris.
5. De metris a Boethio usurpatis.
6. Annei Senecae proverbia incipiunt.
7. Rome in Imagine Constantini.
8. In memoria cuiusdam militis.
9. Lugduni in memoria geminorum.
10. In Tumulo Cuiusdam Medici.
11. Senece Ludus de morte Claudii. *Quid actum sit in coelo ... ut a cognitionibus esset. Damnabis nunquam* etc. (Reliqua et sequens pagina vacant.)
12. (sine titulo) Dn̄o patri vereque felici et purissima sinceritate venerando Grimaldo capellano Strabus Uualalfridus etc.
13. Incipit de aetatibus animantium Hesiod̄. . Ter binos decies — 10 v. — deus arbiter aevi.
14. Versus 27 de ventis.
15. Ad Boree partes sq. 12 v.
16. Tarpeio quondam consedit. 2 v.
17. Literas est gestam 2 v.
18. Clio gesta canens 11 v.

Hoc emendatior est, potissimum in Graecis, cod. Sangallensis (S) sec. X. (N. 569.) collatus cum 𝔖 ab I. C. Orellio (Ep. critica ad I. N. Madvigium v. c. p. XLI. sqq. M. T. Ci-

ceronis Orator etc. Tur. 1830). Praeter libri Sangallensis scripturas multum me adiuvit viri doctissimi de singulis locis sententia.

Cod. Guelferbytanus (G) [Extravag. 299.] membr. 4. min. sec. XV. foll. 92. col. I. linn. 17. Insunt 1) Senecae Ludus (fol. 2—16.) 2) Petronii Satyricon. 3) Leon. Aretinus in Oeconomica Aristotelis. 4) Heliogabali oratio ad meretrices. Codex videtur in Italia scriptus esse post inventam artem typographicam. (Fuit aliquando Parisios delatus.) Hic cod. ut recentior, ita multo deterior est Valentianensi et Sangallensi.

Praeter Iunii codicem iam memoratum olim collati sunt cod. Weissenburgensis (cod. Rhen.) a Beato Rhenano (𝔈1. 2.) *) et cod. Curionis (𝔆) nescio quis, quorum hic certe Graeca nonnusquam praestat minus corrupta, si fides haberi potest Curioni. Gruterus Ludi mstos non habuit: nam ex Col. hic libellus erat exsectus, in reliquis non fuerat. Gronovius bis laudat cod. Harlemensem, Lipsius (Epp. Q.) aliquoties suum.

In Ruhkopfii usum Bredowius, olim Prof. Helmst., codices Parisinos hos contulerat:

α. (mss. L. n. 6630.) membr. sec. XIII.

β. (mss. L. n. 8717.) membr. sec. XIV. „Fuit Iac. Aug. Thuani, postea Colberti, cum epigraphe: Annei Lucii Senece de morte Claudii, qui dicitur ludus Senecae, liber incipit. Sequitur Epigramma Martialis V, 42. nescio quare adscriptum. Bredow amic. monuit: „„Omnem varietatem huius auro et coloribus ornatissimi codicis excerpere gravior esset labor, quam Augiae stabulum purgare. Nonnulla tantum, quae memoratu digna esse videntur, adscribam. Versus illi, ni fallor, Martialis sunt: non video, quid hoc loco sibi velint.“ “

c. (n. 1936.) membr. olim Ducis de Bethune, sec. XIV.

d. (n. 6389.) membr. sec. XIV.

e. (n. 5055.) chart., olim Colberti, sec. XIV. aut in. XV.

f. (n. 6395.) membr. eodem tempore scriptus.

---

*) Editionem ipsius Rhenani (Basil. 1515.) non contuli: sed repetita est post paucos menses in 𝔈1. Nec contigit mihi excutere editionem Ludi principem: Lucii Annaei Senecae in morte Claudii Caesaris ludus nuper repertus. 4. s. l. et a.

g. (n. 8544.) membr. a. p. Ch. n. 1389. scriptus.

h. (n. 8542.) membr., primum Thuani, postea Colberti, sec. XIV. aut in. XV.

Cod. α, quem accuratissime scriptum dicit Ruhkopfius, totum contulit Bredowius, reliquos maximam partem.

Codd. 8501. 8544. et 8624., non descripti, continent tantum opusculi initium (?). Ex libris Parisinis tam paucas scripturas protulit Ruhkopfius, ut de iis iudicium facere non liceat: Ruhk. autem omnes ad unam familiam pertinere censet.

Io. Schefferi (Lectt. Academ. Hamb. et Amst. 1675. 8. p. 279—336.), Neuburii (Apocolocynthosis etc. *Verdeutscht u. erl. d. F. C. Neubur. Leipz.* 1729. 8.), Cortii (Tres Satirae Menippeae rec. et n. p. ill. Lips. 1720. p. 1—46.), Sonntagii (*Zur Unterhaltung für Freunde der alten Liter. Riga* 1790. p. 69. sqq.) coniecturas laudavi quidem, sed fide Ruhkopfii, quocum etiam G. D. Koeler aliquot emendationes communicavit.

Epigrammata, quae Senecae feruntur, sed minime esse videntur, omisi una cum Fragmentis vulgatis i. e. sententiis quibusdam, quas ex Senecae operibus deperditis servarunt alii scriptores magis suis verbis quam auctoris. Attamen substitui in eorum locum quinque alia Fragmenta, quorum unum ex Pauli Sadoleti schedis Arnoldus Ferronius proposuit in Commentariis in Consuetudines Burdigalensium. Lugd. 1565. II. p. 111. (cf. *A. W. Cramers kleine Schriften* etc. *herausg. v. H. Ratjen. Leipz.* 1837.), quatuor edidit ex membranis bibliothecae Vaticanae B. G. Niebuhrius Romae 1820. Utraque certe Senecae esse possunt.

Excerpta quoque, quae solent adiici Senecae Operibus, ego nolui edere, cum sint ex Epp. 2. 4. 9. 14. 16. 17. 18. 20. 25. 36. 80. 81. 87. petita.

Librorum notae ex litterarum ordine dispositae.

A = Cod. Mediolanensis I. in Dialogis.
a = Cod. Parisinus n. 8501. in Ludo.
α = Cod. Parisinus n. 6630. in Ludo.
Anic. = Cod. Anicianus Dalechampii.

B = Cod. Berolinensis in Dialogis.
B = Cod. Bambergensis in Natt. Quaestt.
b = Cod. Parisinus n. 8544. in Ludo.
β = Cod. Parisinus n. 8717. in Ludo.
𝔅1. = Ed. Bipontina I. a. 1782.
𝔅2. = Ed. Bipontina II. a. 1809.
Bamb. = Cod. Bamberg. a Lud. Iano collatus.
Bong. = Scriptura a Bongarsio notata.
Bong. ci. = Bongarsii coniectura.
Bong. ex Cui. = Scriptura a Bongarsio ex Cuiacii msto laudata.
Brit. = Cod. Britannicus Gronovii in Natt. Quaestt.
Britan. = Cod. Britannicus Erasmi in Natt. Quaestt.
Brux. = Cod. Bruxellensis Gronovii in Dialogis.

c = Cod. Parisinus n. 1936. in Ludo.
ℭ = Ed. Curionis a. 1557.
Chifl. = Cod. Chiflerianus Dalechampii.
Col. = Cod. Coloniensis Gruteri.

D = Cod. Mediolanensis IV. in Dialogis.
d = Cod. Parisinus n. 6389. in Ludo.
Dal. = Cod. Dalechampii.

E = Cod. Mediolanensis V. in Dialogis.
e = Cod. Parisinus n. 5055. in Ludo.
𝔈1. = Ed. Erasmi I. a. 1515.
𝔈2. = Ed. Erasmi II. a. 1529.
Ex. d. Mariae = Exemplar divae Mariae Salment. ap. Pincianum.
Ex. d. Pauli = Exemplar divi Pauli Pinciani ap. eundem.
Ex. dom. = Exemplar domesticum Pinciani.
Ex. Fac. et Prim. = Exemplar divorum Facundi et Primitivi ap. eundem.
Ex. famil. = Exemplar familiare eiusdem (idem atque domest.).
Ex. Franc. = Exemplar Franciscanum eiusdem.

F = Cod. olim Fabricianus, nunc Lugdun. de Providentia.
f = Cod. Parisinus n. 6395. in Ludo.
FrCol. = Fragmentum Coloniense Natt. Quaestt. ap. Gruterum.
Francisc. = Cod. Franciscanus Dalechampii.

G = Cod. Guelferbytanus (Gud. 10) in Dialogis et Natt. Quaestt.
G = Cod. Guelferbytanus (Extravag. 299.) in Ludo.
g = Cod. Gryphiswaldensis passim in Dialogis.
g = Cod. Parisinus n. 8544. in Ludo.
𝔊 = Ed. Gothofredi a. 1590.

Germ. = Cod. Germanicus Dalechampii.

Gr. = Codices Gruteri.

h = Cod. Parisinus n. 8542. in Ludo.

Harl. = Cod. Harlemensis Gronovii in Ludo.

Hisp. = Cod. Hispanus Dalechampii.

𝔍u = Ed. Th. Iugis a. 1628. (27).

Iur. = Cod. Iureti in Dialogis.

𝔎 = Ed. Natt. Quaestt. a Koelero curata a. 1819.

𝔏 = Ed. Lipsii II. a. 1615.

𝔏4. = Ed. Lipsii IV. a. 1652. (cum Scholiis Lib. Fromondi in Natt. Quaestt. et Ludum).

𝔐 = Ed. Mureti a. 1585. (Paris. 1602).

𝔐an = Ed. Natt. Quaestt. a M. Fortunato curata ap. Aldum 1522.

P2. = Cod. Palatinus II. Gruteri.

P3. = Cod. Palatinus III. eiusdem.

P4. = Cod. Palatinus IV. eiusdem.

Pall. = Codices Palatini Gruteri.

Pinc. v. l. = Pinciani vetus lectio.

Rom. = Cod. Romanus Dalechampii.

𝔑u = Ed. Ruhkopfii a. 1797 — 1811.

S = Cod. Sangallensis in Ludo.

Scal. = Cod. Scaligeri ap. Dalechampium et Iugem.

T = Cod. Trossianus de Providentia et de Brevitate Vitae.

𝔗 = Ed. Tarvisina a. 1478.

Trist. = Cod. Tristilus Dalechampii.

Tronc. = Cod. Troncianus eiusdem.

V = Cod. Vratislaviensis in Dialogis.

V = Cod. Valentianensis in Ludo.

v = Cod. olim Vossianus, nunc Lugdunensis de Providentia.

𝔙 = Ed. Veneta II. a. 1492.

Verd. = Cod. Verderianus Dalechampii.

𝔙o = Ed. Vogelii a. 1830.

Wirceb. = Cod. Wirceburgensis Lud. Iani in Natt. Quaestt.

x = Cod. Parisinus n. 8624. (?) in Ludo.

Notis reliquis, quibus uti soleo, monitus a Lud. Iano adieci hanc . . . , qua significatur cum editionum series, tum verborum continuatio.

Quartum et ultimum huius editionis volumen quam fieri poterit citissime emittetur, cum multa iam sint parata: ad reliqua autem concinnanda et perpolienda aliquid otii etiam Vratislaviae mihi concessum iri spero.

Scripsi Portae valere dicturus d. X. Martii mensis
a. MDCCCXLV.

L. ANNAEI SENECAE

DIALOGI IX.

AD LUCILIUM

QUARE ALIQUA INCOMMODA BONIS UIRIS ACCIDANT CUM PROUIDENTIA SIT.

AD LUCILIUM

QUARE ALIQUA INCOMMODA BONIS UIRIS ACCIDANT CUM PROUIDENTIA SIT.

I. Quaesisti a me, Lucili, quid ita, si prouidentia mun-

A = *Incipit ad Lucilium. Quare aliqua incommoda bonis viris accidant. cum Providentia sit.* Muret. ex *Siculo* laudat *Quare bonis viris multa mala accidant.* quae eadem sunt apud Lactant. Inst. V, 22, 11. ed. Bün. Sed nec satis accurate Muretus agere videtur, et Lactantius sensum curat, non verba: quod docent etiam ea, quae laudat ex hoc libello. G = *Explicit liber septimus annei lucii Senece de beneficiis. Incipit liber eiusdem primus de providentia dei ad lucilū cum mundus providentia regatur. quare multa mala bonis viris accidant.* B = *Liber annei Senece ad Lucillum. cum mundus divina providentia regatur quare multa mala bonis viris accidant De dei providentia.* V = *Lucii annei Senece cordubensis Incipit liber cum mundus providentia regatur quare bonis viris multa mala accidunt ad lucillum.* D = *Annei lucii senece cordubensis de divina providentia mundum regente et bona bonis et mala malis tribuente liber primus Incipit feliciter.* E = *Incipit liber de providentia ad lucillium. cum mundus providentia regatur quare mala bonis accidant viris.* T = *Incipit Liber Primus de providentia dei ad Lucillium. Cum mundus providentia regatur, quare multa mala bonis viris accidant.* g = *Annei Lucii Senece. ad Lucilium de providentia divina liber incipit.* P2. = *Incipit liber Senecae de mundi gubernatione, Providentia divina; quare multa mala bonis viris accidunt.* P3. = *Incipit liber Senecae de Providentia Dei ad Lucillum.* P4. = *Incipit liber primus de Providentia Dei ad Lucillium. cum mundus providentia regatur, quare multa mala bonis viris accidant.* Col. = *De Providentia divina ad Lucillium.* Ort. = *Incipit libellus Senecae de providentia divina.* Cod. Dal. = *De Providentia Dei Ad Lucilium.* Tronc. = *Cum mundus Providentia regatur, quare multa mala bonis viris accidant.* 𝔑...𝔅 = *Lucii Annei Senecae liber incipit de mundi gubernatione divina providentia. Et qualiter multa mala bonis viris accidunt.* 𝔈1... 𝔖 = *Lucii Annei Senecae De Mundi Gubernatione Divina Providentia, Et Qualiter Multa Mala Bonis Viris Accidunt Liber Unus.* 𝔐 = *L. Annaei Senecae, quare bonis viris mala accidant cum sit providentia, Liber unus.* 𝔏...𝔅2. = *L. Annaei Senecae De Providentia, Sive Quare Bonis Viris Mala Accidant, Cum Sit Providentia, Liber Unus.* 𝔅o = *L. Annaei Senecae De Providentia Liber Unus.* Praeter *Unus* eundem libelli titulum esse voluit Fischer.

Cap. I.

E = *Quesivisti.* 𝔑...𝔈2. + *divina providentia* contra mstos et-

dus ageretur, multa bonis uiris mala accidere? Hoc commodius in contextu operis redderetur, cum praeesse uniuersis prouidentiam probaremus et interesse nobis deum: sed quoniam a toto particulam reuelli placet et unam contradictionem manente lite integra soluere, faciam rem non difficilem, causam deorum
2 agam. Superuacuum est in praesentia ostendere non sine aliquo custode tantum opus stare nec hunc siderum coetum discursumque fortuiti inpetus esse et quae casus incitat saepe turbari et cito arietare, hanc inoffensam uelocitatem procedere aeternae legis imperio tantum rerum terra marique gestantem, tantum clarissimorum luminum et ex dispositore lucentium. non esse materiae errantis hunc ordinem nec quae temere coierunt tanta arte pendere, ut terrarum grauissimum pondus sedeat inmotum et circa se properantis coeli fugam spectet, ut infusa uallibus maria molliant terras nec ullum incrementum fluminum sentiant,
3 ut ex minimis seminibus nascantur ingentia. Ne illa quidem quae uidentur confusa et incerta, pluuias dico nubesque et elisorum fulminum iactus et incendia ruptis montium uerticibus ef-

iam Pinc. 𝔑...𝔅 = *mundum ageret.* V = *mundus regatur.* sEm 𝔈2. = *mundus regeretur.*

mala accidere = BGVADETFv Gr. (Ort. prius = *accidere at mala*). g𝔑...𝔅 = *accidere mala.* 𝔈1...𝔅o = *acciderent mala.* E = *operis videretur.* T = *operis reddere.* Pinc. ci. = *quo praeesse univ. prov. probamus.* nam putat hic a Seneca mentionem fieri alterius operis de Providentia, quod laudetur a Lactantio. B = *revelli particulam.* V = *lite integre solv.* 𝔑...𝔖 (mm 𝔈1. 2. 𝔈 ∾) = *c. deorum agenti.*

2. BV = *sidereum.*

coetum discursumque = ABmD. GVDETFg = *cursum discursumque.* Scal. Anic. Rom. = *siderum discursum fort.* 𝔑...𝔖 = *certum cursum et discursum.* 𝔐...𝔅o = *certum discursum fort.* B = *fortuitu.* Bong. = *contra arietare.* Pinc. ex. dom. — *et cito.* VD(m∾) gv Ort. (m∾) = *et cito variari.* P2. = *et cito adventare.* P3. = *et cito varietare.* G (s.m.) = *hac inoff.* V = *inostensam.* 𝔑...𝔅 — *rerum* post *tantum.* G = *lecta marique.*

ex dispositore lucentium = AD (s.m.). cf. Natt. Quaestt. V, 18, 4. *dispositor ilte mundi deus.* Bong. = *ex dispositore lucentium.* GBVD (p.m.) E 𝔐...𝔅o = *ex dispositione luc.* 𝔑...𝔖 = *dispositione luc.* om. *ex.*

nec quae = BGVADEg Tronc. Anic. Rom. 𝔑...𝔅o = *neque quae.* G + *cogerunt vel coierunt.* V = *cohierint.* 𝔑...𝔅 = *exierunt.* G = *pondere.* Rom. = *arte prodere.* VsE = *nec infusa.* V + *mollia maria.* Quidam codd. Pinc. = *commolliant terras.* unde Pinc. ci. = *moveant* vel *commoveant terras.* G (cr.∾) = *sentiunt.* B = *nascantur indulgentia.* g = *nascuntur.* Nauta totum locum sic distinguendum esse putat: ... *impetus esse: et quae ... arietare; hanc inoff.... lucentium: non esse ... ordinem: neque ... spectet; ut infusa ... sentiant; ut ex ... ingentia.*

3. V𝔑...𝔖 = *Nec illa q.* D (cr.∾) = *Ne illa quidem videntur que.* B = *et elisiorum fulm.* D (cr. ∾) E = *fluminum.* Rom. = *fulminum* [an *fluminum?*] *lacus.* P2. Col. Ort. = *montium virtutibus.* E =

fusa, tremores labantis soli et alia quae tumultuosa pars rerum circa terras mouet, sine ratione, quamuis subita sint, accidunt: sed suas et illa causas habent non minus quam quae alienis locis conspecta miraculo sunt, ut in mediis fluctibus calentes aquae et noua insularum in uasto exsilientium mari spatia. Iam 4
uero si quis obseruauerit nudari litora pelago in se recedente eademque intra exiguum tempus operiri, credet caeca quadam uolutatione modo contrahi undas et introrsum agi, modo erumpere et magno cursu repetere sedem suam: cum interim illae portionibus crescunt et ad horam ac diem subeunt ampliores minoresque, prout illas lunare sidus elicuit ad cuius arbitrium oceanus exundat. Suo ista tempori reseruentur eo quidem magis, quod tu non dubitas de prouidentia, sed quaeris. In 5
gratiam te reducam cum dis aduersus optimos optimis. Neque enim rerum natura patitur ut umquam bona bonis noceant. Inter bonos uiros ac deos amicitia est conciliante uirtute. amicitiam dico? immo etiam necessitudo et similitudo: quoniam

montium venis. G = *terrores* [= Scal.] *labentis solis* [s n.] *et aliaque intumultuosa* (*in* n.). B = *labantes soli et aliaque.* V = *labentis soli aliaque inque tumult.* Dv = *labentis soli et aliaque.* E = *latentis soli et aliaque.* T = *labentis soli aliaque tum.* F + *labantisque soli.* P4. = *labentis soli alia quae* om. *et.* P3. = *labentis soli et aliaque quae.* Ort. = *labentis* [cr. ∾] *soli et aliaque quae* ∾ *mouet.* Col. + ∾ *aliaque quae.* P2. = ∾ *aliaque quae cum luctuosa pars.* 𝔑 . . . 𝔙 = *labentis soli alia quaeque tum.* 𝔈1. = *labentis soli.* A ∾. V = *subita sunt.* DET = *accidunt quamvis subita sint.* g + *non accidunt.* 𝔑 . . . 𝔈2. — *suas* contra mstos etiam Pinc. Gr. P2. = *et illas.* T = *habent et minus.* DE = *habent nec minus.* A (s∾) — *locis.* P2. 𝔑 . . . 𝔊 𝔊ro . . . 𝔙o (exc. 𝔙2.) = *miracula sunt.* D (m∾) — *sunt.* G (s∾) E — *ut.* V = *exsilientia.*

4. T = *undari litora.* G = *crederet.* 𝔑 . . . 𝔈1. = *certa quadam volutione.* 𝔈2. (m∾) . . . 𝔊 = *certo q. vol.* contra mstos etiam Gr. Anic. Tronc. Scal. B = *quedam.* G (s∾) = *retrorsum.* G (s∾) = *non erumpere.*

cum interim illae = mss. 𝔑 . . . 𝔙o = *cum illae interim.* V = *crescant.* G 𝔑 . . . 𝔙 = *ad diem.* ET = *elicit.* 𝔑u 𝔙o = *exundat?.* GD (m∾) = *tempore.* 𝔑 . . . 𝔙 = *ego quidem.* GDETg Gr. 𝔑 . . . 𝔙 = *quo tu non dub.*

sed quaeris = VADEg P2. 3. Col. Ort. 𝔑 . . . 𝔈1. B = *sequeris.* G A (s.m.) D (s.m.) P4. 𝔈2. . . . 𝔙o = *sed quereris.*

5. F = *adv. opt. optimus.* P2. 𝔑 . . . 𝔈2. = *adv. opt. optimus sis.* v Ort. — *enim* post *Neque.*

rerum natura = mss. etiam Pinc. Gr. 𝔊ro . . . 𝔙o. 𝔑 . . . 𝔏4. — *rerum.* Pinc. v. l. 𝔊 . . . 𝔏𝔍u — *umquam* contra mstos etiam Gr. Tronc. Anic. Scal. G (s∾) = *bona hominis.* V — *viros* post *bonos.*

ac deos = BGADETgv. V = *atque deos.* 𝔑 . . . 𝔙o = *ac deum.* g = *conciliate virt.* gv 𝔑 . . . 𝔊 = *Amicitia dico.* Pinc. v. l. Dal. = *quando quidem.* Col. = *quo quidem.*

quidem bonus tempore tantum a deo differt, discipulus eius aemulatorque et uera progenies quam parens ille magnificus, uirtutum non lenis exactor, sicut seueri patres durius educat.
6 Itaque cum uideris bonos uiros acceptosque dis laborare, sudare, per arduum escendere, malos autem lasciuire et uoluptatibus fluere: cogita filiorum nos modestia delectari, uernularum licentia. illos disciplina tristiori contineri, horum ali audaciam. Idem tibi de deo liqueat: bonum uirum in deliciis non habet, experitur, indurat, sibi illum praeparat. II. Quare multa bonis uiris aduersa eueniunt? Nihil accidere bono uiro mali potest: non miscentur contraria. Quemadmodum tot amnes, tantum superne deiectorum imbrium, tanta medicatorum uis fontium non mutant saporem maris, ne remittunt quidem: ita aduersarum inpetus rerum uiri fortis non uertit animum. Manet in statu et quicquid euenit in suum colorem trahit. Est enim omnibus externis potentior. nec hoc dico, Non sentit illa, sed uincit et alioquin quietus placidusque contra incurrentia adtolli-

bonus tempore = BGVADETFgv P2. 3. Col. Ort. 𝔑 . . . 𝔊. P4. 𝔐 . . . 𝔙o + *bonus ipse tempore.* V = *differet.* sGT = *differret.* G(u.) + *et discipulus.* 𝔑 . . . 𝔙 = *aemulatorque ex natura proueniet.*

quam parens = BVADEFv Rom. G = *quoniam parens.* 𝔑 . . . 𝔙o = *quem parens.* V = *virtutis.* V P3. 4. Tronc. Anic. = *non levis.* Col. = *non eius exactor.* T = *educant.*

6. G = *cum viderit.* T — *viros* post *bonos.*

escendere = Bong. ex Cui. 𝔐 𝔊ro 𝔙2. probat Grut. A (p. m.) = *per arduum excedere.* A (s. m.) = *excendere.* GDETFgv Gr. Tronc. 𝔑 . . . 𝔙 = *extendere.* V = *tendere.* Rom. = *contendere.* BD (s.m.) 𝔏 . . . 𝔙o (exc. 𝔊ro 𝔙2.) = *ascendere.* 𝔈1 . . . 𝔊 = *conscendere.* V Pinc. v. l. 𝔈𝔊 = *hos modestia.* 𝔑 . . . 𝔙 = *molestia.* v + *vernularumque.* VD + *sub patris disciplina.* D (s.m.) = *tristiorum.* V = *tristissima.* Dv + *horumque.* 𝔑 . . . 𝔈1. = *contineri.* *Alios audacia.* Idem. P4. = *horum alii audacia.* G — *ali* (s *alii*). E = *ali audacia.* 𝔑 . . . 𝔙 = *expetitur.* A = *sibi illum parat.*

Cap. II.

v + *et nihil accidere.* unde Nauta ci. + *at nihil acc.* V (lit.) = *misceantur.* P2. = *tantorum superne.* V (lit.) = *tam superbe.* D quidam Pinc. = *deiectiones imbrium.* E — *tanta.* D(m∞) = *medicata vis fontium.* Ort. = *meditarum vis f.* Vg mv P2. 𝔑 . . . 𝔐 = *mediterraneorum vis fontium.* Rell. etiam Bong. Gr. Tronc. Anic. Rom. Scal. Iur. ∞. sG = *ius fontium.* G = *fontium inmutant sap.*

ne remittunt quidem = BAF. GV DE 𝔐 . . . 𝔙o = *nec rem. q.* 𝔑 . . . 𝔊 = *neque rem. q.* g = *aversarum impetus.* D (cr. ∞) = *in statum.* B = *insitum colorem.* mE = *in suam naturam.* sG = *calorem.* P3. = *Est propter* [vel certe *prope*] *omnibus ext.* Ort. = *externus* a s. m. habere videbatur. Exx. aliqua Pinc. = *Est enim omnibus casibus pot.* Grut. ci. — *externis.* 𝔊ro = *nec hos dico.* 𝔑 . . . 𝔙 — *et* ante *alioquin.* gv = *et aliquando quietus.*

tur. Omnia aduersa exercitationes putat. Quis autem, uir 2
modo et erectus ad honesta, non est laboris adpetens iusti et
ad officia cum periculo promptus? cui non industrio otium poena
est? Athletas uidemus quibus uirium cura est cum fortissimis
quibusque confligere et exigere ab his per quos certamini prae-
parantur, ut totis contra ipsos uiribus utantur. caedi se uexari-
que patiuntur et, si non inueniunt singulos pares, pluribus si-
mul obiciuntur. Marcet sine aduersario uirtus: tunc adparet 3
quanta sit quantumque polleat, cum quid possit patientia osten-
dit. Scias licet idem uiris bonis esse faciendum, ut dura ac dif-
ficilia non reformident nec de fato querantur. quicquid accidit
boni consulant, in bonum uertant. Non quid, sed quemadmo-
dum feras interest. Non uides quanto aliter patres, aliter ma-
tres indulgeant? illi exercitari iubent liberos ad studia obeunda
mature, feriatis quoque diebus non patiuntur esse otiosos et su-
dorem illis et interdum lacrimas excutiunt: at matres fouere in
sinu, continere in umbra uolunt, numquam flere, numquam
contristari, numquam laborare. Patrium deus habet aduersus 4
bonos uiros animum et illos fortiter amat et, Operibus, inquit,

2. DE = *exercitationem*. Anic. = *excitationem*. V = *vir bonus*. D (cr. ∾) = *vir bono*. G(s∾) DTv P3. 4. Ort. — *et* ante *erectus*. P2. (p.m. ut videbatur) = *evectus* om. *et*. V = *appetens honesti*.

cui non industrio = BADEgv 𝔑 . . . 𝔐. G = *cum industrie otium plena est*. VF = *cui non industri otium*. T = *cum industrio videmus ocio*. mG 𝔏 . . . 𝔙o = *cui non industrioso*. B = *quibus vilium cura est*. 𝔑 . . . 𝔊 = *quibuscunque*. V = *ab eis*. P2. = *certamina properantur*. Col. = *certamini proparantur*. Aliquot codd. Pinc. = *certamen praeparatur*. V = *praeparentur*. P2. 𝔑 . . . 𝔊 — *se* post *caedi*. apud G in lit. est. Rell. etiam Gr. ∾.

3. *quantumque polleat* = GVAD (D = *poleat*) ETFgv Pinc. v. l. P2. 3. Col. Ort. Rom. Anic. Scal. Tronc. P4. = *quantumcumque polleat*. B = *quantaque polleat* om. *sit quantum*. Bong. = *quantum polleat* om. *que*. 𝔑 . . . 𝔏4. ed. Nautae = *quantum valeat polleatque*. 𝔊ro . . . 𝔙o + *quantum valeat quantumque polleat*. D (m∾) E = *Sciat licet*. G = *Scias licet de viris bonis*. V = *idem bonis viris faciendum* om. *esse*. v = *faciendum idem bonis viris*. v = *et difficilia*. V = *difficillima*. 𝔑 . . . 𝔊 = *non formident*. G (s∾) — *boni*. DEg = *in bonum consulant*. E = *quam aliter patres*. gv + *matres filiis*.

exercitari iubent = BADETg Gr. 𝔑 . . . 𝔊 𝔅2. probat Grut. GV 𝔐 . . . 𝔙o (exc. 𝔅2.) = *excitari iubent*. G (s∾) P3. 4. — *liberos*. g + *ad obeunda*. E (s∾) = *nature*. G (s ∾) — *non* ante *patiuntur*. V + *eos esse otiosos*. G — *lacrimas*. DE — *numquam flere*.

numquam contristari = BGVADE Fgv 𝔑 . . . 𝔊. 𝔐 . . . 𝔙o = *numquam tristari*. cf. Ir. II, 7, 1. ubi idem verbum Senecae ingessit Lipsius.

4. *Patrium deus habet* = BGA DE. TF = *Patrum deus habet*. sGVgv 𝔑 . . . 𝔊 = *Paternum deus habet*. Bong. 𝔐 . . . 𝔙o = *Patrium habet deus*. 𝔑 . . . 𝔐 = *fortius amat* contra mstos etiam Gr. Bong.

doloribus, damnis exagitentur, ut uerum colligant robur. Lan-
guent per inertiam saginata nec labore tantum, sed motu et ipso
sui onere deficiunt. Non fert ullum ictum inlaesa felicitas: at
ubi adsidua fuit cum incommodis suis rixa, callum per iniurias
duxit nec ulli malo cedit, sed etiam si cecidit, de genu pugnat.
5 Miraris tu, si deus ille bonorum amantissimus qui illos quam
optimos esse atque excellentissimos uult fortunam illis cum qua
exerceantur adsignat? Ego uero non miror. Si aliquando in-
petum capiunt, spectant di magnos uiros conluctantes cum aliqua
calamitate. Nobis interdum uoluptati est, si adulescens con-
stantis animi inruentem feram uenabulo excepit, si leonis incur-
sum interritus pertulit: tantoque hoc spectaculum est gratius
6 quanto id honestior fecit. Non sunt ista quae possint deorum
in se uoltum conuertere puerilia et humanae oblectamenta le-
uitatis. Ecce spectaculum dignum ad quod respiciat intentus

V — *et* ante *Operibus*. Eg = *u t operibus*. T + *u t et operibus*. G(cr.∾) = *inqu i s*. gv = *inqu a m*. 𝔑...𝔊 — *inquit* contra mstos etiam Bong.

doloribus, damnis = BGVADEF P3. 4. Col. gv + *doloribus e t damnis*. 𝔑...𝔙𝔬 + *doloribus a c damnis*. 𝔑...𝔊 = *exagi t a t* contra mstos etiam Bong. V = *saginat i*. m𝔈1. 𝔈2. ...𝔊 = *sed m o l e* contra mstos etiam Gr. Bong. mD + *sed motu qu o q u e*. G(cr.∾) = *et i a m ipso*. mG = *non f e c i t ullum*. 𝔑...𝔙 = *ri x a s*. T = *call e m*.

d u x i t = BGVADET P2. 3. 4. Col. 𝔑...𝔊. Ort. 𝔐𝔑...𝔙𝔬 = *d u c i t*.

c e c i d i t = BVA. GDE Bong. 𝔐𝔑...𝔙𝔬 = *cecide r i t*. 𝔑...𝔙 = *s u c c e d e r i t*. 𝔈𝔱....𝔊 = *s u c c i d e r i t*.

5: V = *deus i p s e*. G = *q u i* [lit.] *illos q u o r u m* [cr. *q u o s*] *optimos esse*. 𝔑...𝔊 — *esse* post *optimos* (addidit Bong.). 𝔍𝔲 collocat post *excellentissimos*. V = *qui illos q u o s optimos atque excell. esse*. Anic. Tronc. = *q u o s quam optimos*. DTg Ort. = *qui q u o s optimos esse*. E P3. = *qui illos q u o s optimos esse*. B = *q u a m excellent* G(cr.∾) = *cum qua excitantur*. G = *assign a n t*.

Si a l i q u a n d o inpetum capiunt, s p e c t a n t di magnos viros = BGVADETFgv Gr. 𝔑...𝔈2. (𝔑...𝔈2. = *,si aliquando*. G = *viros magnos*.). Pinc. ci. 𝔏𝔍𝔲 = *si q u a n d o impetum capiunt spectan d i m. v*. 𝔈𝔊 = *si q u a n d o v o l u p t a t e m capiunt spectan d ó m. v*. 𝔐𝔑 = *si q u a n d o v o l u p t a t e m capiunt dii, dum spectant m. v*. 𝔏4....𝔙𝔬 = *si q u a n d o dii impetum capiunt spectan d i magnos viros*. G(s∾) = *coll e c tantes*. P2. = *collu p tantes*. V = *cum m a g n a calamitate*. E = *vol u n tati est*. Rom. Scal. Anic. Tronc. = *leonis i m p e t u m*. V 𝔑...𝔈1. = *venabulo ex c i p i t*. F = *i n t e r i c t u s pertulit*.

tantoque h o c spectaculum = BG(s.m.) ADET Bong. Rom.Scal.Tronc. G(p.m.) = *tanto q u i a hoc sp*. V 𝔑...𝔙𝔬 — *hoc*. B + *quantoq u e id*. GP2. 𝔑...𝔊 = *honest i u s fecit*. Rell. etiam Gr. Bong. ∾.

6. D(s.m.) + *Non sunt e n i m*.

quae poss i n t = BGVAD(s.m.) gv. D(p.m.) E 𝔑...𝔙𝔬 = *quae poss u nt*. D(s∾) — *in se* ante *voltum*.

puerilia = BG(p.m.) ADETgv Pinc. v. l. P4. Ort. VD (s.m.) F (ut videbatur) P2. 3. Col. 𝔑...𝔙 + *h a e c puerilia*. sG + *e t puerilia*. 𝔈1.... 𝔙𝔬 + *s e d puerilia*. 𝔑...𝔈2. = *oblectamenta hum. lev*. v = *respic i t*.

operi suo deus: ecce par deo dignum, uir fortis cum fortuna
mala conpositus, utique si et prouocauit. Non uideo, inquam,
quid habeat in terris Iupiter pulchrius, si conuertere animum
uelit, quam ut spectet Catonem iam partibus non semel fractis
stantem nihilominus inter ruinas publicas rectum. Licet, in- 7
quit, omnia in unius ditionem concesserint, custodiantur legio-
nibus terrae, classibus maria, Caesarianus portas miles obsi-
deat: Cato qua exeat habet. Una manu latam libertati uiam
faciet. ferrum istud etiam ciuili bello purum et innoxium bonas
tandem ac nobiles edet operas. libertatem quam patriae non po-
tuit Catoni dabit. Adgredere, anime, diu meditatum opus,
eripe te rebus humanis. Iam Petreius et Iuba concucurrerunt 8
iacentque alter alterius manu caesi. fortis et egregia fati con-
uentio, sed quae non deceat magnitudinem nostram: tam turpe
est Catoni mortem ab ullo petere quam uitam. Liquet mihi
cum magno spectasse gaudio deos, cum ille uir, acerrimus sui
uindex, alienae saluti consulit et instruit discedentium fugam.
dum studia etiam nocte ultima tractat, dum gladium sacro pectori

V = *operi sui.* V + *par et deo.* 𝔑 … 𝔙o = *mala fortuna* contra mstos. mA = *conpositus. i. congressus.* D(s∾) E — *et* ante *provocavit.* Tg = *etsi provoc.* D = *Nec video.* F = *quid hanc in terris.* B — *pulchrius.* Goerenz. (in progr. Lyc. Zwicc. a. 1812. p. 12.) ci. + *si eo convertere.* B = *Catonem in partibus.* DE = *nec semel.* G = *nihil inter ruinas.* 𝔈1. … 𝔖 = *inter r. pub. erectum* contra mstos etiam Rom. Anic.

7. *in unius ditionem concesserint* = V (scribit tamen *dictionem*) 𝔐 … 𝔙o. BADTgv 𝔈1. … 𝔖 = *in unius conditionem concesserint.* FP2. 3. 𝔑 … 𝔙 = *in unius conditione concesserint.* G = *in unius conditionem cesserunt* (cr. *cesserint*). E P4. Ort. (s.m.) = *in unius conditionem cesserint.* Col. = *in unius Iulii conditionem concesserint.* 𝔑 … 𝔖 + *et Caesarianus* contra mstos etiam Bong. A = *unã anulatam.* 𝔑 … 𝔖 = *una manus latam libertatem nostram faciet.* P2. = *latam libertatem nostras faciet.* P4. = *laetam libertati v. f.* 𝔑 … 𝔈2. = *ferrum istud in civili bello* contra mstos etiam Pinc. Gr. T = *et civili b.* P4. — *civili bello purum.* D (cr.∾) = *bonas tantum.* 𝔑 … 𝔖 + *potuit dare* contra mstos. G = *egredere* [cr. *agr.*] *acie diu m.* A 𝔑 … 𝔙 = *animae.* E = *anima.* V = *animo.*

8. 𝔑 … 𝔙 = *Iam petrae vis.* G E = *Petreius et Iulia.*

concucurrerunt = A. BD = *concurrunt.* T = *concorruerunt.* G Vv Scal. 𝔑 … 𝔈1. = *corruerunt.* D (s.m.) E 𝔈2. … 𝔙o = *concurrerunt.* G = *manu cessi.* V = *facti conventio.* Scal. = *fati coniunctio.* D(cr.∾) = *ab illo petere.* Ed. Lips. 1495. = *Liquet mihi tamen magno.* V P2. 3. 𝔑 … 𝔙 = *expectasse gaudio.*

cum ille vir = mDv. GVA = *quam ille vir.* B = *quasi ille vir.* E = *quomodo ille vir.* sGDTg 𝔑 … 𝔈1. = *quoniam ille vir.* 𝔈2. … 𝔙o + *cum iam ille vir.* E(cr.∾) = *sui iudex.* B = *discidentium.* GE Tronc. Scal. = *dissidentium.* D = *disidentium.* Tmv = *diffidentium.* g + *dum fastidia studia etiam diffidentium.* 𝔑 … 𝔙o = *etiam studia* contra mstos (G p.m. =

infigit, dum uiscera spargit et illam sanctissimam animam in-
9 dignamque quae ferro contaminaretur manu educit. Inde crediderim fuisse parum certum et efficax uolnus. non fuit dis inmortalibus satis spectare Catonem semel: retenta ac reuocata uirtus est, ut in difficiliore parte se ostenderet. Non enim tam magno animo mors inicitur quam repetitur. Quidni libenter spectarent alumnum suum tam claro ac memorabili exitu euadentem? mors illos consecrat quorum exitum et qui timent laudant. III. Sed iam procedente oratione ostendam quam non sint quae uidentur mala. Nunc illud dico ista quae tu uocas aspera, quae aduersa et abominanda primum pro ipsis esse quibus accidunt, deinde pro uniuersis quorum maior dis cura quam singulorum est. post hoc uolentibus accidere ac dignos malo esse, si nolint. His adiciam fato ista sic et recte eadem lege bonis euenire qua sunt boni. persuadebo deinde tibi, ne um-

studium) etiam TF. V = *nocte media.* V = *pectori figit.* G = *indignam quia perfecto contam.* DE = *indignam quod.*

9. Monet Ruhk. ne quis verba *Inde ... volnus* reiicula putet. 𝔑 ... 𝔊 = *inefficax.* 𝔑 ... ℭ1. = *diis mortalibus.* D(m∾) ET quidam codd. Pinc. P4. = *retenta ac renovata.* Lat. Latin. (B. Pr. p. 46.) = *retentata ac renovata.* Rell. etiam Gr. ∾.

in difficiliore = mss. etiam Fgv. 𝔑 ... 𝔙o = *in difficiliori.*

mors inicitur = A(p.m.). V Rom. = *mors initiur.* G Scal. 𝔑𝔗 = *mors innititur.* gv Ort. 𝔙 ℭ1. = *mors immittitur.* T P4. = *mors vincitur.* E = *mors utitur.* BA (s. m.) DP2. 3. Col. ℭ2. .. 𝔙o = *mors initur.* Germ. mℭ2. = *mors invitatur.* E = *quod repetitur.* sG 𝔑 ... 𝔙 = *quam reperitur.* B (lit.) = *Quid ii libenter.* V = *et memorabili.* gv P2. Ort. (s.m.) 𝔑 ... 𝔊 = *etiam qui timent.*

Cap. III.

G (m∾) — *ostendam.* D = *quod non sit.* V + *illa quae videntur.* sG + *Nunc et illud.* A(m∾) — *quae adversa et abominanda.* 𝔑 ... 𝔙o = *quorum maior diis cura est quam singulorum* contra mstos.

post hoc = ADE. Rell. 𝔑 ... 𝔙o = *Post haec* (sed plerique mss. nota scribunt Pron.). mD = *occidere.* Eℭ1. 2. = *accidere eos dignos.* BG = *ac dignos malos esse.* Pinc. v. l. — *esse, si nolint.* V — *si* ante *nolint.* DE P2. = *si noluit.* P3. = *si voluit.* B = *Hii adiciam.* DE — *His.*

fato ista sic et recte = Dv. BA EF P2. = *fato ista sic ei recte.* Vg Ort. = *fato ista sic eis recte.* G = *fato ista sic eis vel ire recte.* T = *fato ista sic ire et recte.* P3. Col. = *fato ista sic enim recte.* Potest haec scriptura iniicere alicui suspicionem verba *sic enim recte* adscripta esse a librario Senecae sententiam probante. P4. = *fato sic ire recte.* 𝔑 ... 𝔊 = *fato sic esse recte* (𝔑 ... 𝔙 = *facto*). 𝔐 = *fato ista fieri, recte.* 𝔏 ... 𝔙o = *fato ista fieri et recte.* 𝔙ℭ1. = *nobis evenire.* ℭ2. ... 𝔊 = *his evenire* contra mstos etiam Gr. P4. ℭ1. = *quam sunt boni.* P3. = *quam sint boni.* 𝔑 ... 𝔙 = *quia sunt boni.* v = *qua boni sunt.*

persuadebo deinde tibi = BGVAD ET P2. 4. Col. Ort. Scal. 𝔑 ... 𝔊. g = *persuadeo deinde tibi.* v = *persuadeo [inde?].* P3. 𝔐 ... 𝔙o =

quam boni uiri verearis: potest enim miser dici, non potest
esse. Difficillimum ex omnibus quae proposui uidetur quod pri- 2
mum dixi, pro ipsis esse quibus eueniunt ista quae horremus ac
tremimus. Pro ipsis est, inquis, in exilium proici, in egesta-
tem deduci liberos, coniugem ecferre, ignominia adfici, debi-
litari? Si miraris haec pro aliquo esse, miraberis quosdam
ferro et igne curari nec minus fame ac siti. Sed si cogitaueris
tecum remedii causa quibusdam ét radi ossa et legi et extrahi
uenas et quaedam amputari membra quae sine totius pernicie
corporis haerere non poterant: hoc quoque patieris probari tibi
quaedam incommoda pro his esse quibus accidunt, tam meher-
cules quam quaedam quae laudantur atque adpetuntur contra eos
esse quos delectauerunt, simillima cruditatibus ebrietatibusque
et ceteris quae necant per uoluptatem. Inter multa magnifica 3
Demetrii nostri et haec uox est a qua recens sum. sonat adhuc
et uibrat in auribus meis. *Nihil,* inquit, *mihi uidetur infeli-
cius eo cui nihil umquam euenit aduersi.* Non licuit enim
illi se experiri. Ut ex uoto illi fluxerint omnia, ut ante uotum,
male tamen de illo di iudicauerunt. indignus uisus est a quo uin-

persuadebo *inde tibi.* mG = *iure tibi.*

2. G (m∾ praeter *quod primum dixi*) — *Difficillimum . . . pro ipsis esse.* mGT𝔑 . . . 𝔊 — *quod primum dixi.* G = *et tremimus.* g = *ac timemus.* E = *Pro ipsis enim.* 𝔑 . . . 𝔊 = *inquit* contra mstos. A = *in eiestatem* („aliquando in hoc cod. *i* est pro *g*"). V + *et coniugem.* B G = *coniungere.*

ecferre = Bong. A𝔑 . . . 𝔈1. = *haec ferre.* BGVDEF = *hec ferre.* D(s.m.) 𝔈2. . . 𝔅o = *efferre.* 𝔑 . . . 𝔅 = *ignominiam.* D (m∾) — *ignominia . . . ferro.* g + *et debilitari.* G = *sed miraris.*

haec pro aliquo = BA mDgv Ort. Rom. Anic. Tronc. E𝔑 . . . 𝔅o = *hoc pro aliquo.* In GV dubie scribitur Pron. P3. = *haec pro aliqutbus.* V = *mirabere.* B = *et siti.* V + *Sed et si.* v — *Sed.* P3. = *rodi ossa.* G = *radiosa et legi.* 𝔈1. . . 𝔊 = *et laedi.* gv — *et legi.* v = *et venas extrahi.* gv = *corporis pernicie.* T P4. = *haberi non poterant.* g = *non poterat.* *haec quoque.* 𝔑 . . . 𝔈1. = *hoc itaque patieris.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *hoc utique pat.* E = *patiaris.* V = *pro eis esse.* gv = *pro ipsis esse.* B𝔑 . . . 𝔅 = *mehercule.* Vgv = *et appetuntur.* D (cr. ∾) = *atque petuntur.* F = *delectaverint.* ETgv = *similia crud.* 𝔑 . . . 𝔅 = *crudelitatibus.* G (cr. ∾) = *pure voluptatem.* A (cr. ∾) E (cr. ∾) = *voluntutem.*

3. VD (m∾) — *et* ante *haec vox.* Vgv P2. Ort. + *et sonat.* Anic. + *sonat enim.* V = *nihil unquam contigit.* G(cr. ∾) = *evenitur.* 𝔑 . . . 𝔊 + *aliquid evenit.* v = *se experire.* 𝔑 . . . 𝔈1. = *Ubi ex voto illi fluxerunt omnia ut ante v.* 𝔈2. . . 𝔊 = *Ubi ex voto illi fluxerunt omnia vel ante v.* g(s.m.) v = *Utrum ex voto* ∾ *utrum ante v.* Pinc. v. l. = *Ut ex voto illi fluxerunt omnia, immo et ut ante votum.* P4. = *ante motum.* Vgv = *dii de illo.* V — *iudicaverunt . . . bonis rumpi* [IV, 10.]: nam folium 30. perditum est. gv =

ceretur aliquando fortuna quae ignauissimum quemque refugit,
quasi dicat: Quid ergo istum mihi aduersarium adsumam? statim arma submittet. non opus est in illum tota potentia mea:
leui conminatione pelletur. non potest sustinere uoltum meum.
4 Alius circumspiciatur cum quo conferre possimus manum: pudet congredi cum homine uinci parato. Ignominiam iudicat gladiator cum inferiore conponi et scit eum sine gloria uinci qui
sine periculo uincitur. Idem facit fortuna, fortissimos sibi pares quaerit, quosdam fastidio transit. Contumacissimum quemque et rectissimum adgreditur aduersus quem uim suam intendat.
5 Ignem experitur in Mucio, paupertatem in Fabricio, exilium
in Rutilio, tormenta in Regulo, uenenum in Socrate, mortem
in Catone. Magnum exemplum nisi mala fortuna non inuenit.
Infelix est Mucius, quod dextera ignes hostium premit et ipse a
se exigit erroris sui poenas? quod regem quem armata manu
non potuit exusta fugat? Quid ergo? felicior esset, si in sinu
6 amicae foueret manum? Infelix est Fabricius, quod rus suum
quantum a republica uacauit fodit? quod bellum tam cum Pyrrho
quam cum diuitiis gerit? quod ad focum coenat illas ipsas radices et herbas quas in repurgando agro triumphalis senex uulsit?
Quid ergo? felicior esset, si in uentrem suum longinqui litoris

vinceretur. aliquando fortuna ignav. om. *quae.*

Quid ergo istum = BGADET 𝔑 ... 𝔙 (A s.m. = *erga*. G p.m. = *istud*. DET = *mihi istum*). 𝔈1. ... 𝔙o = *Quid ego istam*. v = *mihi istum*. 𝔑 ... 𝔊 = *adversarium mihi*. g = *arma demittet*. T — *in* post *opus est*. 𝔑 ... 𝔈1. = *tota pacientia*. T = *comminatione pellere*. gv = *vultum meum sustinere*.

4. 𝔑 ... 𝔈1. = *Aliud enim conspiciatur*. D = *Atius conspiciatur*. F ed. Lips. 1495. = *possumus*. G = *manu*. Ed. Lips. 1495. = *cum homine congredi*. T = *cum inferiori*. G = *et scit enim*. P2. = *et recentissimum aggreditur*. probat Grut. v = *adversum*. 𝔑 ... 𝔊 = *suam vim*. v = *vim suam intentet*.

5. 𝔑 ... 𝔈2. + *Ignemque* contra mstos etiam Pinc. Gr. P4. = *ignem peritur*. T = *in Rutilo*. F = *in incilio*. 𝔑 ... 𝔈1. — *mortem in Catone*. A = *in Catonem*. Quaedam exx. Pinc. = *magna fortuna*. Col. = *in magna fortuna*. Fv = *dextra*. B = *dextre*. gv = *quod ipse a se*. v = *fugavit*. G(cr.∾) = *fugatur*. G(m∾) = *si sinuatis pecunie foveret*. F = *amicitiae*.

6. BEF = *Fabricius quod rursum*. T = *quod rursus q*. F = *vacavit fovit*. 𝔑 ... 𝔙 + *vacavit bellum fodit*. GD (cr.∾) = *Qui ad focum*. T = *qui ad votum*.

in repurgando agro = BGAD (s.m.) ETFgv Pinc. v. l. Gr. 𝔑 ... 𝔙. 𝔐 ... 𝔙1. = *in agro repurgando*. D (p.m.) = *in repugnando agro*. 𝔈1. ... 𝔊 𝔑u 𝔙v ed. Nautae — *repurgando*. quod abesse quibusdam libris scribit Lips., sed intelligere videtur impressos. Nauta *repurgando* ortum esse putat ex *rapas*, quod quidam adscripserit voci *radices*. D(s.m.) T g Pinc. v. l. P2. 3. 4. Ort. 𝔑 ... 𝔊 = *evulsit*. Rell. etiam Boug. Col. ∾.

pisces et peregrina aucupia congereret? si conchyliis superi at-
que inferi maris pigritiam stomachi nausiantis erigeret? si in-
genti pomorum strue cingeret primae formae feras captas multa
caede uenantium? Infelix est Rutilius, quod qui illum damna- 7
uerunt causam dicent omnibus seculis? quod aequiore animo pas-
sus est se patriae eripi quam sibi exilium? Quod Sullae dicta-
tori solus aliquid negauit et reuocatus non tantum retro cessit,
sed longius fugit? Uiderint, inquit, isti quos Romae depre-
hendit felicitas tua. Uideant largum in foro sanguinem et su-
pra Seruilianum lacum (id enim proscriptionis Sullanae spolia-
rium est) senatorum capita et passim uagantis per urbem per-
cussorum greges et multa milia ciuium Romanorum uno loco
post fidem, immo per ipsam fidem trucidata. Uideant ista qui
exulare non possunt. Quid ergo? felix est L. Sulla, quod illi 8
descendenti ad forum gladio submouetur, quod capita sibi con-
sularium uirorum patitur ostendi et pretium caedis per quaesto-
rem ac tabulas publicas numerat? et haec omnia facit ille, ille

B = congeret. si conciliis. E = si consiliis (s id est piscibus). F = si conciliis superni. E(m∾) 𝔑 . . . 𝔅 = superbi. G (cr. ∾) 𝔑 . . . 𝔈1. = exigeret. Tronc. = pannorum strue. Lips. ci. = opsoniorum strue. Ruhk. ci. = hortorum [„i. e. rapulorum, radicum"] strue coll. Hor. Satt. II, 4, 16. GAETg P4. Col. Ort. cod. Lips. = cingeretur. 𝔑 . . . 𝔈1. = cingeretur? Primae. F = cingerentur. P3. = congeretur. Pinc. „Lege, inquit, augeretur, non augeret, ex eadem [v. l.]." Sed profecto scribi voluit cingeretur et cingeret, non cōgeretur, quod videbatur propterea Grutero, quia Pinc. post venantium verbum deglutire ex cod. Francisc. inserendum censebat. D + forme. Si feras ∾ venantium deglutiret. Cod. Lips. + venantium deglutiret.

7. G(cr.∾) T = Rutilius quidem qui. E + Rutilius quidem. EF = causam diceret. A (cr. ∾) = quo aequiore. F = eripiret. D + soli al. sille dictatori. F = soli dictatori. E = sille dicta tiro. G(cr.∾) = dictaturi. A (cr.∾) = tāntum non. Lips. ci. + retro non cessit. refutatur a Gronovio. g 𝔑 . . . 𝔅 = Viderunt inquit. P2. 𝔑 . . . 𝔏𝔍u + hoc isti. Rell. etiam Pinc. Gr. Brux. ∾. Pinc. ci. = ista. B = quod Romae. T — tua post felicitas.

Servilianum = BGADETFv Gr. 𝔑 . . . 𝔊. 𝔐 . . . 𝔅o = Servilium. 𝔈1. 2. — Sullanae contra mstos etiam Pinc. Gr. Rom. = spoliatorium. probat Dalech. D (s.m.) + senatorumque.

vagantis = BF. G 𝔈2. . . . 𝔅o = vagantes. 𝔑 . . . 𝔈1. = vagationes. Rell. n. l. G (m∾) — per ipsam fidem. B = trucidari. G = que exulare.

8. B — est post felix. T = felicior est. E = felix est rutillus silla. gv = illo descendente. sG 𝔑 . . . 𝔈1. (m∾) = gladius. G(cr.∾) = submoverunt. v = quot capita.

sibi consularium virorum patitur ostendi = BGADETFgv Boug. P3. Col. Ort. Cod. Lips. = ostendi. P2. 4. 𝔑 . . . 𝔊 — sibi. Tronc. Anic. Scal. = capita sibi appendi (?). 𝔐 . . . 𝔅o = cons. v. patitur appendi om. sibi. Ed. Nautae = sibi ∾ appendi. v = et tabulas. D(m∾) — omnia.

facit ille, ille qui = BA. GDE

qui legem Corneliam tulit. Ueniamus ad Regulum: quid illi
fortuna nocuit, quod illum documentum fidei, documentum pa-
tientiae fecit? Figunt cutem claui et quocumque fatigatum cor-
pus reclinauit uolneri incumbit, in perpetuam uigiliam sus-
9 pensa sunt lumina. Quanto plus tormenti tanto plus erit glo-
riae. Uis scire quam non poeniteat hoc pretio aestimasse uir-
tutem? Refice illum et mitte in senatum: eamdem sententiam
dicet. Feliciorem ergo tu Maecenatem putas cui amoribus anxio
et morosae uxoris cotidiana repudia deflenti somnus per sympho-
niarum cantum ex longinquo lene resonantium quaeritur? Mero
se licet sopiat et aquarum fragoribus auocet et mile uoluptatibus
mentem anxiam fallat: tam uigilabit in pluma quam ille in cru-
ce. Sed illi solatium est pro honesto dura tolerare et ad cau-
sam a patientia respicit: hunc uoluptatibus marcidum et felici-
tate nimia laborantem magis his quae patitur uexat causa patien-
10 di. Non usque eo in possessionem generis humani uitia uene-
runt, ut dubium sit an electione fati data plures nasci Reguli
quam Maecenates uelint. Aut si quis fuerit qui audeat dicere
Maecenatem se quam Regulum nasci maluisse: idem iste, ta-
ceat licet, nasci se Terentiam maluit. Male tractatum Socra-
tem iudicas, quod illam potionem publice mixtam non aliter quam
medicamentum inmortalitatis obduxit et de morte disputauit us-

𝔑...𝔙o — *ille.* GDE 𝔑...𝔙o = *quid illi documentum.* T = *quum illi docum.* g = *quod illud doc.* A (m∾) — *fidei, documentum.* P2. = *crucem clavi.* v P3. Ort. = *cutem clavis.* P4. = *cutem clari.*

in perpetuam = BADET (?) Fv. G = *imperpetuam.* 𝔑...𝔙o + *et in perp.*

9. G — *tanto* post *tormenti.* g = *quanto plus gloriae* om. *erit.* g = *quoniam non poeniteat.* G = *existimasse virtutem.*

Refice illum = BGADETFgv 𝔑. 𝔗...𝔙o + *Refice tu illum.* T = *mecenantem putas.* G = *putes.* gv = *Maecenatem dices.* 𝔑...𝔈1. = *anxiae.* v = *et amorosae uxoris.* mA = *Morosae. vulgari sermone muriose vel amaricatose.* G — *et longinquo.* D(cr.∾) Col. = *bene resonantium.* P2. 𝔑...𝔈1. = *leve reson.* P3. = *coenae reson.* D(cr.∾) E(cr.∾) = *Morose licet sopiat.* D + *sompnum avocet.* P3. + *somnum avocet.* gv Ort. = *somnum advocet.* BGADETFg Gr. 𝔑...𝔊 = *vigilavit.* F = *in pluvia.* G = *illam in cruce.* T = *a patientia respicere.* G — *vexat.* F = *causam patiendi.* v = *patienda.*

10. G(cr.∾) = *Non utique.*

nasci Reguli = BGAETF. Dgv = *nasci Regulos.* Rom. = *Regulos se nasci.* 𝔑...𝔙o = *Reguli nasci.* T = *quam mecenantes.* v = *quam Regulos nasci.* B = *nasci voluisse.* A (m ∾) — *iste.* T P4. = *Terentia maluit.* g = *Tarentia.* P2. = *Terentiam maluisset.* 𝔑...𝔈1. = *Male tentatum Socratem* contra mstos etiam Bong. Pinc. Gr. Anic. Scal. Rom. 𝔈2....𝔊 = *Male tunatum* S. D = *illam portionem.* Col. Tronc. 𝔑...𝔈1. = *abduxit.* 𝔈2...𝔐 = *eduxit.* mD = *al's ebi-*

que ad ipsam? male cum illo actum est, quod gelatus est san-
guis ac paulatim frigore inducto uenarum uigor constitit? Quan- 11
to magis huic inuidendum est quam illis quibus gemma ministra-
tur, quibus exoletus omnia pati doctus exsectae uirilitatis aut
dubiae suspensam auro niuem diluit? Hi quicquid biberunt uo-
mitu remetientur tristes et bilem suam regustantes: at ille ue-
nenum laetus et libens hauriet. Quod ad Catonem pertinet,
satis dictum est summamque illi felicitatem contigisse consensus
hominum fatebitur. quem sibi rerum natura delegit cum quo
metuenda collideret. Inimicitiae potentium graues sunt? oppo- 12
natur simul Pompeio, Caesari, Crasso. Graue est a deterio-
ribus honore anteiri? Uatinio postferatur. Graue est ciuilibus
bellis interesse? toto terrarum orbe pro causa bona tam infeli-
citer quam pertinaciter militet. Graue est sibi manus adferre?
faciat. Quid per haec consequar? ut omnes sciant non esse

bit. Dalech. ci. = *exsuxit.* Rell. etiam Bong. Gr. ∾. G (n.) + *cum de illo.* 𝔑...𝔊 = *actum est? congelatus est.* Bong. = *quod congelatus est.* Rell. etiam Gr. ∾. D(cr.∾) ET = *aut paulatim.* Dal. = *vigor concidit.*

11. D = *excoletus* [c n.] *est animus et omnia.* E = *exoletus est animus omnia* TP4. = *exoleto* [T = *ex oleto*] *omnia.* g Ort. = *exoletur.* P2. = *exolitus.*

exsectae virilitatis aut dubiae susp. = G (prius habuit *exsexte*) ADTFv P3. 4. 𝔈2....𝔊 𝔊ro...𝔅o. B = *et sectae* ∾. sA 𝔑 = *haut dubiae.* P2. Ort. = *haut dubie.* 𝔗...𝔈1. = *haud dubiae.* E = *haud dubie.* mT = *al's* [𝔗𝔅 =] *exacte viril.* g Col. = *hanc dubie.* A. Schottus (ad Aurel. Vict. c. 76.) legit ex mstis: *quibus expletus est animus. Omnia* ∾. 𝔐...𝔏4. — *exsectae ... dubiae.*

biberunt = BGADETFgv. 𝔑...𝔅o = *biberint.* A (cr. ∾) = *vomitu remetierunt.* m𝔈2. m𝔈 = *remetiuntur.* 𝔐 = *remetiantur.* 𝔑...𝔊 = *remittunt.* Rell. etiam Gr. ∾. D (m∾) E — *et* ante *bilem.* Ad hanc vocem mE haec debet: *De bile Ep. liiii quid non potest mihi persuadere Bilis est humor feleus et dicitur etiam virus et tristitia et inedia secundum pāp.* et al. m. *Bilem .i. chimum. vel cibum. vel humorem feleum. vel virus. vel superfluitatem.* F = *suam gustantes.* TF 𝔑...𝔅 = *bibens h.* G (s∾) = *libens hauries.* gv = *l. hausit.* E = *Quid ad Catonem.* gv = *Quantum ad Cat.* gv — *pertinet.* 𝔑...𝔈2. = *suamque illi* contra mstos etiam Pinc. Gr. P2. — *contigisse.* BG (s∾) g = *quoniam sibi r. n.* 𝔑...𝔅 = *quoniam rerum natura.* F = *metuenda colluderet.* B = *colliderentur.*

12. *potentium* = BGAETFgv. D 𝔑...𝔅o = *potentum.* 𝔑...𝔅 = *Apponantur simul.* D 𝔑...𝔏4. + *Caesari et Crasso.* Rell. etiam Pinc. Pall. Ort. ∾. T — *est* post *Grave.* A(cr.∾) = *honere anteiri.* T — *honore.* sE = *honore preiri.* D(m∾) = *Vitinis.* B = *pōtferatur.* 𝔑...𝔅 = *postferantur.* T = *Grave est cuilibet bellis.* F = *civibus bellis.* D (cr. ∾) 𝔈2...𝔊 = *tam feliciter.* T = *Grave ut sibi.* 𝔑...𝔅 = *Grave est si manus.* F = *manus sibi.* g (lit.) = *manus ifferre.*

Quid per haec = BADEv Ort. probat Grut. G = *Quibus probet consequitur* (m = *consequar*). 𝔑

haec mala quibus ego dignum Catonem putaui. IV. Prospera
in plebem ac uilia ingenia deueniunt: at calamitates terroresque
mortalium sub iugum mittere proprium magni uiri est. Semper
uero esse felicem et sine morsu animi transire uitam ignorare
est rerum naturae alteram partem. Magnus es uir: sed unde
scio, si tibi fortuna non dat facultatem exhibendae uirtutis?
2 Descendisti ad Olympia, sed nemo praeter te: coronam habes,
uictoriam non habes. Non gratulor tamquam uiro forti, sed
tamquam consulatum praeturamue adepto: honore auctus es.
Idem dicere et bono uiro possum, si illi nullam occasionem dif-
3 ficilior casus dedit in qua una uim sui animi ostenderet. Mise-
rum te iudico, quod numquam fuisti miser: transisti sine ad-
uersario uitam. Nemo sciet quid potueris. ne tu quidem ipse.
Opus est enim ad notitiam sui experimento: quid quisque pos-
set nisi temptando non didicit. Itaque quidam ultro se cessan-
tibus malis obtulerunt et uirtuti iturae in obscurum occasionem
4 per quam enitesceret quaesierunt. Gaudent, inquit, magni uiri

...𝔅o = *Quid per hoc.* BT = *consequitur.* G(s∾) — *Catonem.*

Cap. IV.

A + *Prospera re sed.* A(s.m.) + *Prospera res et.* B = *Prospero re sed in plebes.* 𝔗𝔅 + *Prospera sed.* Sub his quid lateat, vide. TF = *eveniunt.* DE = *veniunt.* BA = *ac calamitates.* g(cr.∾) = *ut calamitates.* 𝔈2....𝔐 + *velle transire vitam* contra mstos. BG (lit.) D(cr.∾) E = *Magnus est vir.* A = *vir es.* B = *sed inde scio.*

2. G (cr.∾) = *Olympiam.*

sed nemo = BADEF P2. 𝔗...𝔈2. 𝔐 ... 𝔏4. ed. Nautae. GT Pinc. v. l. P3. 4. Col. Ort. 𝔊𝔊 𝔊ro ...𝔅o = *si nemo.* mG = *per te.* 𝔗𝔅 = *Olympiam coronam habet.* P2. + *Olympia, coronam habes.* G(cr.∾) g Ort. (m∾) = *habet.* B = *hñs victoriam.* 𝔈1. 2. = *victoriam non habes, Olympiam coronam habes.* Rom. = *Gratulor non tanquam.* G (cr.∾) E (s∾) cod. Lips. = *honore augustus es.* B = *et bonorum possum.* G = *sed illi nullam.* E = *illa nullam.* A (m∾) — *occasionem.* G (cr.∾) gv = *in qua unam vim animi sui.* D(cr.∾) E libri Lips. = *unam.* unde Lips. ci. = *vivam.*

3. GDETgv = *qui nunquam.* B = *Nemo scis.* 𝔗...𝔊 = *quod non fuisti.* GET 𝔗...𝔊 = *nec tu quidem.* 𝔈1. = *quod quidem quis possel.* 𝔈2. + *quid quidem.* 𝔗𝔅 = *quod quidem quisque.* P2. + *quid alius quidem quisque.* 𝔊ro ...ℜu 𝔅o = *quod quisque.* T = *quid quisquam.* Rell. etiam Pinc. Gr. 𝔅2. ∾. ET ℑu = *possit.* G (m∾) = *nisi territando.* D (m∾) = *nisi certando.* Col. = *nisi tentando didicit* om. *non.* GT = *Itaque qui ultro.* gv + *Itaque quidam* [g = *quidem*] *ultro viri fortes se cessantibus.* AD Bong. + *ipsi ultro.* Pron. olim adscriptum videtur ad vim Particulae *ultro* significandam. G = *et virtuti mire in obsc.* T P4. = *et virtuti ne iret.* P2. = *et virtuti iter in obsc.* 𝔗...𝔊 = *et virtuti iter in occasionem.* Rell. etiam Bong. ex Cui. Pinc. P3. Col. Ort. ∾. G(cr.∾) AE (s∾) Fgv Pinc. v. l. P2. 𝔗...𝔊 = *enitescerent.* B = *enitescere.* Rell. etiam Bong. Gr. ∾.

4. *Gaudent, inquit* = BGATFg Gr. 𝔗...𝔈1. (T = *inquid*). DE 𝔈2. ...𝔅o = *Gaudent inquam.* g =

aliquando rebus aduersis, non aliter quam fortes milites bellis triumphant. Ego murmillonem sub Tiberio Caesare de raritate munerum audiui querentem: *Quam bella,* inquit, *aetas perit!* Auida est periculi uirtus et quo tendat, non quid passura sit cogitat: quoniam etiam quod passura est gloriae pars est. Militares uiri gloriantur uolneribus, laeti fluentem meliori casu sanguinem ostentant. Idem licet fecerint qui integri reuertuntur ex acie, magis spectatur qui saucius redit. Ipsis, inquam, 5
deus consulit quos esse quam honestissimos cupit, quotiens illis materiam praebet aliquid animose fortiterque faciendi: ad quam rem opus est aliqua rerum difficultate. Gubernatorem in tempestate, in acie militem intellegas. Unde possum scire quantum aduersus paupertatem tibi animi sit, si diuitiis diffluis? Unde possum scire quantum aduersus ignominiam et infamiam odiumque populare constantiae habeas, si inter plausus senescis? si te inexpugnabilis et inclinatione quadam mentium pronus fauor sequitur? Unde scio quam aequo animo laturus sis orbitatem, 6

b o n i viri. G(cr.∾) D(cr.∾) ET = *advers a r i i s.*

bellis t r i u m p h a n t = A(p.m.) ci. Lips. A(s.m.) BGDETg Gr. 𝔗 . . . 𝔊 𝔅2. = *bell i triumph o.* Anic. Rom. 𝔐 . . . 𝔅1. — *triumphant.* 𝔑u 𝔅o = *bellis. Triump h o.* Ruben. Gron. cii. ed. Nautae = *bellis. Triumph u m ego.* Utrique enim *Triumphum* accipiunt pro gladiatore a Martiale (de Spectt. Ep. 22.) commemorato: *Dum peteret pars haec Myrinum, pars illa Triumphum.* Sed obest temporis ratio.

mu r millonem = BGAE P2. 4. g = *murm u l i o nem.* 𝔗 . . . 𝔈1. = *Murmi l l i o nem.* · 𝔈2. . . 𝔐 𝔊ro . . . 𝔅o = *mirmillonem.* Col. = *mirmi l i onem.* D𝔏 . . . 𝔏4. = *m y rmillonem.*

sub T i b e r i o Caesare. Sic scripsi: nam A Bong. = *sub T. Caesare.* BG = *sub G. Caesare.* E = *sub b. Cesare.* D𝔗 . . . 𝔅o = *sub C. Caesare.* B = *de raritate n u m e r u m.* sg = *de raritate v o l n e r u m.* D(s.m.) Col. = *de raritate v u l n e r u m.* G (cr.∾) = *Q u o n i a m bella.* G = *aetas p e t i i t.* D (cr.∾) E = *aetas petit.* Rom. + *aetas m i h i perit.* Libri Lips. = *A u d a x est periculi.* BDEF 𝔗𝔅 = *et quo tend i t.* GT = *sit passura.*

quoniam e t i a m quod = BADg Col. Ort. F = *quoniam etiam qu i d.* GP4. = *q u a m q u a m* [sG = *qu e mquam*] *etiam quod.* E = *q u a m q u a m quod* om. *etiam.* T = *q u a m q u a m e t quod.* P2. 3. 𝔗 . . . 𝔅o = *quoniam e t quod.* B = *l a ti fluentem.* Lips. ci. = *meliori c a u s a.* Refutatur a Gronovio. BF = *osten d ant.* GTg = *saucius red i i t.*

5. sGE = *Ipsis u n quam.* G(cr.∾) = *quotiens ill o s.* Ed. Nautae = *quoties ill i.* G(cr.∾) = *quam r e s opus est.* sG = *in acie milit a n t em.* g (m∾) — *Unde possum . . . diffluis.* G = *U t* [s∾] *possi s scire.* G — *quantum adversus . . . possum scire.* T = *a d paupertatem.* Tmg P4. Ort. = *diffl u a s.* 𝔗𝔅 = *d e fluis.* D(cr.∾) = *d e flu a s.* E = *a f fluis.* P3. = *a ffluas.* T = *q u o d adversus ignom.* g = *adv. ignomin i a.* g = *si int r a plausus.* BGD(m∾) ETF cod. Lips. — *si te.* sG = *u t inexpugnabilis.* Cod. Lips. = *inexpugnab i l i t e r.* G (m∾) E duo codd. Lips. Lat. Latin. (B. Pr. p. 46.) = *inclinatione quadam m e r i t u m.*

6. D = *B e n e scio.* 𝔗 . . . 𝔊 + *or-*

si quoscumque sustulisti uides? Audiui te, cum alios consola-
reris: tunc conspexissem, si te ipse consolatus esses, si te ipse
dolere uetuisses. Nolite, obsecro uos, expauescere ista quae
di inmortales uelut stimulos admouent animis. Calamitas uirtu-
tis occasio est. Illos merito quis dixerit miseros qui nimia feli-
citate torpescunt, quos uelut in mari lento tranquillitas iners
7 detinet. Quicquid illis inciderit nouum ueniet: magis urgent
saeua inexpertos. graue est terere ceruicibus iugum. Ad suspi-
cionem uolneris tiro pallescit: audacter ueteranus cruorem suum
spectat qui scit se saepe uicisse post sanguinem. Hos itaque
deus quos probat, quos amat indurat, recognoscit, exercet:
eos autem quibus indulgere uidetur, quibus parcere molles uen-
turis malis seruat. Erratis enim, si quem iudicatis exceptum:
8 ueniet ad illum diu felicem sua portio. Quisquis uidetur dimis-
sus esse dilatus est. Quare deus optimum quemque aut mala
ualitudine aut aliis incommodis adficit? Quia in castris quo-
que periculosa fortissimis imperantur, dux lectissimos mittit qui

bitatem filiorum contra mstos etiam Pinc. Gr. sG = *sustulisti res.* A (cr. ∾) = *consolaris.* G (cr. ∾) D(cr. ∾) g = *conspexisse.* T = *adspexissem.* BF = *dolore vetuisses.* B GDE = *vos obsecro.* GDET = *occasio virtutis.* sG = *aliquis dixerit.* D + *quis non dixerit.* B = *quos vero in mari.* 𝔗 . . . 𝔈2. = *itineris detinet.*

7. E = *incederit.* G (cr. ∾) = *nondum veniet.*

grave est terere cervicibus iugum = BAF. P1. (immo 2.) = *Grave est terrere in civibus iurgium.* GmATP3. 4. libri Lips. 𝔗 . . . 𝔈1. = *Grave est ferre cervicibus iugum.* D g Ort. = *Grave eis est ferre cervicibus iugum.* Rom. = *Grave est eis ferre iugum.* mD Tronc. Verd. = *Grave est teneris cervicibus iugum.* E = *Grave enim est ferre cervicibus iugum.* Pinc. v. l. Col. 𝔅2. = *Grave est ferre teneris cervicibus iugum.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *Grave est non assuetis ferre cervicibus iugum.* 𝔐 . . . 𝔏4. = 𝔑u 𝔙o = *Grave est tenerae cervici iugum.* defendit Burm. ad Prop. p. 221. Lips. ci. 𝔊ro 𝔅1. = *Grave est ferae cervici iugum.*

audacter = GADETg. B = *audacius.* 𝔗 . . . 𝔙o = *audaciter.* G DE = *cruorem suum expectat.* G = *saepe se vixisse* (s c). DE = *saepe se.* DET — *quos* ante *probat.* G (cr. ∾) = *inducat recognoscat.* D = *eos. quibus autem.* T = *quibus parcit.* 𝔗 . . . 𝔈2. + *Sed veniet ad illum.* Grut. ci. + *Veniet et ad illum.* GT — *diu.* g = *iudicatis exemptum.*

8. G(s∾) = *quis videtur.* GET g — *esse* post *dimissus.* B = *unumquemque optimum.* E = *Optinium quemque quare deus.* G = *aut malum valitudine.* BGTFg Pall. Ort. 𝔗 . . . 𝔊 = *aut mala val. aut luctu aut incommodis.* Col. 𝔅2. ed. Nautae + *aut luctu aut aliis incommodis.* A DE 𝔐 . . . 𝔑u 𝔙o ∾.

Quia in castris = BGAETFg Pinc. v. l. P3. 4. Col. Ort. 𝔅2. P2. 𝔗𝔅 = *Quare in castris quaeque.* D Anic. Scal. Tronc. 𝔈1. . . . 𝔑u 𝔙o = *Quare in castris quoque* ∾ *imperantur? Dux.* B — *quoque.* G = *fortissimus imperatur* (hoc cr. ∾). T Pinc. v. l. P4. = *imperat dux. Lect.* DE = *electissimos.* G(s c) = *lelis-*

nocturnis hostes adgrediantur insidiis aut explorent iter aut praesidium loco deiciant. Nemo eorum qui exeunt dicit, Male de me imperator meruit: sed, Bene iudicauit. Idem dicant quicumque iubentur pati timidis ignauisque flebilia: Digni uisi sumus deo in quibus experiretur quantum humana natura posset pati. Fugite delicias, fugite eneruatam felicitatem qua animi permadescunt, nisi aliquid interuenit quod humanae sortis admoneat, uelut perpetua ebrietate sopiti. Quem specularia sem- 9
per ab adflatu uindicauerunt, cuius pedes inter fomenta subinde mutata tepuerunt, cuius coenationes subditus et parietibus circumfusus calor temperauit hunc leuis aura non sine periculo stringet. Cum omnia quae excesserunt modum noceant, periculosissima felicitatis intemperantia est. Mouet cerebrum, in uanas mentes imagines euocat, multum inter falsum ac uerum mediae caliginis fundit. Quidni iis satius sit perpetuam infeli- 10
citatem aduocata uirtute sustinere quam infinitis atque inmodicis

simos. T = *maturius hostes.* g = *aggrediantur hostes.* B = *explorent ne loco aut praes.* Duo codd. Lips. = *explorent interdum.* unde Lips. ci. = *explorent interdiu.* G (s.m.) = *qui exeunt dicet.* GDET = *De me male.* g = *imperator extimavit.* E = *quocunque videntur.* F = *iubent.* G = *tumidis.* g = *ignavisque flabella.* G = *digni iussi sumus.* BT = *possit pati.* D(m∞) cod. Lips. = *enervantia felicitatem.* unde Lips. ci. = *enervantem fel.* 𝔗 ... 𝔈1. = *quam animi pertimescunt.* m𝔈1. 𝔈2. ... 𝔖 = *qua animi marcescunt.* D (m ∞) m𝔈1. m𝔈2. m𝔈 = *qua animi madescunt.* Rell. etiam Bong. Gr. ∞. BG(s.m.) ADT g 𝔗 ... 𝔖 + *et nisi aliquid.* G(p.m.) = *et nichil aliud.* E = *et nihil aliquid.* BTg = *intervenerit.* D E = *humanam sortem.* T = *illud perpetua.* D + *perpetua sunt.* G (cr.∞) T = *sopita.*

9. G(cr.∞) = *Que specularia.* 𝔗 𝔅 = *Quem specularia a flatu abeundi caverunt.* 𝔈1. ... 𝔐 = *semper a flatu.*

vindicaverunt = A. GDEg = *vendicarunt.* B 𝔈1. ... 𝔅o = *vindicarunt.* B — *pedes.* g = *intra fomenta.* D (cr.∞) = *inter formenta tepuerunt* om. *subinde mutata.* Cod. Lips. = *inter segmenta.* Duo codd. Lips. — *subinde mutata.* unde Lips. ci. = *inter tegmenta tepuerunt.* Refutatur a Gronovio. G = *cuius senationes.* G (cr. ∞) = *subditis.* G (cr. ∞) F = *felicitas.* B = *lenis aura.*

in vanas mentes imagines = BGA DETF Gr. 𝔐 (ed. Comm.). 𝔗 ... 𝔈1. = *in varias mentes et imagines.* 𝔈2. = *in varias mentem imagines.* Pinc. tradit tantum veterem lectionem praeferre *vanas*, non *varias*. 𝔈 𝔖 𝔐 (ed. Par.) 𝔏 ... 𝔅o = *in vanas mentem imagines.* GDEg = *et verum.*

10. *Quidni iis satius sit.* Ita scribendum censeo ex veterum librorum scripturis. A = *Quidne is* [i. e. *iis*] *satius sit.* sD = *Quid ne hiis satius sit.* P2. = *Quidve hiis satius sit.* BGDETg P3. 4. Col. Ort. 𝔗𝔅 = *Quidne id satius sit.* F 𝔈1. ... 𝔖 = *Quidni id satius sit.* sG = *Quodne id satius sit.* 𝔐 ... 𝔅o — *iis.*

perpetuam infelicitatem advocata virtute sustinere = A Bong. Col. m𝔈2. B = *perpetuam felicitatem avocata virtute sust.* GF = *perpetuam felicitatem advocata virtute s.* DE = *perpetuam infelicitatem advo-*

bonis rumpi? Lenior ieiunio mors est: cruditate dissiliunt. Hanc itaque rationem di sequuntur in bonis uiris quam in discipulis suis praeceptores: qui plus laboris ab iis exigunt in quibus certior spes est. Numquid tu inuisos esse Lacedaemoniis liberos suos credis quorum experiuntur indolem publice uerberibus admotis? Ipsi illos patres adhortantur ut ictus flagellorum fortiter perferant et laceros ac semianimes rogant perseuerent uol-
11 nera praebere uolneribus. Quid mirum, si dure generosos spiritus deus temptat? numquam uirtutis molle documentum est. Uerberat nos et lacerat fortuna. patimur: non est saeuitia, certamen est. quod si saepius adierimus, fortiores erimus. Solidissima corporis pars est quam frequens usus agitauit. Praebendi fortunae sumus, ut contra illam ab ipsa duremur. Paulatim nos sibi pares faciat: contemptum periculorum adsiduitas periclitandi dabit. Sic sunt nauticis corpora a ferendo mari

cat hominem a virtute sust. T = *perpetuam felicitatem advocat sustinere.* g Ort. = *perpetuam infelicitatem quae abvocat hominem a virtute sust.* P2. 3. 4. 𝔗𝔙 = *infelicitatem advocat a virtute sust.* 𝔈1. ... 𝔙𝔬 = *perp. infelicitatem quae advocat ad virtutem sust.* m𝔈 = *advocante virtute.* non improbat Lips. V (vide ad III, 3.) + [*rumpi*] *necesse est.*

Lenior ieiunio mors est = BVA D. GETFg Pall. 𝔗 ... 𝔊 𝔑𝔲 ... 𝔙𝔬 = *Levior ieiunio m. e.* Col. 𝔐 ... 𝔙1. = *Levior ieiuno mors est.* Lips. ci. + *e ieiunio.* G (cr. ∾) Eg = *crudelitate.* E m𝔈2. m𝔈 = *dissilit.* unde Lips. ci. = *difficilis* vel *dissimilis*, ut ad *mortem* referatur. g = *desiliunt.* Rell. etiam F Gr. ∾. mCol. addit *scil. morientes.* B = *secuntur.*

ab iis = A (sed scribit antiqua ratione *is*). Rell. = *ab his* aut *ab hiis.* GDET = *spes certior est.* D = *verberibus adiunctis.* E = *verberibus amotis.* Pinc. v. l. = *verberibus admotos.* Rell. etiam Gr. ∾. E = *Ipsis illos.* G = *ipsi illi.* G = *fortiter preferant.* T = *fortiter proferant.* sE = *laceros* explicat per *fatigatos* G(m∾) = *semianimes pergant.* V = *roganti.* D = *et* [n.] *perseverant.* GVTFg = *perseverant.* 𝔗𝔙 = *perseverantes.* B = *perferant vulnera pr.*

11. G — *deus.* G = *numquid virtuti.*

patimur = BGVADEF Gr. 𝔗 ... 𝔊. 𝔐 ... 𝔙𝔬 = ? *patiamur.*

quod si saepius = A. G (s.m.) = *quod saepius.* G (p.m.) T = *que saepius.* BVDE 𝔗 ... 𝔙𝔬 = *quo saepius.*

corporis pars est = BA. V 𝔗 ... 𝔙𝔬 = *pars est corporis.* GDET = *pars corporis est.* Vox *corporis* suspecta. DEg Pinc. v. l. P4. Ort. Rom. Scal. Tronc. = *usus exagitavit.* T = *usus exagitaret.* Rell. etiam P2. 3. Col. ∾. G (m∾) — *sumus* post *fortunae.*

contra illam ab ipsa = AF Col. P2. 3. 𝔗 ... 𝔈2. B = *contra illam ad ipsam.* GVDEg Pinc. ex. dom. 𝔈 ... 𝔙𝔬 = *contra ipsam ab ipsa.* B GVA (s.m.) sEF P2. 3. Ort. 𝔗 ... 𝔈1. = *duremus.* Dg = *induremur.* E = *inclinemur.* A (p.m.) Col. P4. 𝔈2... 𝔙𝔬 ∾. B = *pares sibi.* V = *sibimet pares.* D(s∾) = *ipsi pares.* g = *faciet.* Col. = *sic fiunt nauticis.* GDET omnis Pinc. v. l. Pall. 𝔈𝔊 = *nautis corpora.* g Ort. = *sic nautis sunt corpora.* V = *corpora nautis.* 𝔗𝔙 = *naucia corpora.* Germ. 𝔈1. 2. = *nautica corpora.* BA Bong. 𝔐 ... 𝔙𝔬 ∾.

dura. agricolis manus tritae. ad excutienda tela militares lacerti
ualent. agilia sunt membra cursoribus. Id in quoque solidissi-
mum est quod exercuit. Ad contemnendam malorum potentiam 12
animus patientia peruenit: quae quid in nobis efficere possit
scies, si adspexeris quantum nationibus nudis et inopia fortiori-
bus labor praestet. Omnes considera gentes in quibus Romana
pax desinit, Germanos dico et quicquid circa Istrum uagarum
gentium occursat. Perpetua illos hiems, triste coelum premit,
maligne solum sterile sustentat, imbrem culmo aut fronde de-
fendunt, super durata glacie stagna persultant, in alimentum
feras captant. Miseri tibi uidentur? nihil miserum est quod in 13
naturam consuetudo perduxit: paulatim enim uoluptati sunt quae
necessitate coeperunt. Nulla illis domicilia nullaeque sedes sunt,
nisi quas lassitudo in diem posuit. uilis et hic quaerendus manu
uictus, horrenda iniquitas coeli, intecta corpora: hoc quod tibi
calamitas uidetur tot gentium uita est. Quid miraris bonos 14
uiros, ut confirmentur, concuti? Non est arbor solida nec for-
tis, nisi in quam frequens uentus incursat: ipsa enim uexatione
constringitur et radices certius figit. Fragiles sunt quae in apri-
ca ualle creuerunt. Pro ipsis ergo bonis uiris est, ut esse in-
territi possint, multum inter formidolosa uersari et aequo animo

a ferendo mari dura = g Ort. D = *a f ferendo mari dura.* VAsDE F Col. 𝔗𝔅 = *e f ferendo mari dura.* 𝔈1. . . . 𝔅o = *ferendo mari dura* om. *a.* Pinc. v. l. = *manus e x tritae.* g = *ad excutienda i a c u l a.* G(cr. ∾) = *a g r i c o l a sunt membra.* G (s ∾) T = *in q u o sol.* VDE = *in quoc u n-que sol.* g — *in* ante *quoque.*

12. V + *Ad contemnendam e r g o.* B = *p e c t ĩ a m malorum.* GF P3. + *p a t i e n t i a m v e l potentiam malo-rum.* D(s ∾) E(s ∾) = *i m p a t i e n t i a m malorum.* Pinc. v. l. Col. = *malo-rum p a t i e n t i a m.* Rell. ∾. DE = *Q u i c quid in nobis efficere.* T = *p e r f i c e r e possit.* B = *efficere pos-s i s.* G = *in asp e r i s quantum n a-t r ō t i m i* [m ∾] *et inopia.* P3. + *nationibus i n nudis.* P4. = *quantum a nationibus t i m i d i s.* T = *q. na-tionibus t i m i d i s.* B = *inop i o.* B = *Romana p a r s.* BFg = *H i strum.* G = *Y strum.* BF = *vag o rum gen-tium.* Vet. cod. Dalech. = *e x cur-sat.* E = *Perpetua ill a s.* A (cr. ∾) = *solum sterile s u s t a t.* D (s ∾) = *s u b durata gl.* Ort. = *superdurata.* DE + *e t triste.* G (m ∾) quaedam exx. Pinc. P4. = *stagna.* V = *st ã-gna.* V = *persul c ant.*

13. G(s ∾) = *n i l miserum est.* E = *volu n tati sunt.* V = *necessitat i.* G(cr. ∾) = *Null o illis.* *nullaeq u e* = BGVADETFg 𝔗 . . . 𝔊. 𝔐 . . . 𝔅o = *nullae* om. *que.* V = *sunt sedes.* GDET + *quaerendus e s t.* GVDEg = *coeli iniquitas.* G = *int e r e a corpora.* T = *int e r e a c o m-p a r a.* D + *intecta corpora s u n t.* E = *Int a cta corpora s u n t.* P3. = *Hoc q u i d e m tibi calamitas.*

14. V = *ut f i r mentur.* T = *ne-q u e fortis.* G(cr. ∾) = *nisi ñ qu e m frequens.* G(cr. ∾) = *ips e enim.* B sE = *in op a c a valle.* D(s ∾) — *er-go.* GD = *viris bonis.* Eg = *viris ergo bonis.* G = *int r i t i possint.* mG = *int e r i t i possint.* VF = *int e n t i possint.* GVDETg = *inter formidolo-*

ferre quae non sunt mala nisi male sustinenti. V. Adice nunc
quod pro omnibus est optimum quemque, ut ita dicam, militare
et edere operas. Hoc est propositum deo quod sapienti uiro,
ostendere haec quae uolgus adpetit, quae reformidat nec bona
esse nec mala: adparebunt autem bona esse, si illa non nisi bo-
nis uiris tribuerit, et mala esse, si tantum malis inrogauerit.
Detestabilis erit caecitas, si nemo oculos perdiderit, nisi cui
eruendi sunt. Itaque careant luce Appius et Metellus. Non
2 sunt diuitiae bonum. Itaque habeat illas et Elius leno, ut ho-
mines pecuniam, cum in templis consecrauerint, uideant et in
fornice. Nullo modo magis potest deus concupita traducere,
quam si illa ad turpissimos defert, ab optimis abigit. At iniquum
est uirum bonum debilitari aut constringi aut adligari, malos in-
3 tegris corporibus solutos ac delicatos incedere. Quid porro?
non est iniquum fortes uiros arma sumere et in castris pernoctare
et pro uallo obligatis stare uolneribus, interim in urbe securos
esse praecisos et professos inpudicitiam? Quid porro? non est

sa multum. GT = *vexari.* G(s∾) — *sunt* ante *mala.* D(m∾) — *male.*

Cap. V.

F = *Adiicite nunc.* D (cr.∾) = *pro omnibus quod.* G(s∾) — *ut* ante *ita.* g Ort. (p.m.) = *dare quod sap.* T — *deo.* G(cr.∾) = *deo quidem sap.* ℭ1. 2. — *quod* post *deo.* Dalech. pariter non agnoscit. BG (cr. ∾) V(cr.∾) ADEFg Gr. 𝔗𝔅 = *ostenderet haec.* T = *ostendit haec.* non displicet. T = *vulgo.* GVDEF = *quae formidat.* G(m∾) — *nec mala ... bona esse.* B — *autem.* T = *autem varia esse.* g — *esse* post *bona.* V = *si ea non nisi.* G (lit.) = *bonis viris tribuunt.*

tantum malis = BA. Rell. = *malis tantum.* D (cr. ∾) ET = *irrogaret.* A (cr. ∾) = *Destavilis erit.* V = *perdiderit oculos.* E = *Itaque carent* GT = *et Marcellus.*

2. G(n.) T + *Itaque et habent.* D (cr.∾) = *Itaque et hanc.*

et Elius leno = BGAT P2. 3. 4. Col. V = *Elius et leno.* D = *et Ellius et* [n.] *leno.* g Ort. = *Celius leno* om. *et.* 𝔗 ... 𝔅o = *et Ellius leno.* E + *ut et homines.* BV = *deus potest magis.* g = *potest magis deus.* GDE + *ipse deus.* BG (cr.∾) ET P2. 4. Tronc. Anic. = *si illa turpissimis def.* (B = *deferunt*). D = *si illa turpissimis* [mD = *differt ab optimis*] *abigit.* F = *si illa turpissimus defert.* P3. = *si illa a turpissimis defert.* 𝔗𝔅 = *differt.* G(s∾) = *Aut iniquum est.*

virum bonum = BGVADEFg. 𝔗 ... 𝔅o = *bonum virum.*

aut constringi = AE 𝔐 ... 𝔏4. 𝔗 ... 𝔊 = *aut confringi.* Tronc. = *aut confligi.* BGVD Pinc. v. l. Gr. Anic. Rom. libri Lips. mℭ 𝔊ro ... 𝔅o = *aut configi.* V + *malos autem.* GD (cr. ∾) T = *ac debilitatos.* G(cr.∾) = *intendere.*

3. G(m∾) = *non est magnum.* V = *sumere arma.* G (s∾) DET = *ligatis stare.* GD(cr.∾) = *Iterum in urbe.* V = *securos esse in urbe.*

praecisos et professos = E ℭ1. ... 𝔏4. (exc. ℭ). A = *provisos* [*provi* ab al. m.] *et professos.* BGDT Pall. Col. 𝔗𝔅 = *procisos et prof.* (*et professos* apud D in m tantum leguntur). Vg Ort. = *procos et prof.* (g Ort. = *profexos*). Lips. ci. 𝔊ro ... 𝔅o = *percisos et prof.* ℭ =

iniquum nobilissimas uirgines ad sacra facienda noctibus excita-
ri, altissimo somno inquinatas frui? Labor optimos citat. Se-
natus per totum diem saepe consulitur, cum illo tempore uilis-
simus quisque aut in campo otium suum oblectet aut in popina
lateat aut tempus in aliquo circulo terat. Idem in hac magna
republica fit: boni uiri laborant, inpendunt, inpenduntur et uo-
lentes quidem. non trahuntur a fortuna, sequuntur illam et
aequant gradus. si scissent, antecessissent. Hanc quoque ani- 4
mosam Demetrii fortissimi uiri uocem audisse me memini: *Hoc
unum*, inquit, *de uobis, di inmortales, queri possum, quod
non ante mihi uoluntatem uestram notam fecistis. Prior
enim ad ista uenissem ad quae nunc uocatus adsum. Uul-
tis liberos sumere? uobis illos sustuli. Uultis aliquam par-
tem corporis? sumite. Non magnam rem promitto: cito
totum relinquam. Uultis spiritum? Quidni? nullam mo-
ram faciam, quo minus recipiatis quod dedistis: a uolente
feretis quicquid petieritis. Quid ergo est? maluissem of-
ferre quam tradere. Quid opus fuit auferre? accipere
potuistis. Sed ne nunc quidem auferetis, quia nihil eripi-
tur nisi retinenti. Nihil cogor, nihil patior inuitus nec ser-*

praetiosos et prof. F — *frui* post *inquinatas.* V = *per totam diem.* P2. = *saepe consuluit.* 𝔗...𝔊1. = *consuluit saepe.* P3. = *saepe consumitur.* Col. = *consuliter.* 𝔊2. ...𝔖 (m𝔊2. ∾) = *consultat saepe.* V — *suum* post *otium.* D (cr. ∾) EF = *oblectat* ∾ *latet.* G(s∾) = *oblectat.* V = *in alio circulo t'erat.* P2. 𝔗...𝔊2. = *Idem in hac re magna publica.* B = *republica si boni.* G = *impendunt et* [n.] *impenduntur et volentes quidem a forma trahuntur.* D (m∾) — *impendunt.* Bong. + *impenduntur que.* P3. = *impendunt et nolentes quidem non trahuntur a fortuna.* E(s∾) P4. = *nolentes quidem* [T =] *a fortuna trahuntur.* P2. = *impediunt et impediuntur. Nolentes* ∾. Col. = *et volentes quaedam.* D(s∾) — *non ante trahuntur.* 𝔗...𝔖 = *laborant, impediuntur, volentes quidem, non tr. a. f.* B = *secuntur.* 𝔗...𝔖 = *et aequo gradu si scissent.* G (cr. ∾) = *antecxissent.*

4. GD(m∾) ET — *viri.* A (m∾) — *audisse.* g = *vocem audisse* [s *memini*]. *Hoc unum.*

de vobis, di inmortales = BGVAD F. E = *de nobis dii imm.* g = *de vobis dii queri possum.* T = *de nobis dii immortales queri possunt.* 𝔗...𝔊1. — *de vobis.* B — *notam* ante *fecistis.* G (s ∾) V = *vocatus sum.* Nauta verba *Vultis ... sustuli* male omisit.

vobis illos = GADETg. V = *vobis filios.* B — *vobis.* 𝔗...𝔊1. = *illos vobis offero.* 𝔊2....𝔚o = *illos vobis sust.* B = *quid minus recipiatis.* T = *quem dedistis.* G(s∾) = *quicquid patiemini.* T + *petieritis patiemur.* E = *quicquid ergo est.* V = *quod opus fuit.* G — *nunc quidem.* sG = *nec nunc q.* V = *nec quidem nunc.* T = *nec nunc auf.* D(s∾) — *quidem.* G(s∾) = *aufertis.* V = *nil eripitur.* B = *nisi renitenti.* Vg = *nisi resistenti.* V + *nichil cogor, nichil angor.* B = *nisi patior invitus.*

uio deo, sed adsentior: eo quidem magis, quod scio omnia
5 *certa et in aeternum dicta lege decurrere.* Fata nos ducunt et quantum cuique temporis restat prima nascentium hora disposuit. Causa pendet ex causa, priuata ac publica longus ordo rerum trahit. Ideo fortiter omne patiendum est, quia non, ut putamus, incidunt cuncta, sed ueniunt. Olim constitutum est quid gaudeas, quid fleas. et quamuis magna uideatur uarietate singulorum uita distingui, summa in unum uenit: accipimus
6 peritura perituri. Quid itaque indignamur? quid querimur? ad hoc parati sumus. Utatur ut uult suis natura corporibus: nos laeti ad omnia et fortes cogitemus nihil perire de nostro. Quid est boni uiri? praebere se fato. Grande solatium est cum uniuerso rapi. Quicquid est quod nos sic uiuere, sic mori iussit, eadem necessitate et deos adligat. inreuocabilis humana pariter ac diuina cursus uehit. Ille ipse omnium conditor et rector scripsit quidem fata, sed sequitur. semper paret, semel
7 iussit. Quare tamen deus tam iniquus in distributione fati fuit, ut bonis uiris paupertatem, uolnera et acerba funera adscriberet? Non potest artifex mutare materiam: haec passa est.

sed adsentior = BAF Anic. GVDE 𝔗...𝔅o = *assentio.* G = *et quidem.* D (s∾) = *Equidem.* GD (s∾) ET 𝔗...𝔈1. = *quo scio.* V = *lege dicta.* D = *data lege.* E = *indicta lege.*

5. *quantum cuique temporis restat* = AG. F cod. Lips. 𝔗...𝔊 = ∾ *restet.* V = *quantum temporis cui*[s *que*] *restat.* DEg = *quantumcunque temporis restat.* T = *quantumcunque tempus restet.* BD(s.m.) 𝔐...𝔅o = *quantum cuique restet.* g + *et ex causa.* T = *ex privata* om. *causa.* B = *Ideo fortiter ẽe.*

patiendum est = BGVADETg Bong. Tronc. Anic. Scal. (B — *est*). 𝔗...𝔈1. = *faciendum est.* 𝔈2.... 𝔅o = *ferendum est.* T — *ut* ante *putamus.* G = *videantur* [= Eg] ∾ *singulorum iura.* BG (cr. ∾) AD (s.m.) E = *distinguit.* P3. = *distinguitur.* G (m∾) D(cr. ∾) ET Ort. = *summarium venit.* P4. = *summarum venit.* V = *summa in imum venit.* Col. = *summa in ymum venit.*

accipimus = BGVAT. DE 𝔗... 𝔅o = *accepimus.* g = *perituri peritura.*

6. *Quid itaque* = BGVADETgAnic. Rom. Scal. 𝔗...𝔅o = *Quid ita.* G = *adhuc parati.* g = *ad haec parati.* D(cr.∾) = *parati simus.* V = *Utamur.* T = *et fortes ad omnia.* V + *et grande sol.* E(s∾) P2. 𝔗...𝔈2. = *Quid est quod.*

sic vivere, sic mori iussit = BmGVADEg Col. P3. Ort. 𝔗...𝔈2. G = *intueri sic mori iussit.* TP4. = *intueri iussit, sic mori iussit.* F Pinc. v. l. 𝔈𝔊 + *sic vivere iussit, sic mori iussit.* P2. + ∾ *et iussit.* 𝔐... 𝔅o = *sic vivere iussit, sic mori.* GT = *inrevocabiliter.*

omnium conditor et rector = BA. GVDETg = *conditor* [D = *condictor*] *et rector omnium.* 𝔗...𝔅o = *omnium conditor ac rector.* D — *paret.* mDE = *patet.* g (cr. ∾) = *parere.*

7. T — *in* ante *distributione.* V = *fuit fati.*

et volnera = BGVA. DE 𝔗... 𝔅o — *et.*

materiam = BGVTg 𝔗...𝔏𝔍u. 𝔏4.... 𝔅o = *materiem.* De ADE ni-

Quaedam separari a quibusdam non possunt, cohaerent, indiuidua sunt. Languida ingenia et in somnum itura aut in uigiliam somno simillimam inertibus nectuntur elementis: ut efficiatur uir cum cura dicendus, fortiore fato opus est. Non erit illi planum iter: sursum oportet ac deorsum eat, fluctuetur ac nauigium in turbido regat. contra fortunam illi tenendus est
cursus. Multa accident dura, aspera, sed quae molliat et con- 8
planet ipse. Ignis aurum probat, miseria fortes uiros. Uide quam alte escendere debeat uirtus: scies illi non per secura uadendum esse.

Ardua prima uia est et quam uix mane recentes
Enituntur equi. medio est altissima coelo
Unde mare et terras ipsi mihi saepe uidere
Sit timor et pauida trepidet formidine pectus.
Ultima prona uia est et eget moderamine certo:
Tunc etiam quae me subiectis excipit undis,
Ne ferar in praeceps, Tethys solet ima uereri.

Haec cum audisset ille generosus adulescens, Placet, inquit, 9
uia: escendo. est tanti per ista ire casuro. Non desinit acrem

hil proditur. BAD(cr.∾) EF = *hoc passa est.* P4. = *haec passam.* T = *hoc passam.* Rell. Gr. ∾. T — *itura.* quae vox apud G in litura est. Pinc. ci. m𝔊 = *vir cum cura ducendus.* Mss. etiam Gr. ∾. GVDETg = *iter planum* (D p.m. = *inter*). D (cr. ∾) = *temendus cursus.* E = *cursus tenendus est.*

8. F = *molliant.* V = *et planet ipse.* V + *fortes viros. vasa figuli probat fornax.*

alte escendere = Bong. ex Cui. 𝔐 𝔊ro 𝔅2. 𝔏 . . . 𝔏4. 𝔅1. 𝔑u 𝔅o ed. Nautae = *alte ascendere.* BGVATFg Gr. 𝔗𝔅 = *alte extendere.* DE 𝔈1. . . . 𝔊 = *alte se extendere.* GEFg P3. Col. 𝔗 . . . 𝔈1. = *sciens illi.* G(cr.∾) = *videndum esse.* B = *vadendum est.* A — *esse.* de quo vide.

et quam vix = A P3. 4. Col. V Eg Ort. = *et quamvis mane.* T𝔗𝔅 = *et quamvis inane rec.* G = *et quamvis inane cedentes.* D = *et quamvis inante rec.* mG mD 𝔈1. . . . 𝔅o Ovid. M. II, 63. = *et qua vix.* 𝔑u 𝔅2. ed. Nautae Ovid. l. l. v. 64. = *Enitantur.* idem voluit Fischerus. mD = *emituntur.* Rell. etiam TF ∾. D(cr.∾) E = *media est.*

Sit timor = BVAETFg P3. Col. Ort. = *Sic timor.* P2. 4. = *Sed timor.* GD𝔗 . . . 𝔅o Ovid. l. l. v. 66. = *Fit timor.* F Anic. = *pavidi.*

trepidet = BD(s.m.) EP2. 3. 4. Col. (Ort.) 𝔗𝔅. A = *trepidedet.* GVD (p.m.) 𝔈1. . . . 𝔅o Ovid. l. l. = *trepidat.* Rom. Scal. = *trepida.* A(s∾) — *et* post *est.* G(m∾) D(cr.∾) ET = *quae te.* Bg — *me.* D(cr.∾) = *Ne ferat impreces.* E = *Ne ferat.* G(cr.∾) = *Tesis.* A(s.m.) 𝔗 . . . 𝔏 𝔍u = *Thetis.* hoc voluit etiam Fischerus: sed vide Burm. ad Anthol. Lat. II. p. 384. E.

ima vereri = VAEg Bong. Col. Ort. (s.m.). BGTF Pall. Ort. (p.m.) Tronc. Anic. Scal. = *una vereri.* 𝔗 . . . 𝔅o Ovid. l. l. v. 69. = *ipsa vereri.*

9. G = *Hoc cum aud.*

escendo = Bong. ex Cui. 𝔐 𝔊ro . . . 𝔅o. ADT = *excendo* (Apud A *ex* a s.m.). D(s.m.) EP3. 4. = *exercendo.*

animum metu territare:

Utque uiam teneas nulloque errore traharis,
Per tamen aduersi gradieris cornua tauri
Haemoniosque arcus uiolentique ora leonis.

Post haec ait, *Iunge datos currus.* his quibus deterreri me putas incitor: libet illic stare ubi ipse sol trepidat. humilis et inertis est tuta sectari: per alta uirtus it. VI. Quare tamen bonis uiris patitur aliquid mali deus fieri? ille uero non patitur. Omnia mala ab illis remouit, scelera et flagitia et cogitationes inprobas et auida consilia et libidinem caecam et alieno inminentem auaritiam. ipsos tuetur ac uindicat. Numquid hoc quoque aliquis a deo exigit, ut bonorum uirorum etiam sarcinas seruet? remittunt ipsi hanc deo curam: externa contemnunt. Democritus diuitias proiecit onus illas bonae mentis existimans: quid ergo miraris, si id deus bono uiro accidere patitur quod uir
2 bonus aliquando uult sibi accidere? Filios amittunt uiri boni. quidni, cum aliquando et occidant? In exilium mittuntur. quidni, cum aliquando ipsi patriam non repetituri relinquant?

G = *exercento.* BVmGgP2. Ort. Col. 𝔗 . . . 𝔖 𝔏 . . . 𝔏4. = *ascendo.* Vg = *pro re ista casuro.* T = *pro ista re casuro.* Germ. = *Non desinit ingerere quae terreant.* 𝔗𝔅 = *Non desinit quae te terreant. at tene animum moetu territante.* G = *animum acrem.* 𝔈1. . . . 𝔖 — *acrem.* V = *teritare.* g = *Usque viam teneas.*

Haemoniosque = BGVA 𝔗 . . . 𝔖 Ovid. l. l. v. 81. D = *Emoniososque.* E = *hermoniosque.* g = *Hermionososque.* D(s.m.) 𝔐 . . . 𝔅o = *Aemoniosque.* BG = *hora leonis.* 𝔐 — *Post haec . . . currus.* Ort. = *Post hoc ait.* G(cr.∾) = *Iungens datos.* 𝔈1. . . . 𝔖 Ovid. l. l. v. 74. = *Finge datos* contra mstos etiam Bong. Pinc. Gr. Anic. Germ. A (cr.∾) = *dat currus.* g = *quibus terreri.* V = *hic stare.* V — *ipse* ante *sol.* 𝔗 . . . 𝔖 = *tuta secare* contra mstos etiam Gr. g = *per ardua virtus it.*

Cap. VI.

D (cr.∾) = *Quare cum.* G(s∾) — *viris.* sGV 𝔑 . . . 𝔖 = *patiatur.* V = *fieri deus.* BG (cr.∾) D(cr.∾) ETF Anic. = *removet.* V = *et cogit. improbandas avida consilia.* E (s∾) = *arida consilia.* Vg P3. Ort. = *invidentem avaritiam.* 𝔑 . . . 𝔅 = *aut vendicat.* DE = *Numquam hoc quoque.* 𝔑 . . . 𝔖 = *Numquid haec quoque.*

aliquis a deo = BGVADETg. 𝔑 . . . 𝔅o = *a deo aliquis.* G (n.) + *et exigit.* D = *exigat.* GDE = *etiam virorum.* T = *et virorum.* A = *virorum etimi.* B = *sarcinas fu'et.* GET = *hanc ipsi.* GD(m∾) ET = *extranea contemnunt.* mG = *eterna contemn.* sE = *exteriora cont.* Tronc. Verd. Anic. = *remittant* ∾ *contemnant.* V = *divitias proicit.* 𝔑 . . . 𝔅 + *et onus.*

deus bono viro = BGAEF. g = *deus bonis viris.* D = *bono viro deus.* V = *si deus id bonis viris.* 𝔑 . . . 𝔅o — *viro.*

2. B = *Filios admittunt.* V = *viri boni amittunt.* BGDEg = *boni viri.* F — *viri.* G(m∾) — *cum aliquando . . . mittuntur. quidni.*

et occidant = BmGAg Gr. 𝔑 . . . 𝔈2. D = *eos occidant.* VE — *et.* Ex. Franc. = *ipsi occidant.* 𝔈 . . .

Occiduntur. quidni, cum aliquando ipsi sibi manus adferant? Quare quaedam dura patiuntur? ut alios pati doceant: nati sunt in exemplar. Puta itaque deum dicere: Quid habetis quod de 3
me queri possitis uos quibus recta placuerunt? Aliis bona falsa circumdedi et animos inanes uelut longo fallacique somnio lusi. auro illos et argento et ebore adornaui: intus boni nihil est. Isti quos pro felicibus adspicitis, si non qua occurrunt, sed qua latent uideritis, miseri sunt, sordidi, turpes, ad similitudinem parietum suorum extrinsecus culti. Non est ista solida et sincera felicitas: crusta est et quidem tenuis. Itaque dum illis li- 4
cet stare et ad arbitrium suum ostendi, nitent et inponunt: cum aliquid incidit quod disturbet ac detegat, tunc adparet quantum altae ac uerae foeditatis alienus splendor absconderit. Uobis dedi bona certa, mansura, quanto magis uersauerit aliquis et undique inspexerit, meliora maioraque. Permisi uobis metuenda contemnere, cupiditates fastidire. non fulgetis extrinsecus: bona uestra introrsus obuersa sunt. Sic mundus exteriora con-

𝔙o + *et ipsi occidant.* EF + *et in exilium.* g = *relinquerent.* B — *quidni* post *occiduntur.* D — *ipsi.* G VDEF = *manus sibi.* G(s∾) = *auferant.* T 𝔑 . . . 𝔙 = *inferant.* E = *ferant.* 𝔑 . . . 𝔊 = *Qui etiam quaedam dura.* g = *patiuntur dura.*
ut alios pati doceant = BGVADE Gr. 𝔑 . . . 𝔊𝔊ro . . . 𝔙o. 𝔐 . . . 𝔏4. + *ut etiam alios p. d.*
3. G(m∾) = *et alios inanes.* F = *longuo facilique somnio.* G (s∾) VD (cr. ∾) g = *fallacique somno.* T = *somnio basi.* mT = *al's oppressi.*
et argento = BGVADEFg. 𝔑 . . . 𝔙o — *et.*
Adornavi = BGVADEFg 𝔑 . . . 𝔊. 𝔐 . . . 𝔙o = *ornavi.* B = *virtus boni nihil est.* D = *Istis quos.* G (cr.∾) = *pro felicioribus.* AT = *adspicis.* BG = *si non currunt.* VEFg P3. Col. Ort. 𝔑 . . . 𝔈1. = *si non qua currunt.* D = *si nunquam currunt.* mD = *sine qua occurrunt.* T P4. = *si non curant.* P2. = *si non quatiuntur, sed quam latent.* Germ. m𝔈2. m𝔈 = *si non qua cernuntur.* A = *videris.* G (s∾) VT = *videtis.* Vg P3. Ort. + *sordidi sunt.* V P3. Ort. = *exterius culti.* Apud g *culti* in litura. Vg — *ista* ante *solida.* B 𝔑 . . . 𝔙 = *equidem tenuis.*
4. D — *ad* ante *arbitrium.* G(s∾) — *ostendi.* mT = *nitent et imperant.* mA = *Imponunt. id est. fallunt.* G = *apparet quantum alie.* GVD(m∾) E = *ac verae felicitatis.* B = *splendor ascendit.* D(cr.∾) = *certe mansura.*
versaverit aliquis et undique inspexerit = BGVADETFg ex. Francisc. P2. 3. 4. Col. Ort. 𝔑 . . . 𝔙o = *versaveritis et undique inspexeritis.* V = *maiora melioraque.* T + *meliora maioraque invenerit.* P4. = *meliora maioraque inveniet.* Ex. Franc. + *tanto videbit meliora maioraque.* 𝔈𝔊 + *tanto videbitis meliora maioraque.* G(n.)ET P4. = *Promisi vobis.* Col. = *Permisit vobis.* m𝔈1. 𝔈2. . . . 𝔏4. = *cupienda fastidire* contra mstos etiam F Gr. Nauta, nescio, inquit, an melior sit lectio, quam Schottus et Lips. habent, *cupienda.* A(cr.∾) = *non fulgentis.* G(n.) + *Sicut mundus.* Tronc. = *exteriora contemti.*

tempsit spectaculo sui laetus. intus omne posuit bonum. Non
5 egere felicitate felicitas uestra est. At multa incidunt tristia, horrenda, dura toleratu. Quia non poteram uos istis subducere, animos uestros aduersus omnia armaui. Ferte fortiter. hoc est quo deum antecedatis: ille extra patientiam malorum est, uos supra patientiam. Contemnite paupertatem: nemo tam pauper uiuit quam natus est. Contemnite dolorem: aut soluetur aut soluet. Contemnite mortem: quae uos aut finit aut transfert. Contemnite fortunam: nullum illi telum quo feriret animum dedi.
6 Ante omnia caui, ne quis uos teneret inuitos: patet exitus. Si pugnare non uultis, licet fugere. Ideo ex omnibus rebus quas esse uobis necessarias uolui nihil feci facilius quam mori. Prono animam loco posui: trahitur. Adtendite modo et uidebitis quam breuis ad libertatem et quam expe-
7 dita ducat uia. Non tam longas in exitu uobis quam intrantibus moras posui: alioquin magnum in uos regnum fortuna te-

V = *spectaculo suo*. G — *omne*. *posuit bonum* = BGVADETg𝔑... 𝔐. 𝔏...𝔚o = *posui bonum*. A (cr.∾) = *felicitatem*. D (cr. ∾) = *felicitas vera est*.

5. B(cr.∾) = *Ac multa*. A(cr.∾) = *ad multa*. BA (cr.∾) D(cr.∾) = *tristitia*. g (n.) + *et horrenda*. In A prius videtur fuisse *dura tolerantur*. g + *Sed quia non poteram*. F = *Quare non poteram*. Vg = *Fortes fortiter*. 𝔑...𝔚 = *Forte fortiter*. B — *hoc est*. F = *hoc ut*. BG = *quod eum antecedatis*. A (cr.∾) = *quod eum ante caedatis*. Ad verbum *antecedatis* Nauta praeferam, inquit, indicativum, ut iam a verbis *hoc est* comparatio bonorum cum deo incipiat. G (m∾ r.m.) — *ille extra patientiam ... paupertatem*. E(s∾) = *Illi extra pat*. D(cr.∾) = *malorum sunt*. E (s∾) = *malorum fuit*. B + *vos vero supra*. 𝔑...𝔈1. = *Nos supra pat*. V — *est* post *natus*. 𝔑...𝔈2. + *quia aut solvetur*.

Contemnite mortem: quae vos aut finit aut transfert. Contemnite fortunam: nullum illi telum quo feriret animum dedi = A Col. B = ∾ *quod feriret* ∾. V — *quae vos*. D = *Contempnite mortem*. [m *que*] *aut finit aut transfert vos*. ∾. E = *Contempnite mortem*. *aut finit* [haec n.] *aut finit aut transfert vos*. ∾. TF = ∾ *quae aut finit aut transfert vos*. G g Pinc. v. l. P3. 4. 𝔈𝔊 = ∾ *mortem*. *aut finit aut transfert vos*. ∾. P2. = *Cont. mortem quos aut finit aut transfert*. ∾. Ort. = *Cont. mortem. aut finit aut transferet vos*. ∾. 𝔑... 𝔈2. — *Contemnite mortem ... transfert*. 𝔐 = *Contemnite fortunam* ∾ *dedi. contemnite mortem: aut finit aut transfert*. Boug. 𝔏...𝔚o = *Contemnite fortunam* ∾ *dedi. Contemnite mortem* ∾ *transfert*.

6. 𝔑...𝔊 = *Ante omnia curavi*. G (s.m.) = *Si repugnare*. D (m∾) — *fugere*.

Ideo ex omnibus = AD. BGVE 𝔑...𝔚o + *Ideoque ex omnibus*. B GD (cr.∾) E(s∾) = *nihil feci felicius*. g = *parvo* [voluit fortasse *pervio*] *animam loco*. DET = *posui loco*. E = *Trahetur*. Lips. ci. = *traditur* vel *truditur*. g = *Attende modo*. F = *Antecedite modo*. GDT — *et ante quam expedita*. B = *Non tamen longas*. D (cr.∾) = *posuit*.

alioquin = BGg 𝔑...𝔚. V𝔈1. ...𝔚o = *alioqui*. De rell. nihil proditur. Vg = *in vobis regnum*.

nuisset, si homo tam tarde moreretur quam nascitur. Omne 7
tempus, omnis uos locus doceat quam facile sit renuntiare na-
turae et munus illi suum inpingere. Inter ipsa altaria et sol-
lemnes sacrificantium ritus, dum optatur uita, mortem condisci-
te. Corpora opima taurorum exiguo concidunt nolnere et magna-
rum uirium animalia humanae manus ictus inpellit. tenui ferro
commissura cernicis abrumpitur, et cum articulus ille qui caput
collumque committit incisus est, tanta illa moles corruit. Non 8
in alto latet spiritus nec utique ferro eruendus est. non sunt
uolnere penitus inpresso scrutanda praecordia: in proximo mors
est. Non certum ad hos ictus aestimaui locum: quacumque
peruium est. Ipsum illud quod uocatur mori, quo anima disce-
dit a corpore breuius est, quam ut sentiri tanta uelocitas pos-
sit. Siue fauces nodus elisit, siue spiramentum aqua praeclu-
sit, siue in caput lapsos subiacentis soli duritia conminuit, siue

Gg = *moriretur.*

7. B = *omnis locus vos.* G (s∾) — *vos.* g (s∾) = *renuntiare fortunae.*

munus illi suum = GA. B = *munus ille suum.* VDE 𝔑 . . . 𝔅o = *munus suum illi.* G = *sacrificium ritus.* 𝔑 . . . 𝔅 = *mortem condiscat.* G (cr. ∾) D (cr. ∾) E (s∾) = *Corpora optima.* V = *taurorum opima.* D (n.) + *humane hec.* 𝔑 . . . 𝔊 = *impulit* contra mstos etiam Bong. 𝔑 . . . 𝔅 = *tenuit.* g Ort. (m∾) = *commissa cervix.* 𝔑 . . . 𝔅 = *commissura cervix.* Col. = *commissum cervicis.* B 𝔑 . . . 𝔅 = *arrumpitur.* F = *adrumpitur.* G (cr. ∾) = *articulis.* V g — *ille* ante *qui caput.*

collumque committit = BGAD P 2. Col. 𝔑 . . . 𝔏4. V P 3. 4. Ort. mCol. 𝔊ro . . . 𝔅o = *collumque connectit.* probat Grut. E = *collumque conectit.* g = *coltumque innectit.* mA = *Committit .i. coniungit.* D (cr. ∾) = *et tanta illas.* g = *tota ilta.* BG = *illi moles.* V = *molles.*

8. G = *ferro erudiendus.*

volnere penitus inpresso = BAF Bong. G (m∾) — *impresso.* V = *penilus impresso vulnere.* DE Col. 𝔏4. . . . 𝔅o = *vulnere impresso penilus.* g P3. Ort. = *penitus vulnere impresso.* Rom. Scal. Anic. = *vuln. impr. penitus tractanda.* P2. 𝔑 . . . 𝔏 𝔍u — *penitus.* F 𝔑 . . . 𝔅 = *scrutata.*

aestimavi locum = BGADETF g Bong. Col. P2. 3. 4. Ort. 𝔑 . . . 𝔅 (BGDETFg P2. 3. 4. Ort. = *extimavi*, ut solent). V = *existimavi locum.* ℭ1. . . . 𝔅o = *destinavi locum.* VA (s.m.) D ℭ2. + *quacunque vi.* A (p.m.) = *quacumque vie perviam et* (cr. ∾). F = *quacunque inpervium est.* P2. = *quacunque inpervum est.* 𝔑 . . . ℭ1. = *quacunque vi parvum est.* mℭ1. mℭ2. = *pronum est.* Col. = *Quantumvis pervium est.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. Pinc. v. l. ℭ𝔊 = *pervium est, ipsum illud.* V = *quod vocavi.* B = *quod anima.* T = *descendit a corpore.* D (cr. ∾) F = *brevis est.* Vg 𝔑 . . . 𝔅 = *quam sentire.* BGD ETF = *quam sentiri.* A ∾. G = *capud.* P4. = *sub in caput lapsa iacentis.* BG (cr. ∾) P2. = *lapsas* (B = *subiecentis*). A (cr. ∾) D (cr. ∾) EFg Ort. = *in caput lapsa.* T = *in caput lapsa iacentis.* 𝔑 . . . 𝔅 = *sive vi corpus lapsum.* ℭ1. 2. — *sive corpus lapsum.* Rell. etiam Pinc. Col. ∾. G = *sive angustus*

haustus ignis cursum animae remeantis interscidit: quicquid est properat. Ecquid erubescitis? quod tam cito fit timetis diu?

ignis. BmG = *a u s t u s ignis.* GD (cr.∾) T = *inter s c i n dit.* 𝔑 . . . 𝔅 = *interc i dit.* BVg = *E t quid. erubescitis.* 𝔑 . . . 𝔅 = *e t q u i c quid erubescitis.* D (cr. ∾) = *t e n e t i u s diu.* sE = *t e n e tis diu.* T = *diu timetis.* P4. = *diu timet u s.* G = *Explicit liber primus ad lucilium. Incipit liber secundus* etc. V = *Explicit liber de divina providentia.* A = *L. A. Senecae ad Lucilium. Quare aliqua incommoda bonis viris accidant cum providentia sit explicit. Incipit ad Serenum* etc. E = *Explicit liber primus ad lucil l ium. Incipit secundus ad Serenum* etc. T = *Explicit liber Senece de providentia ad Lucilium.* g = *Explicit de providentia divina. Annei Senece de providentia divina ad Lucilium liber explicit. Deo gracias.* 𝔑 . . . 𝔅 = *Explicit liber de providentia dei.*

AD SERENUM

NEC INIURIAM NEC CONTUMELIAM ACCIPERE SAPIENTEM.

AD SERENUM

NEC INIURIAM NEC CONTUMELIAM ACCIPERE SAPIENTEM.

I. Tantum inter Stoicos, Serene, et ceteros sapientiam professos interesse quantum inter feminas et mares non inmerito dixerim, cum utraque turba ad uitae societatem tantumdem conferat, sed altera pars ad obsequendum, altera imperio nata sit. Ceteri sapientes molliter et blande, ut fere domestici et fami-

quid esset quod in te quisquam reprehenderet. Nec id in maioribus modo obseruasti, sed in minimis, ne quid faceres cui famam, uberrimam principum iudicem, uelles ignoscere. Nec quicquam pulchrius existimo quam in summo fastigio collocatos multarum rerum ueniam dare, nullius petere. Seruandus itaque tibi in hac quoque re tuus mos est, ne quid committas quod minus aliterue factum uelis.
V. Deinde oro atque obsecro, ne te difficilem amicis et intractabilem praestes. Non est enim quod ignores omnes hos nescire quemadmodum se gerant, loquantur aliquid coram te de Druso an nihil, ne aut obliuio clarissimi iuuenis illi faciat iniuriam aut mentio tibi. Cum secessimus et in unum conuenimus, facta eius dictaque quanto meruit suspectu ce-
2 *lebramus: coram te altum nobis de illo silentium est. Cares itaque maxima uoluptate, filii tui laudibus, quas non dubito quin uel inpendio uitae, si potestas detur, in aeuum*

que secr. Vg Pall. 𝔑 . . . 𝔈1. = *animorum nostrorum.* g = Nec *illud in maioribus.* G = *sed in mimis ne quid.*

uberrimam = BGVADg Gr. 𝔑 . . . 𝔈1. 𝔈2. . . . 𝔚o = *liberrimam.* P2. 4. 𝔑 . . . 𝔚 = *principium.* Col. = *praecipuum.* mD = *indicem.* g = *Ne quicquam.*

existimo quam in summo fastigio collocatos multarum rerum veniam dare. Ita scripsisse videtur Seneca. A = *existimo qua* [s.m. *quã*] *in summo fastigio collocatas multorum rerum v. d.* Bong. Col. = *existimo quam in summo fastigio collocatas multarum rerum v. d.* BP2. 4. = *existimo fastigio collocatis multarum rerum v. d.* rell. om. P3. = *existimo quam fastigio collocatos multarum rerum v. d.* G = *existimo fastigio calcatis* [m *collocatus*] *multarum rerum v. d.* V = *existimo fastigio collocatis quam multarum rerum v. d.* D = *existimo quam in* [hoc del.] *summo fastigio collocatam. quam multarum rearum* [m *rerum*] *v. d.* g = *existimo fastigio collocatas multarum rerum v. d.* 𝔑 . . . 𝔈1. = *existimo fastigio collocatis quam multarum rerum v. d.* 𝔈2. . . . 𝔚o (exc. 𝔏4.) = *existimo in fastigio collocatis quam multarum rerum v. d.* 𝔏4. = *existimo in summo fastigio collocatis quam multarum rerum v. d.* G (cr. ∾) = *Servandusi ram tibi.* g + *Servandus est.*

in hac quoque re = Ag Bong. V = *Servandus est itaque tibi in hac re tuus mos.* BGD 𝔑 . . . 𝔚o — *quoque.* A = *quis minus aliterve.* 𝔑 = *facturum velis.*

Cap. V.

Vg 𝔑 . . . 𝔖 = *Deinde rogo.* Rell. ∾. G(m∾) — *amicis.* P2. 𝔗 . . . 𝔈1. = *nescire quemadmodum aliquid loquantur coram te.* G = *loquitur aliquid.* g = *loquentur aliquid.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G P4. = *carissimi iuvenis.* Dg P2. 3. 𝔗 . . . 𝔈1. = *illis faciat.* GA = *iniuria.* Gg P3. 4. 𝔗 . . . 𝔖 = *Cum secedimus.* mG = *cum cessessimus.* P2. = *Cum sedimus.* Rell. etiam Bong. Col. ∾. G(cr. ∾) = *in unum convenimus.* V = *in unum convenissemus.* G = *facta enim dictaque.* G (cr. ∾) = *suspectum.* D = *celebravimus.* BGVAmD = *coram te aliud nobis de illo.* g = *coram te at si nobis de illo.* D 𝔗 . . . 𝔚o ∾.

2. A = *maxime.* B = *voluntate.* BG (m∾) 𝔗𝔚 = *quin vel impedimento.* B = *in aevum omnem.*

omne sis prorogatura. Quare patere, immo accerse sermones quibus ille narretur et apertas aures praebe ad nomen memoriamque filii tui: nec hoc graue duxeris ceterorum more qui in eiusmodi casu partem mali putant audire solatia. Nunc incubuisti tota in alteram partem et oblita meliorum fortunam tuam qua deterior est adspicis. Non conuertisti te ad conuictus filii tui occursusque iucundos, non ad pueriles dulcesque blanditias, non ad incrementa studiorum: ultimam illam faciem rerum premis. in illam, quasi parum ipsa per se horrida sit, quicquid potes congeris. Ne, obsecro te, concupieris peruersissimam gloriam infelicissima uideri. Simul cogita non esse magnum rebus prosperis fortem se gerere, ubi secundo cursu uita proce-

G = *Quare parte una accerse.* V = *Quare parce* [m∞] *immo* [𝔊ro . . . 𝔚o =] *arcesse.* g = *immo adcersere.* A (cr. ∞) = *inarretur.* fortasse voluit *enarretur.* G Scal. = *narretur ad apertas.* D (m∞) = *memoriam filii* om. *que* et *tui.*

grave duxeris = A 𝔈2. . . . 𝔚o. BGVDg Gr. 𝔈1. = *grave dixeris.* Germ. = *nec hoc errore ducaris.* 𝔗𝔚 = *nec hoc genere dixeris.* V Pinc. v. l. Gr. (?) = *qui in huiusmodi.* 𝔈1. 2. — *in* contra mstos etiam Pinc. Gr.

casu = BGVAD (s.m.) P3. 4. Col. D (p.m.) = *casum.* Pinc. v. l. P2. 𝔗 . . . 𝔚o = *casibus.* G = *partem mali putavit.* G (cr. ∞) = *totam in alteram partem.* g = *in partem alteram.* P4. = *meliorem fortunam quae det.* om. *tuam* (?). 𝔈1. = *meliorem fortunam tuam quae det.* 𝔈2. = *meliorem* ∞. D (cr. ∞) = *quo deterior est.* G = *quare deteriorem aspicis.* V = *deterior es.* g 𝔗𝔚 = *quae deterior est.* P2. = *que det. est.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∞.

3. *Non convertisti te* = BGVADg (Pinc. v. l.) Gr. Durant. Cas. (Varr. II, 13.) 𝔗 . . . 𝔈2. Pinc. ci. 𝔈 . . . 𝔚o = *Non convertis te.* G — *tui* post *filii.* G (n.) + *occursusque et.* 𝔈1. 2. = *occursus* om. *que* contra mstos etiam Pinc. Gr.

premis. in illam, quasi parum. Ita scribendum duxi. A = *premis initam. quasi parum ipsa per se.* B = *premis illitam quasi parum ipsa per se.* G = *primis illitam quasi parum ipsa per se.* V = *premis incultam. quasi ipsa per se parum.* g = *promis incultam quam ipsa per se parum.* D = *premis incultam* [m *illitam*]. *Quasi* [m *quam*] *ipsa parum per se.* Col. = *premis illi, tam quasi parum.* P4. = *primis illatam, quasi parum ipsa.* P3. = *premis illic tanquam parum ipsa per se.* Durant. (l. l.) = *primis illatam annis, quasi primum per se horrida sit quocunque potes congeris.* 𝔗 . . . 𝔊 = *premis. Illi tanquam ipsa per se parum.* Bong. P2. 𝔊ro . . . 𝔚o = *premis. Illi, tanquam parum ipsa per se.* 𝔐 = *premis. In hanc, quasi parum ipsa per se.* 𝔏 . . . 𝔏4. = *premis. In illam, tanquam parum ipsa per se.* G = *Non obsecro.* G (m∞) — *te.* Dg = *Nec obsecro.* g = *ut cupias perverissimam gloriam.*

infelicissima videri = BGVADg. 𝔗𝔚 = *infelicissimamque videri.* 𝔈1. . . . 𝔚o = *infelicissimam videri.* V P2. 𝔗𝔚 = *Similius cogita non esse* [mD 𝔈1. . . . 𝔐 =] *magni animi.* 𝔈1. . . . 𝔐 + *Simul vero cogita.* Rell. etiam Gr. ∞.

rebus prosperis fortem se gerere = BVmD. G = *r. p. fortem me gerere.* g = *r. p. se fortem gerere.* 𝔗 . . . 𝔚o = *se rebus prosperis fortem gerere.* AD — *se.* recte fortasse, ut

dit. ne gubernatoris quidem artem tranquillum mare et obsequens uentus ostendit: aduersi aliquid incurrat oportet quod animum probet. Proinde ne submiseris te, immo contra fige stabilem gradum et quicquid onerum supra cecidit sustine primo dumtaxat strepitu conterrita. Nulla re maior inuidia fortunae fit quam aequo animo. Post haec ostendit illi filium incolumem, ostendit ex amisso nepotes. VI. Tuum illic, Marcia, negotium actum, tibi Areus adsedit. muta personam: te consolatus est. Sed puta, Marcia, ereptum tibi amplius quam ulla umquam mater amiserit. (non permulceo te nec extenuo calamitatem tuam.) si fletibus fata uincuntur, conferamus: eat omnis inter luctus dies. noctem sine somno tristitia consumat. ingerantur lacerato pectori manus et in ipsam faciem inpetus fiat atque omni se genere saeuitiae profecturus
2 moeror exerceat. Sed si nullis planctibus defuncta reuocantur, si sors inmota et in aeternum fixa nulla miseria mutatur et mors renuit quicquid abstulit: desinat dolor qui perit. Quare regamur nec nos ista uis transuersos auferat. Turpis est nauigii

sit *fortem gerere* idem atque *fortem agere.*

ne gubernatoris quidem = BA. GVDg 𝔗 . . . 𝔙𝔬 = *nec gub. q.* 𝔐 = *et sequens ventus* contra mstos etiam Gr. G = *inoccurrat oportet.* Scal. = *occurrat.* g = *oportet incurrat.* GV = *quod animum praebet.* B = *sumiseris te.* G = *substinere primo.* gP3. = *strepitu contrita.* 𝔗 . . . 𝔊 = *strepitu contenta.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G(m∾) — *Nulla re . . . aequo.* V — *fortunae.* D = *equus animus.*

Post haec = A. G (p. m.) = *praeter hoc.* G(s.m.) = *post hic.* BVDg 𝔗 . . . 𝔙𝔬 = *Post hoc.* G = *nepote.*

Cap. VI.

G = *negotium actum triareus assedit.* V = *tibi Arcus asserit.* P2. (m∾) 4. 𝔗 . . . 𝔈1. = *tibi aureus assedit.* P3. = *tibi reus assedit.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *Arius.* Rell. etiam Col. ∾ (D[m∾] = *absedit.*

muta personam: te consolatus est = A ex. Fac. et Prim. (A cum G = *consulatus est*). BGVD P2. 3. Col. 𝔅2. = *mutata persona te consolatus est.* P4. = *et mutata persona te consolatus est.* 𝔗 . . . 𝔊 = *et mutata persona consol. est* om. *te.* m𝔈 = *et muto personam.* 𝔐 . . . 𝔑𝔲 𝔙𝔬 = *te mutata persona consol. est.* V verbis *Sed puta* praefigit *Pars tertia.* G = *fama vincuntur.* Pinc. ci. m𝔈 = *vincuntur, confligamus.* Opsop. maluit *confleamus.* G (cr. ∾) = *omnes inter luctus.* D = *omnes in luctus.* 𝔗𝔅 = *tristicia consummet.* V = *lacero pectori.* G = *lacerato petitioni.* G = *et in ipsa faciem.* A = *omnis e genere.* BGD(m∾) = *omnis ex genere.* P3. 4. = *omni ex genere.* P2. = *ac causas ex genere.* 𝔗𝔅 = *At causas omni genere.* gCol. = *atque omni genere.* 𝔈1. . . . 𝔐 = *atque sese omni genere.* G = *memor exercent.*

2. G(s∾) — *Sed.* G(cr. ∾) = *nullus.* V = *nullius.* B = *si sor immota.* G (m∾) — *miseria mutatur.*

et mors renuit = B. VmGA Col. P2. 𝔗 . . . 𝔈2. = *et mors tenuit.* G Pinc. v. l. P3. 4. 𝔈 . . . 𝔙𝔬 = *et mors tenet.*

Quare regamur nec nos ista vis = BAmD P2. 𝔈1. VPinc. v. l. = *quare regamus ne nos ista vis.* Col. = *quare regamur, ut nos ista vis.* P3.

rector cui gubernacula fluctus eripuit, qui fluitantia uela dese-
ruit, permisit tempestati ratem: at ille uel in naufragio laudan-
dus quem obruit mare nauem tenentem et obnixum. VII. At
enim naturale desiderium suorum est. Quis negat, quamdiu
modicum est? nam discessu, non solum amissione carissimorum
necessarius morsus est et firmissimorum quoque animorum con-
tractio. Sed plus est quod opinio adicit quam quod natura im-
perauit. Adspice mutorum animalium quam concitata sint desi-
deria et tamen quam breuia. Uaccarum uno die alteroue mugi-
tus auditur. nec diutius equarum uagus ille amensque discursus
est. Ferae cum uestigia catulorum consectatae sunt et siluas
peruagatae, cum saepe ad cubilia expilata redierunt, rabiem
intra exiguum tempus exstinguunt. Aues cum stridore magno 2
inanes nidos circumfremuerunt: intra momentum tamen quietae
uolatus suos repetunt. Nec ulli animali longum fetus sui desi-
derium est nisi homini: qui adest dolori suo nec tantum quan-
tum sentit, sed quantum constituit adficitur. Ut scias autem
non esse hoc naturale luctibus frangi, primum magis feminas

= *quare regamur, n e nos ista vis.* 𝔗 𝔅 = *quare r o gamur. Nec nos ista vis.* GDP4. = *quare r o gam u s n e nos* [G = *v o s*] *ista vis.* Pinc. ci. = *quare regam u s nos, n e ista vis.* 𝔈𝔊 = *quare regam u s nos, nec ista vis.* 𝔐 = *Regamur: nec nos i. v.* om. *Quare.* 𝔏 . . . 𝔙𝔬 = *Quare regam u s: nec nos i. v.* Lips. ci. = *e r i gamur.* G = *Turp i u s est.*

f l u i tantia vela = A Pinc. v. l. Col. m𝔈. B = *f l u v i tantia vela.* quod eadem ratione probatur qua *fluv i-dus.* V = *fluc t antia.* Pall. 𝔗 . . . 𝔙𝔬 = *fluc t u antia v.* mD + *e t per-misit.* P2. = *permis e r i t.* V P2. 𝔗 . . . 𝔐 = *tempestati n a v e m.* Rell. etiam Col. P3. 4. ∾. g = *ille v i r in naufragio.* G (s∾) A (s∾) — *mare* post *obruit.*

n a v e m tenentem et obnixum = BG VADg Col. P2. 3. 𝔗𝔅. probat Grut. P4. = *navem tenentem obnixum* om. *et.* 𝔈1 . . . 𝔙𝔬 = *c l a v u m tenentem et obnixum* (𝔊 = *et obno x i u m.* quod Grut. laudat ex 𝔈). mG = *al' a b-r a x ũ.* fortasse voluit illud *obnoxium.*

Cap. VII.

V praefigit *Pars IV.* 𝔗 . . . 𝔈1. = *E t enim naturale.* A (cr. ∾) = *Quis ne c at.*

nam discessu = BA Col. P3. 4. 𝔗𝔅. G = *nam i n discess u m.* VmDg P2. 𝔊ro . . . 𝔙𝔬 + *nam e x discessu.* D 𝔈1 . . . 𝔏4. + *nam i n discessu.* G = *quor u m animorum contractio e s t. S i plus est.* g = *firmissimorum q u e a-nimorum.* A = *q u a m opinio.* BGD 𝔗 . . . 𝔊 = *concitata s u n t.* G = *mu-git u r.* A (cr. ∾) = *equ o rum vagus.* g = *equ o rum ille vagus.* D (m∾) — *vagus.* V = *ille vagus.* G = *catulo-rum c u m c e c i t a t e sunt p e r silvas.* G = *ad cubilia ex a l a t a.* V P2. 𝔗 . . . 𝔊 = *expilat a e.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.

redier u n t = D. ABGVg 𝔗 . . . 𝔙𝔬 = *redier i n t.* iidem autem omnes supra scribunt *consectatae s u n t.* B GV = *exting u n t.*

2. *circumfrem u e r unt* = A 𝔐. BGVDg 𝔗 . . . 𝔊 𝔏 . . . 𝔙𝔬 = *circum-frem u n t.* G (s.m.) — *tamen* post *mo-mentum.* Vg = *sui fetus.* V = *nec tam e n quantum.* 𝔗𝔅 = *Ut sci a t autem.* G = *Ut scias a n t e non esse.*

h o c naturale = AmDg 𝔐 . . . 𝔙𝔬. BGVD 𝔗 . . . 𝔊 — *hoc.*

quam uiros, magis barbaros quam placidae eruditaeque gentis
homines, magis indoctos quam doctos eadem orbitas uólnerat.
Atqui ea quae a natura uim acceperunt eamdem in omnibus ser-
3 uant. Adparet non esse naturale quod uarium est. Ignis omnes
aetates omniumque urbium ciues tam uiros quam feminas uret.
ferrum in omni corpore exhibebit secandi potentiam: quare?
quia uires illi a natura datae sunt quae nihil in personam consti-
tuit. Paupertatem, luctum, ambitionem alius aliter sentit,
prout illum consuetudo infecit: et inbecillum inpatientemque red-
dit praesumpta opinio de non timendis terribilis. VIII. Deinde
quod naturale est non decrescit mora: dolorem dies longa con-
sumit. licet contumacissimum, cotidie insurgentem et contra
remedia efferuescentem, tamen illum efficacissimum mitigandae
ferociae tempus eneruat. Manet quidem tibi, Marcia, etiam
nunc ingens tristitia et iam uidetur duxisse callum, non illa con-
citata qualis in illa fuit, sed pertinax et obstinata: tamen hanc

Vg = *magis barbaras.*

placidae eruditaeque gentis homines = BA (p. m.) (B = *genitis*). VA (s.m.) g = *placidas eruditasque gentes, homines magis.* G 𝔗...𝔅𝔬 = *placidos* ∾. BG = *volverat.* Gg = *Atque ea quae.* A = *atqui. a qua natura.* 𝔗...𝔈2. = *eadem in omnibus servant* contra mstos etiam Pinc. Gr. mCol. + *eandem scilicet vim.* G(p.m.) = *eandem in hominem* [s.m. *homines*] *servant.*

3. B P3. 4. = *Adpareat non esse.* V = *Appareat igitur non esse.* g = *Appareat igitur naturale non esse.* G = *Oporteat non esse.* P2. = *Appareat ergo non esse.* AD Col. 𝔗...𝔅𝔬 ∾.

omniumque urbium = BGVg. 𝔗...𝔅𝔬 = *omnium urbium* om. *que.* Rell. n. l. D = *tam mares quam feminas.* V = *feminas naturaliter urit.* g = *feminas urit.* P2. + *naturaliter uret.* 𝔗...𝔊 + *quia naturaliter uret.* Rell. etiam Bong. Pinc. P3. 4. Col. ∾. V = *quia vires illi natura donat.* 𝔐 — *illi.* g = *quia illi vires natura donat.* G = *in persona.* 𝔗...𝔊 = *quae nihil impium constituit* contra mstos etiam Bong. ex Cui. Pinc. Gr.

𝔗...𝔈2. = *Paupertatem, lucrum* contra mstos etiam Pinc. Gr.

ambitionem = BGVADg Gr. 𝔗...𝔈2. 𝔊𝔯𝔬...𝔅𝔬. Pinc. ci. 𝔈...𝔏4. = *orbationem.* Grut. Iur. Lips. cii. = *abitionem.* G(cr. ∾) = *alius autem sentit.* P4. Pinc. ci. = *de non timendis terribilibus.* Steph. (ad Dal. Ep. 36.) ci. = *de timendis terribilibus* om. *non.*

Cap. VIII.

G (s∾) — *est* post *naturale.* BGA = *decrescere.* V = *potest decrescere.* Dg = *decrescere potest.*

dies longa = G(s.m.) ADg Pinc. v. l. Rom. Scal. BG (p.m.) = *dies longe.* 𝔗...𝔅𝔬 — *longa.* A(m∾) — *cotidie ... efficacissimum.* G = *insurgentem e contra.* D(m∾) — *et* ante *contra.* V = *fervescentem.* G = *tam illum.*

etiam nunc = BGVADg 𝔗... 𝔈1. 𝔈2....𝔅𝔬 = *etiamnum.* VD — *illa concitata.* BGmD Gr. 𝔗...𝔈1. = *non illum concitata.* Ag ∾.

qualis in illa fuit = P2. ci. Gothofr. intelligitur *Octavia,* non *Livia,* quod videbatur Gothofredo. mP2. = *scilicet Livia.* Pinc. ci. = *qualis in Livia fuit.* BGA P3. 4. Col. 𝔗...𝔊 = *qualis in illo fuit.* VDg

quoque tibi aetas minutatim eximet. Quotiens aliud egeris, ani- 2
mus relaxabitur: nunc te ipsa custodis. multum autem interest
utrum tibi permittas moerere an imperes. Quanto magis hoc
morum tuorum elegantiae conuenit finem luctus potius facere
quam exspectare nec illum opperiri diem quo te inuita dolor
desinat? ipsa illi renuntia. IX. Unde ergo tanta nobis perti-
nacia in deploratione nostri, si id non fit naturae iussu? quod
nihil nobis mali, antequam eueniat, proponimus, sed ut inmu-
nes ipsi et aliis pacatius ingressi iter alienis non admonemur ca-
sibus illos esse communes. Tot praeter domum nostram ducun-
tur exsequiae: de morte non cogitamus. tot acerba funera:
nos togam nostrorum infantium, nos militiam et paternae he-
reditatis successionem agitamus animo. tot diuitum subita pau-
pertas in oculos incidit: et nobis numquam in mentem uenit no-
stras quoque opes aeque in lubrico positas. Necesse est itaque 2
magis corruamus qui quasi ex inopinato ferimur. Quae multo
ante perculsa sunt languidius incurrunt. Uis tu scire te ad omnis

= *qualis in primo fuit.* Lips. ci. 𝔐 . . . 𝔙o = *qualis initio fuit.* A = *et obstinatam.* G = *tamen haec quoque.*

tibi aetas = mss. 𝔗 . . . 𝔙o = *aetas tibi.*

2. G = *Quotiens alius* [n.] *aliud coegeris.* BGVAD Bong. = *non te ipsa custodis.* g = *non te ipsam custodis.* 𝔗 = *nunc re ipsa custodis.* 𝔗𝔙 = *utrum tibi obmittas.* G = *permittas nature.* g = *aut impares.* BG = *elegantia convenit.* G = *quoniam illum oportet* [m ∾] *diem.* V = *ullum opperiri.* D (s.m.) = *experiri.* P2. 𝔗 . . . 𝔈1. = *aperiri.* P4. = *operi diem.* P3. Col. 𝔈2. . . . 𝔊 = *operiri.* G (m∾) — *dolor.* G = *illa illi reverentia.*

Cap. IX.

V praescribit *Pars V.* G — *ergo.* G = *sed id non fit.* D = *quod nil nobis.*

et aliis pacatius = VA ex. Fac. et Prim. 𝔐 . . . 𝔏4. BG = *et alius pacatius.* unde poteris coniicere *alias.* D = *et altius pacatius.* mD Bong. P3. 4. Col. 𝔊ro 𝔅1. 2. = *et aliud pacatius.* probat Grut. 𝔗𝔙 = *et aliud paralius.* P2. = *et pacatius* om. *aliis.* Cod. Lips. 𝔈1. = *et altius et pacatius.* 𝔈2. . . . 𝔊 𝔑u 𝔙o = *et aliud et pacatius.* G(s.m.) VD 𝔗𝔙 = *non admoniti casibus.* G (p.m.) = *admoneti.* g = *non admoniti canibus.* BA Bong. = *non admonet casibus.* VD + *illos credimus esse communes.* g + *Illos non credimus esse communes.* mD *praeter* explicat per *ante* vel *iuxta.* G = *domum meam.* P2. = *hereditatis successorem.*

agitamus animo = BGVADg. 𝔗 . . . 𝔙o = *animo agitamus.* G (m∾) — *in mentem venit.* G = *equo in lubrico.* g — *aeque in.*

2. BG(s∾)A P2. — *qui* ante *quasi.* (G = *ex opinato.*) Lat. Latin. (B. Pr. p. 47.) — *quasi.* P3. 4. = *quia ex inopinato.* Col. = *quae ex inopinato.* Vg 𝔗 . . . 𝔙o ∾.

quae multo ante perculsa sunt = BA Bong. ex Cui. P2. 3. Col. i. e. *quorum vis multo ante* (*cogitatione*) *fracta est.* GV = *Quae multo ante percussa sunt.* Dg Pinc. v. l. P4. 𝔊ro . . . 𝔙o = *q. m. a. praevisa sunt.* 𝔗 . . . 𝔏4. = *quae m. a. provisa sunt.* Cui. ci. apud Bong. = *q. m. a. percursa sunt.* quod valde placet.

ad omnis = A. BGVD 𝔗 . . .

expositam ictus stare et illa quae alios tela fixerunt circa te uibrasse? uelut murum aliquem aut obsessum multo hoste locum et arduum adscensu semermis adeas, exspecta uolnus et illa superne uolantia cum sagittis pilisque saxa in tuum puta librata corpus. Quotiens aliquid ad latus aut pone tergum ceciderit, exclama: Non decipies me, fortuna, nec securam aut neglegentem opprimes: scio quid pares. alium quidem percussisti, sed
3 me petisti. Quis umquam res suas quasi periturus adspexit? quis umquam uestrum de exilio, de egestate, de luctu cogitare ausus est? quis non, si admoneatur, et tamquam dirum omen respuat et in capita inimicorum aut ipsius intempestiui monitoris abire illa iubeat? Non putaui futurum. Quicquam tu putas non

𝔙𝔬 = *ad omnes.* G = *oppositum.* BVADg P2. 3. Col. 𝔗 . . . 𝔈1. = *expositum.* probat Heusing. (Emendd. p. 241 sq.). P4. ∾. V = *et alia quae alios.* G = *et illo quae alios.*

adscensu semermis = A 𝔐. cf. Drkb. ad Liv. XXVII, 1, 13. g = *ascensum si inermis.* B = *ascensus inermis.* G = *assensus inermis.* D 𝔗 . . . 𝔈1. = *ascensum inermis.* 𝔈2. . . . 𝔙𝔬 (exc. 𝔐) = *ascensu* [Gr. =] *inermis.* A = *superne volentia.* BGA = *cum sagittis pellisque.* Vg = *cum sagittis telisque.* D 𝔗 . . . 𝔙𝔬 ∾. G = *scissa* (pro *saxa*).

in tuum puta librata corpus = AD (s.m.) Bong. P3. D (n.) + *in tuum puta librata corpus caput.* BG = *in tutum puta librata corpus.* Vg = *in tuum puta librata caput.* P4. = *in tutum* [m *tuum*] *vibrata corpus.* Col. = *ante tuum librata corpus. librată* probat Steph. (Prood. II, 8.). 𝔗 . . . 𝔊 𝔊𝔯𝔬 . . . 𝔙𝔬 = *puta in tuum librata* [𝔊 = *liberata*] *corpus.* 𝔐 = *puta in tuum vibrata caput.* Pinc. ci. m𝔊 𝔏 . . . 𝔏4. = *puta in tuum vibrata corpus.*

Quotiens aliquid ad latus aut pone tergum ceciderit = A cod. Iur. D Bong. ex Cui. = ∾ *aut pones* [mD *penes*] *tergum ceciderit.* g = ∾ *aut penes tergum ceciderit.* BG = ∾ *aut pene tergum ceciderit.* P2. Col. = *aut pene tergum.* P3. 4. = *aut penes tergum.* 𝔗 . . . 𝔈2. = *Quoties aut ad latus aut penes tergum ceciderunt.* Pinc. ci. = *Quoties ad latus post tergum ceciderint.* V 𝔊 . . . 𝔏4. = *Quoties aut ad latus aut post tergum ceciderint.* 𝔊𝔯𝔬 . . . 𝔙𝔬 = *Quoties aut ad latus aut pone tergum ceciderint.* Vg = *non me fortuna decipies.* BGADg Gr. 𝔗 . . . 𝔈1. = *nec securum.* probat Heusing. l. l.

alium quidem percussisti, sed me = BGVADg Pinc. v. l. P3. 4. Col. P2. 𝔗 . . . 𝔙𝔬 = *alium percussisti, me petisti* om. *quidem* et *sed.*

3. G(m∾) D(s.m.) = *quasi perituras.*

quis umquam vestrum = A. BG VDg 𝔗 . . . 𝔙𝔬 = *quis umquam nostrum.*

si admoneatur, et tamquam = G P2. BADg P3. 4. Col. + *si admoneatur et cogitet tamquam.* V + *si admoneatur et cogitat tanquam.* 𝔗𝔅 = *Quis non admoveatur suis tanquam aegrum durum respuat.* 𝔈1. . . . 𝔏4. = *Quis non, si admoneatur ut de suis cogitet, tanquam* (𝔈1. = *durum*). m𝔈1. = *ut se egrum cogitet, tanquam durum omen respuat.* 𝔊𝔯𝔬 . . . 𝔙𝔬 = *si admoneatur ut cogitet, tanquam.* Verba *de suis* ne apud Pinc. quidem leguntur. Gatak. (ad Anton. p. 168, 38.) legit *si admoneatur ut de istis, ut suis, cogitet, tanquam.* Illud *cogitet* glossema est ex superiore *cogitare* ductum. Gg = *dirum omne.* B = *abire illa iubeatur.* D(m∾) P4. — *Quicquam . . . non futurum.* P2. 3. Col. Dur. Casel. (Varr. II, 7.) = *Non*

futurum quod multis scis posse fieri, quod multis uides euenisse? Egregium uersum et dignum qui e Publio exierit, 4

Cuivis potest accidere quod cuiquam potest!

Ille amisit liberos: et tu amittere potes. Ille damnatus est: et tua innocentia sub ictu est. Terror decipit, hic effeminat, dum patimur quae numquam pati nos posse praeuidimus. Aufert uim praesentibus malis qui futura prospexit. X. Quicquid est hoc, Marcia, quod circa nos ex aduenticio fulget, liberi, honores, opes, ampla atria et exclusorum clientium turba referta uestibula, clara, nobilis aut formosa coniux ceteraque ex incerta et

putavi futurum quicquam. Tu pulas. G(cr.∞) = *multis inde evenisse.* D = *multis scis evenisse.*

4. *Egregium versum et dignum qui e Publio exierit.* Ita scripsi, cum meliora non suppeterent. A = *Egregium versum et dignum qui non e populo eriet.* BG (p.m.) = *Egregium versum et dignum qui non e populo eri et.* G (s. m.) = *Egregium versum et dignum audivi qui non cuivis potest.* V = *Egregium versum et dignum audivi. quod Cuivis.* D = *Egregium versum et dignum audivi. Quod* [s. m. *Quid*] *e populo cuivis potest.* g = *Egregium versum et dignum auditu qui non e populo heri et cuivis.* Quidam codd. Pinc. = *Egregium versum et dignum audivi qui non e populo heri et.* Pinc. ci. = *Egregium versum audi, et dignum qui non esset Publii Syri* [postrema sex verba annotavit Boug.]: *Et cuivis.* Cod. Iur. = *Egregium versum et dignum qui non e populo! Cuivis.* Col. = *Egregium versum et dignum qui non e populo erit, et cuivis.* P2. = *Egregium versum et dignam que non e populo heri et cuivis.* P3. = *Egregium versum et dignum qui. e populo eri et cui vis.* P4. = *Egregium versum et dignum quando est populo erit et cuivis.* Lips. ci. = *dignum audi qui non in populo periret.* Postea Lips. ci. = *dignum audi, qui non e Publio exiret.* Is. Voss. (ad Catull. p. 125.) ci. = *qui non e populo Remi.* Rutgers. (Varr. Lectt. VI, 3. p. 550.) ci. = *et dignum audi! Qui non? Poplii Syri est.* Petr. Scriver. ci. = *qui non est ex oculiferiis.* Triller. (Obss. p. 253.) ci. = *et dignum qui non e ioculari* vel *ioculario exiret.* Heus. (Emendd. p. 242.) ci. = *e Publii ore exiret.* 𝔗𝔅 = *Egregium versum et dignum audivi. est enim: et cuivis.* 𝔈1. . . . 𝔊𝔏𝔍𝔲 = *Egregium versum et dignum audivi, est enim e populo, Cuivis.* 𝔐 = *Egregium versum audi et dignum Publio: Cuivis.* 𝔏4. = *Egregium versum et dignum audivi. est enim e populo. Cuivis.* Gron. ci. 𝔊𝔯𝔬 . . . 𝔅𝔬 (exc. 𝔑𝔲) = *Egregium versum et dignum, qui non e Publio exiret, Cuivis.* 𝔑𝔲 = *Egregium versum et dignum audi, qui non e Publio periret.* D — *et* ante *tu amittere.* G = *tu innocentia.* G (p.m.) = *subiectus es.* G (s.m.) = *sub ictus es.*

Terror decipit = BGVADg Gr. 𝔗 . . . 𝔊. Pinc. ci. = *Error decipit.* 𝔐 . . . 𝔅𝔬 = *Hic nos error decipit.* Gg = *nos pati.* B — *pati.* A(s.m.)g = *providimus.* G(m∞) = *posse videmus.* D = *providemus.* B = *An fert vim.* g = *Auferet vim.* g = *quae futura.*

Cap. X.

G = *Quicquid est hec materia nos ex adv.* 𝔗𝔅 = *Quicquid est haec materia circa nos.* B — *circa nos.* Dg = *Martia nobis ex adv.* 𝔗 . . . 𝔈2. = *ampla arva* contra istos etiam Pinc. Gr. Vg = *clientum.* 𝔗𝔅 = *Referam vestibula clara.* A (cr.∞) = *clarum.* Germ. = *chara.* g = *ac formosa.* G = *aut forma.* V 𝔗 . . . 𝔊 = *coniunx.* G = *ceterosque.* G = *et morte* [s

mobili sorte pendentia, alieni commodatique adparatus sunt. nihil horum dono datur: collaticiis et ad dominos rediturís in-
2 strumentis scena adornatur. Alia ex his primo die, alia secundo referentur: pauca usque ad finem perseuerabunt. Itaque non est quod nos suspiciamus tamquam inter nostra positi: mutua accepimus. Usus fructusque noster est cuius tempus ille arbiter muneris sui temperat: nos oportet in promptu habere quae in incertum diem data sunt et adpellatos sine querela reddere. Pessimi debitoris est creditori facere conuicium. Omnes ergo nostros, et quos superstites lege nascendi optamus et quos praecedere iustissimum ipsorum uotum est, sic amare debemus, tamquam nihil nobis de perpetuitate, immo nihil de diuturnitate
3 eorum promissum sit. Saepe admonendus est animus, amet ut recessura, immo tamquam recedentia. quicquid a fortuna datum est, tamquam exemptum auctore possideas. Rapite ex li-

morbo] sorte pendentia (hoc in lit.). gP3. = accommodatique. B P2. — adparatus. G(u.) + apparatus quae sunt. 𝔈1, 2. — horum ante dono. G = dona datur. P4. = donatorum. 𝔗𝔅 = donaturum. Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. VP2. = commodaticiis et ad. g = collatis et ad. Col. = collocaticiis et ad. P2. 𝔗 ... 𝔈2. = et ad dominum. Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. A (cr. ∾) = rediturос. GD = reddituris. g + instrumentis et ministris. G = cena adornatur.

2. V𝔗𝔅 = referuntur. g (lit.) = secundo repetuntur. GD — usque. g = usque in finem.

Itaque non est = BGVADg. 𝔗 ... 𝔅𝔬 = Ita non est. g = suspicamus. VP2. = intra nostra positi.

mutua accepimus = Ag. BGVD 𝔗 ... 𝔅𝔬 = mutuo accepimus.

Usus fructusque = A. G𝔗 ... 𝔈1. = Usufructus om. que. BVDg 𝔈2. ... 𝔅𝔬 = Ususfructus om. que. P2. 𝔗 ... 𝔊 = cuius tempora. Rell. etiam Bong. Pinc. Gr. ∾. Vg = sui muneris. sG = muneris sui imperat. GVAD (m∾) 𝔗 ... 𝔊 = in certum diem (𝔗𝔅 = nata sunt). Bg ∾. B G(m∾) P2. 4. 𝔗𝔅 — sine querela.

debitoris est = BGVADg. 𝔗 ... 𝔅𝔬 = est debitoris. G = ad quod superstites. G = et quod iustissimum praecedere iustissimum. g = iustissimum eorum. BG (cr. ∾) = ipsorum volutum. A = ipsorum voltum. G(m∾) = nihil nobis de paupertate. g = de perpetuitate nobis. g — nihil post immo. BG (s∾) — eorum ante promissum. G = promissum est.

3. amet ut recessura = D (s. m.) Bong. ex Cui. Pinc. ci. 𝔐 ... 𝔅𝔬. D (p.m.) = amet ut recessuro. A = ametu ire. cessura. BG Pinc. v. l. = a metu ire cessura. V = a metu ire cessuro. gP3. = a metu in recessuro. P2. = animus metiri ut cessura. P4. = animus ametiri ut. cessura. Col. = animus a motu in recessura. 𝔗𝔅 = animus metiri: ut casura. 𝔈1. ... 𝔊 = animus metuere ut recessura. m𝔈2. = metiri. VD (cr. ∾) gP3. = tanquam recedenti. G (s.m.) = tanquam incedenti.

tamquam exemptum auctore possideas = Col. probat Grut. 𝔑u 𝔅2. = tanquam exemtum auctore possideat. Ruhk. „Sensus, inquit: quae Fortuna tibi dederit, perinde possideas, ac si nullum dominum (auctorem) haberent, tibique verendum sit, ne statim revertatur auctor suorum reposcendorum gratia. Proinde omni modo fructum ex iis cape. — Sequentia apprime concinunt.“ Gron. ci. = tanquam exceptum auctori pos-

beris uoluptates, fruendos uos inuicem liberis date et sine dilatione omne gaudium haurite. nihil de hodierna nocte promittitur. nimis magnam aduocationem dedi: nihil de hac hora. Festinandum est. instatur a tergo: iam disicietur iste comitatus. iam contubernia ista sublato clamore soluentur. Rapina rerum 4
omnium est: miseri nescitis fuga uiuere. Si mortuum tibi filium doles, eius temporis quo natus est crimen est: mors enim illi denuntiata nascenti est. In hanc legem datus. hoc illum fatum ab utero statim prosequebatur. In regnum fortunae et quidem durum atque inuictum peruenimus illius arbitrio digna atque indigna passuri. corporibus nostris inpotenter, contume-

sideas. ipse interpretatur: „*Exceptum* igitur *auctori possidemus*, quod nobis sive solum, sive cum aliis, ab auctore possessionis nostrae tenendum ea lege traditum est, ut illi cum libuisset, in idem manus iniectio eiusve repetitio esset.“ BGVAg ms. Durant. Cas. (Varr. II, 7.) P2. 3. 4. 𝔗𝔅 = *tanquam exemplum auctore possideas.* mP2. = *tanquam ab extraneo auctore possideas.* D cod. Lips. 𝔈1. = *tanquam exemplum ab auctore possideas.* probat Lips. Durant. (l.l.) ci. = *tanquam ex empto sine auctore possideas* vel potius *tanquam exemplum sine auctore possideas.* 𝔈2. . . . 𝔅1. 𝔙o = *tanquam extemplo abiturum possideat.* g P3. = *Capite ex liberis.* G (s∾) — *vos* ante *invicem.* G — *liberis.* Rom. = *deliberatione omne gaudium.* P2. 𝔗 . . . 𝔈2. = *omne gaudium advertite.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.

de hodierna nocte = BADg Bong. ex Cui. GV 𝔗 . . . 𝔙o = *de hodierna die.* Rom. + *nec morte promittitur.* A (cr. ∾) = *advocatio.* G — *dedi.*

instatur a tergo: iam disicietur iste comitatus = A Bong. ex Cui. P4. cod. Iur. mP4. = *id est dispergitur a dis et iacio.* Col. = *Instatur a tergo, iam deicietur iste comitatus.* BG P3. = *Instatur a tergo. iam deficietur iste comitatus.* D = *Instatur a tergo. iam diseruetur* [cr. *destruetur.* m *difficiet*] *iste comitatus.* Vg 𝔈1. = *Instatur a tergo. iam deficiet iste comitatus.* P2. = *Festinandum est instanter. at ergo iam difficietur iste comitatus.* 𝔗𝔅 = *Instat a tergo iam deficiet iste comitatus.* 𝔈2. . . . 𝔏4. = *Instat a tergo mors: iam deficiet iste comitatus.* Quidam codd. Pinc. = *deficietur.* unde Pinc. ci. = *deficiet te.* 𝔊ro . . . 𝔙o = *Instat a tergo mors: iam* ∾.

4. Vg = *omnium rerum.* g + *et clamore.* 𝔖𝔊 = (*miseri nescitis*). 𝔅1. = (*miseri, nescitis?*).

fuga vivere = AD 𝔐 . . . 𝔏4. A (s.m.) = *miser nescit is in fuga vivere.* mDV Gr. 𝔗𝔅 + *in fuga vivere.* Bong. 𝔈1. 2. 𝔑u . . . 𝔙o = *in fugam vivere.* BG Pinc. v. l. cod. Lips. 𝔊ro . . . 𝔅1. + *et fuga vivere.* g + *et in fuga vivere.* V = *Si mortuum enim filium.* G = *filium debes.* g (s∾) — *est* post *crimen.*

denuntiata nascenti est = AmD Bong. (etiam cod. Iur. duo Bruxell. = *denuntiata*). mGVg 𝔑u . . . 𝔙o = *nascenti denuntiata est.* P3. Col. = *illi denuntiata est* (om. *nascenti?*). P4. = *detiãta est.* BG P2. Germ. cod. Dal. 𝔐 . . . 𝔅1. = *nascenti determinata est.* 𝔗 . . . 𝔊 = *nascenti determinata et in hanc.* Germ. cod. Dal. = *et in hanc legem editus.* V = *In hac lege datus est.* g Pinc. v. l. Col. + *datus est.* 𝔗𝔅 = *data.*

hoc illum fatum = BAD (s.m.) g Bong. Pinc. v. l. Col. P3. G P2. 𝔗𝔅 = *Hoc factum* om. *illum.* VD P4. 𝔈1. . . . 𝔙o = *hoc fatum* om. *illum.*

prosequebatur = BAD Pall. 𝔗 . . . 𝔙o. G = *prosequebantur.* V = *persecutum.* g = *prosecutum.* Pinc. v. l. Col. = *prosecutum est.* mG = *persequutus est.*

liose, crudeliter abutetur: alios ignibus peruret uel in poenam admotis uel in remedium. alios uinciet: id nunc hosti licebit, nunc ciui. alios per incerta nudos maria iactabit et luctatos cum fluctibus ne in arenam quidem aut litus explodet, sed in alicuius inmensae uentrem beluae decondet. alios morborum uariis generibus emaceratos diu inter uitam mortemque medios detinebit.
5 Ut uaria et libidinosa mancipiorumque suorum neglegens domina et poenis et muneribus errabit. Quid opus est partes deflere? tota flebilis uita est. Urgebunt noua incommoda, priusquam ueteribus satisfeceris. Moderandum est itaque uobis maxime quae

V + *et crudeliter.* G = *crudeliter arbitretur.* P4. = *ignibus perierit.*

admotis vel in remedium. alios vinciet: id nunc hosti licebit, nunc civi. alios per incerta nudos maria iactabit = A Col. Brux. Gro ... Vo (A = *iactavit*). BG = *admotis vel incerta nudos maria iactabit* rell. om. mG = *vel in remedium alicuius vincit id ut hosti licebit non cui alios per incerta.* V = *admotos vel in remedium alicuius vincit. Id nunc hosti licebit nunc civi, alios per incerta nudos maria iactabit.* D = *admotis* [s. m. *admotos.* m *vel in remedium. Alios vinciet. id nunc hosti licebit. nunc civi. Alios per*] *vel* [hoc n.] *incerta nudos maria iactabit.* g = *admotos vel in remedium. alios per incerta nudos maria iactabit* rell. om. Erm. ci. = *admotis vel incertis* sive *insertis, alios nudos mari iactabit.* Codd. emendatiores Pinc. = *admotis vel in remedium, alios vinciet. Id nunc isti licebit nunc tibi. Alios per incerta nudos maria iactabit.* P2. = *admotos, vel in incerta nos maria iactabit.* P4. T ... E1. = *admotis, vel incerta nudos maria iactabit* (E1. = *iactabat*). Grut. ci. = *admotis, alios in incerta nudos maria iactabit* rell. om. P3. = *admotos vel in rei medium, per incerta nudos maria iactabit.* E2. ... G = *admotis vel incertis, alios nudos mari iactabit.* M ... L4. = *admotis vel in remedium: alios nudos mari iactabit.* Lips. ci. = *vel in certamen.* Triller. (Obss. p. 456.) ci. = *vel in incerta salutis.* mIu = *vel insutos culeo vel nudos mari iactabit.* G + *et ne in arenam.* g = *nec in arenam.* Vg = *et litus.* Germ. = *aut litus expellet.*

in alicuius inmensae ventrem beluae decondet = VA (A p.m. = *belua*). P3. 4. Col. g = *in alicuius immensae beluae ventrem decondet.* B D Bong. Gro ... Vo = *in alicuius ventrem immensae beluae decondet.* G Pinc. v. l. = *in alicuius ventrem immensae beluae recondet.* P2. T ... L4. = *in alicuius ventrem immensae beluae detrudet.*

inter vitam mortemque medios detinebit = VAmDg Bong. Col. P3. Iur. Gro ... Vo. G = *inter vitam et mortem* [s *que*] *metus detinebit.* B P2. 4. T ... L4. — *medios.*

5. Vg P2. = *vana et libidinosa.* D (m∾) = *mancipiorum* om. *que.* G — *et* ante *muneribus.* Lat. Latin. (B. Pr. p. 47.) = *et muneribus enarrabit.* A = *erravit.*

flebilis vita = GVADg. B = *deflebilis vita.* T ... Vo = *vita flebilis.* G = *satisfecerit.*

Moderandum est itaque vobis maxime quae inmoderate fertis = BAD Bong. ci. Lips. Gro ... Vo. Pinc. v. l. = ∾, *vobis maxime qui immoderate fertis.* G = *Moderandum est itaque nobis maxime* [m *quae immoderate*] *fertis.* Col. = ∾ *nobis* ∾. g = *Moderanda sunt itaque maxime vobis quae immoderate fertis.* P3. = *Moderanda est itaque vobis* ∾. P4. = *Moderandus est itaque nobis maxime dolor quem immoderate fertis.* V = *Moderandus est itaque vobis animus adhuc maxime quae immo-*

inmoderate fertis et in metus et in dolores humanum pectus dispensandum. XI. Quae demum ista suae publicaeque condicionis oblinio est? Mortalis nata es, mortales peperisti. putre ipsa fluidumque corpus et causis repetita sperasti tam inbecilla materia solida et aeterna gestasse? Decessit filius tuus, id est, decucurrit ad hunc finem ad quem quae feliciora partu tuo putas properant. Huc omnis ista quae in foro litigat, in theatris [desidet], in templis precatur turba dispari gradu uadit.

derate fertis. P2. = *Moderandus est itaque nobis animus adhuc maxime quae immoderate fertis* 𝔗𝔚 = *Moderandus est itaque nobis maxime animus ad haec quae immoderate fertis.* 𝔈1. 2. = *Moderandus est itaque nobis animus ad haec maxime quae immoderate fertis.* 𝔈 . . . 𝔏4. = *Moderandus est itaque vobis animus ad haec maxime quae immoderate fertis.*

et in metus et in dolores humanum pectus dispensandum = V P2. 𝔗 . . . 𝔚o. B = *et in multos et in dolores humani pectus dispensandum.* G Col. = *et in multos dolores humani pectoris dispensanda* (G cr. = *dispensatis*). A = *et in multos et in dolores humani pectus dispensanda.* Dg P3. = *et in multos dolores humanum pectus dispensatis* (mD = *humani pectoris dispensanda*). Bong. Pinc. v. l. = *et in multos dolores humanum pectus dispensandum.* P4. = *et in multos et in dolores humani pectoris dispensandus.* Lips. ci. = *et in multos dolores humana pectora dispensanda.* Poterat etiam coniicere: *et in metus et in dolores humani pectoris dispensandae* vel *et in multos dolores humani pectoris dispensandae.*

Cap. XI.

A = *Quae deinde.* de quo vide. G(cr. ∾) = *Quod demum.* Rell. ∾.

suae publicaeque = BGVADg 𝔗 𝔚. 𝔈1. . . . 𝔚o = *tuae publicaeque.* quod si scripsisset Seneca, non video quomodo in illud abire potuerit. G + *et mortales.* g + *mortalesque peperisti putres. putre.*

et causis repetita sperasti. Ita scripsisse videtur Seneca. B P3. Col. = *et causis morbos repetita sperasti.* Hoc inde ortum, quod quis adscripserat *morbos* esse intelligendos. m Col. = *et casibus morbos repetita.* A = *et causis morbos repetitas* [s n.] *sperasti.* G = *corpus morbos repetita sperasti.* V + *et causis repetita morborum sperasti.* D = *et casibus morbisque repetitam sperati* [cr. *sperasti*] *tam imbecillam materiam.* g = *et curis morbisque repetita sperasti.* P2. = *et canis* [ortum ex *cāis*, quod et *causis* et *canis* legi potest] *morborum repetita sperasti.* P4. = *et causas morbos repetita sperasti.* 𝔊ro . . . 𝔚o + *et causis morbisque repetita sperasti.* Gron. „Ex tert. Pal. Col. Bruxell. recepimus, inquit: *et causis morbisque repetita.*" At cum haec in P3. Col. non legantur, dubito etiam de Bruxell. 𝔗𝔚 = *et causis morbos repetita separasti.* 𝔈1. . . . 𝔏4. = *et casibus morbisque repetita sperasti.* P2. 3. = *tam imbecilli materia.* G (cr. ∾) = *gustasse.*

id est, decucurrit = BAD 𝔐 . . . 𝔑u 𝔚o. Vg = *idem decurrit.* P2. = *adest decurrit.* P3. = *et decurrit.* Col. = *idem filius decurrit.* G𝔗 . . . 𝔊 𝔅2. = *id est decurrit.* G = *ad quem etiam feliciora.* Vg — *quae* ante *feliciora.* G (cr. ∾) = *putant.* V = *properat.* BA Col. = *Hoc omnis ista.* V = *ad hoc ista omnis.* G 𝔈1. 2. = *Haec omnis ista.* P2. 4. 𝔗𝔚 = *Ad haec omnis ista.* D = *Hoc omnis quae om. ista.* Pinc. v. l. P3. ∾. Pinc. v. l. Franc. Dal. Rom. 2. Scal. = *quae in foris litigat.*

in theatris [*desidet*], *in templis precatur* = 𝔈2. . . . 𝔚o. *desidet* uncis circumdedi, quoniam est a ci. Ermi. BGAD Gr. = *in theatris, in templis precatur.* Vg = *in theatris et in templis precatur.* Opinor fere Se-

2 Et quae diligis et quae despicis unus exaequabit cinis. Hoc uidelicet illa Pythicis oraculis adscripta NOSCE TE. Quid est homo? quodlibet quassum uas et quolibet fragile iactatu. Non tempestate magna ut dissiperis est opus: ubicumque arietaueris solueris. Quid est homo? inbecillum corpus et fragile, nudum, suapte natura inerme, alienae opis indigens, ad omnis fortunae contumelias proiectum, cum bene lacertos exercuit, cuiuslibet ferae pabulum, cuiuslibet uictima, ex infirmis fluidisque contextum et lineamentis exterioribus nitidum, frigoris, aestus, laboris inpatiens, ipso rursus situ et otio iturum in tabem, ali-

necam scripsisse: *in foro litigat, in theatris precatur*, ut illud *in templis* profectum sit ab emendaturo. 𝔗𝔚 = *dispar g i gradu.* D 𝔈1.... 𝔊 + *n o n dispari gradu.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∽.

Et quae d i l i g i s et quae despicis unus exaequabit cinis. Ita scribo: nam quod in mstis praeterea legitur *ueneraris*, adiectum est ab iis, qui putarent *diligis* non satis respondere verbo *despicis.* BAD quidam codd. Pinc. Col. P2. 3. 4. 𝔗 ... 𝔊 + *Et quae diligis u e n e r a r i s et quae despicis unus exaequabit cinis.* Vg + *Et quae diligis e t u e n e r a r i s unus exaequabit cinis.* G = *H e c quae diligis u e n e r a r i s et quae despicis unus exaequabit cinis.* 𝔐 ... 𝔚o = *Et quae u e n e r a r i s, et quae despicis, unus exaequabit cinis.* Pinc. ci. = *Et q u e m diligis, u e n e r a r i s, et q u e m despicis, u n i u s exaequat u o x C h i l o n i s* vel *C h i l o n i s u o x.* Grut. ci. + *Et quae diligis u e n e r a r i s u e, et quae despicis.*

2. *Hoc u i d e l i c e t illa Pythicis oraculis adscripta NOSCE TE.* Ita fere msti. BAD = *Hoc uidelicet illa Pythicis oraculis adscripta n o s c i t e* (D = *nosc i t*). Col. = *hoc uidelicet illa P h i t i c i s oraculis adscripta n o s c i t e* (m *nosce te*). Vg = *Hoc uidelicet illa p h y t i c i s* [g = *p h i s i cis*] *oraculis adscripta n o s c i t e.* G = *Hoc uidelicet illa P i t h i* [*s cis*] *oraculis ascripta n o s c i t.* P2. = *h a e c uidelicet illa P h y t i c i s oraculis ascripta n o s c i t.* P3. = *hoc uidelicet illa P i t h i i s oraculis ascripta n o s c i t.* P4. = *hoc uidelicet illa P h i t i c i s oraculis adscripta n o s s i t.* 𝔗𝔚 = *h i c r u d e t* [𝔚 = *t u d e t*]: *illa p h y t h i c i s oraculis ascripta n o s c i t.* 𝔈1. = *h i c uidelicet, illa P h y t i c i s oraculis ascripta n o s c i t.* 𝔈2. ... 𝔊 = *Hoc i u b e t illa Pythicis oraculis ascripta u o x*, γνῶθι σεαυτόν. 𝔐 ... 𝔚o = *Hoc i u b e t illa Pythicis oraculis ascripta u o x, Nosce te.* Pinc. ci. = *h a e c uidelicet, illa Pythicis oraculis ascripta, Nosce te* vel *l i c e t illa Pythicis oraculis ascripta, Nosce te* (vide ad 1. ex.). Vg = *c a ssum.*

q u o libet fragile iactatu = AD(s.m.) P3. cod. Iur. 𝔗𝔚 = *quolibet fragile i a c t u.* BGV P2. 4. Col. 𝔈1. = *q u o d libet fragile iactatu.* 𝔈2. ... 𝔚o = *q u o d libet fragile: iactatu.* 𝔗 ... 𝔈2. — *magna* contra mstos etiam Pinc. Gr. V = *ut dissip e t u r.*

opus est = VAg. BGD 𝔗 ... 𝔚o = *est opus.* Dg Col. = *arieta b eris.* A(s∽) — *homo* post *Quid est.* 𝔗𝔚 = *imbecill i s s i mum corpus.* 𝔈1. 2. = *imbecill i m um corpus.* g = *sua p a r t e natura.* G𝔗 ... 𝔈1. = *natur a e.* BG = *oper i s. indigens.*

ad omn i s fortunae contumel i a s = A. BGVDg = *ad omn e s f. contumelias.* 𝔗 ... 𝔚o = *ad omn e m f. contumel i a m.* A = *lacer a tos exercuit.* G = *cuiuslibet ferae pabulum.* A = *ex f i r mis.* G = *fluidis contextum* om. *que.* G = *e x lineamentis.* V = *et lin i amentis.* G (s∽) = *aes t u.* g + *e t laboris.* G = *ipso rurs u sinu.*

situ et otio iturum in tabem = GA g 𝔈2. ... 𝔚o. A (s.m.) = ∽ *in tab e.* B P3. = *situ et otio iturum e t o t i u m in tab e.* VCol. 𝔗 ... 𝔈1. +

menta metuens sua quorum modo copia, modo inopia rumpitur, anxiae sollicitaeque tutelae, precarii spiritus et male haerentis qua, parum repentinum cum audit et ex inprouiso, sonus auribus grauis excutit, soli semper sibi nutrimentum uitiosum et inutile. Miramur in hoc mortem quae unius singulis opus est? 3
Numquid enim, ut concidat, magni res molimenti est? Odor illi saporque et lassitudo et uigilia et humor et cibus et sine quibus uiuere non potest mortifera sunt. Quocumque se mouit statim infirmitatis suae conscium, non omne coelum ferens,

situ et otio iturum in o c i u m *in tabem.* D + *situ et otio iturum* i n o t i u m e t *in tabem.* P2.4. = *situ et otio iturum* i n o t i u m *in tab e.* Lat. Latin. (B. Pr. p. 47.) = *situ et otio* i n t e r i t *urum alimenta* i n *tuens sua.* mD quidam codd. Pinc. + e t s e m p e r *alimenta.*

modo copia, modo inopia rumpitur. Haec verba si scripsit Seneca, hoc ordine videtur scripsisse. A = *mod u m* i n *inopia rumpitur*, ut appareat vitium latere in syllabis *u m in:* accedit, quod ex similibus prius saepius omittitur quam alterum. BG = *mod u m inopia rumpitur.* Vg P4. = *mod u s inopia rumpitur.* D = *quorum inopia mod u s rumpitur.* Col. = *mod i s e t inopia rumpitur.* P2. = *mod u s inopia* r u p i t. P3. = *quorum mod u s* e t i a m *inopia rumpitur.* 𝔗 . . . 𝔖 = *mod u m inopia rump i t.* Pinc. ci. = e t s e m p e r *alimenta metuens sua, quorum modo inopia* l a b o r a t, *modo copia rumpitur.* 𝔐 . . . 𝔅o = *quorum modo inopia, modo copia rumpitur.* D (m∾) = s o l i t a e *que tutelae.* A = *praecar e spiritus.* VP2. codd. Lips. 𝔗 . . . 𝔖 = *et male* i n *haerentis.*

q u a, p a r u m *repentin u m* c u m a u d i t e t *ex inproviso, sonus auribus gravis excutit.* Ita restituendus videtur locus corruptissimus, dum alius meliora invenerit. BA 𝔗 . . . 𝔏4. = *qua parum repentinum audi e t et improviso sonus auribus gravis excutit.* GP3. = q u a e *parum repentinum audi e t et improviso sonus auribus gravis excutit.* V = q u e m *parum repentinum audi e t et ex improviso auribus sonus gravis excutit.* D P2.4. = q u a m *parum repentinum audi e t ex improviso sonus auribus gravis excutit.* g = q u e m *parum repentinum audi e t et improviso auribus sonus gravis excutit.* Col. = q u i *parum repentinum audi e t ex improviso sonus auribus excutit.* Cod. Lips. = q u a m *parum repentinum audit u m ex impr.* Lips. ci. = q u e m p a v o r *repentin u s* a u t i t e m *ex improviso sonus.* Gron. ci. 𝔊ro . . . 𝔅o = q u e m p a v o r *repentin u s* a d i e c t u s v e *ex improviso sonus auribus gravis excutit.* quae vix possunt latere in codicum scripturis. De *parum* Particulae vi minus usitata cf. Ep. 116, 6. *dolebimus, sed* p a r u m. *concupiscemus, sed temperate.* G = s i b i o l i m *sibi semper.* g + *nutrimentum* q u a e r e n s. BGA = *et inutil i.*

3. V + *Miramur e t.*

mortem q u a e *unius singulis opus est* = VAg (A = *singuli u s*). B = *mor t e* q u ẽ *unius singulis opus est.* G = *mortem* q u a m *unius singula r i s* [cr. *singulis*] *opus est.* D = *mortem quae singulis opus est* om. *unius.* 𝔗 . . . 𝔈1. = *mortem unius quae singulis opus est.* 𝔈2. . . . 𝔅o = *mortem unius* q u a *singulis opus est.* V + *ut concidat* i s t e. P2. + i s t e *ut concidat.*

magni res = Ag. BGVD 𝔗 . . . 𝔅o = *res magni.* P3. = *mol u menti est.* V P2. (m∾) 𝔗𝔅 = *e mol u menti est.* 𝔈2. . . . 𝔖 = *mo m e n t i est.* Rell. etiam Col. P4. ∾. V = *sapor et* om. *que.*

se m o v i t *statim infirmitatis suae* = BGVAD (G p.m. = *statu m*). g = t e *movit* ∾. 𝔗 . . . 𝔅o = *se mo* v e t *infirmitatis suae statim.* g = *consci u s.* G = *conscium* u t e s s e t e l u m.

aquarum nouitatibus flatuque non familiaris aurae et tenuissimis causis atque offensionibus morbidum, putre, causarium, fletu uitam auspicatum: cum interim quantos tumultus hoc tam contemptum animal mouet? in quantas cogitationes oblitum condicionis suae uenit? Inmortalia, aeterna uolutat animo et in nepotes pronepotesque disponit, cum interim longa conantem eum mors opprimit. et hoc quod senectus uocatur pauci sunt circuitus annorum. **XII.** Dolor tuus, si modo ulla illi ratio est, utrum sua spectat incommoda an eius qui decessit? Utrum te amisso filio mouet, quod nullas ex illo uoluptates cepisses, an quod maiores, si diutius uixisset, percipere potuisti? Si nullas percepisse te dixeris, tolerabilius efficies detrimentum tuum:

flatuque non familiaris aurae = 𝔈2. . . . 𝔚o. A (p.m.) = *flatuque non familiaris aur a.* A(s.m.) BGVDg Gr. 𝔗 . . . 𝔈1. = *flatuque non familiari aura.* V + *et non tenuissimis.* G — *causis.*

putre, causarium, fletu vitam = Bong. ex Cui. cii. Grut. Lips. 𝔊ro . . . 𝔚o. BA = *putre causarum fletu vitam.* Col. = *putra* [?], *causarum, fletu vitam.* G P3. = *putre causarum flatu vitam.* V = *putre casurum flatu vitam.* P2. = *putre casurum flatu vita.* D = *putrem al'* [hoc n.] *causarumque vitam.* g = *putre causarumque flatu vitam amittit. Tum interim quantos.* P4. = *putre casurum fletu* [= mm𝔈1. 2.] *vitam auspicavit* (s∾). 𝔗 . . . 𝔈2. = *putre causaque fletus vitam.* Pinc. ci. 𝔈 . . . 𝔏4. = *putre, cassum, a fletu vitam.* mA = *auspicatum id est cum auspicio nactum.* D (m∾) P4. 𝔈2. . . . 𝔊 = *ceterum quantos tumultus.* 𝔈1. = *caeteram q. t.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. BG = *conceptum animal.* A = *animali.* g = *contemptum alias.* VDg = *in quantam cogitationum solicitudinem.* mG + *in quantas solicitudine cogitationes.* g = *oblitus suae conditionis.* G(s∾) = *oblitum proditionis.* V = *suae conditionis.* D = *conditionis suae venit oblitum.* Vg P2. + *et aeterna.* G = *volitant animo.* g = *voluptat animo.* D (m∾) — *in* ante *nepotes.* G (cr. ∾) = *longam cervicem eum mors.* g = *et hoc que senectus vocatur.* A = *paucissimo circuitus annor* (s um). B = *paucissim circuitus annorum.* G = *senectus vocatur potissimi vocatur* [haec n.] *potissimi circuitus annorum.* V = *paucissimi sunt circuitus annorum.* D = *paucissimi sit circuitus annorum.* Bong. = *paucissimo circuitu annorum.*

Cap. XII.

Dolor tuus, si modo ulla illi ratio est = AD. B = *Dolor tuus sim9 ulla illi ratio est.* G = *Dolor tuus si modo ulla tibi ratio* om. *est.* V = *Dolor tuus o Martia* [Pall. =] *si modo ulla tibi ratio est.* g = *Dolor tuus o Marcia si modo illi ulla ratio* om. *est.* 𝔗 . . . 𝔈2. = *Dolor tuus o Martia si modo tibi ulla ratio est.* 𝔈 . . . 𝔚o = *Dolor tuus, o Marcia,* [ex. Fac. et Prim. Col. =] *si modo illi ulla ratio est.* G — *sua* ante *spectat.* g = *spectet.* B = *an vis decessit.* A = *anius decessit.* G(s∾) = *anius qui decessit.* D = *an huius qui decessit.* V 𝔗 . . . 𝔚o ∾.

Utrum te amisso filio movet = BG VA Scal. Rom. 𝔗 . . . 𝔊. D = *Utrum te inmisso filio movet.* g(s.m.) = *Utrum te amissio filii movet.* 𝔐 . . . 𝔚o = *Utrumne amisso filio movet.* G = *voluntates.*

cepisses = BGVADg. 𝔈2. . . . 𝔚o = *cepisti.* 𝔗𝔈1. = *coepisset.* 𝔚 = *coepisses.* g = *percipere potuisses.* Rell. ∾.

percepisse te = VA. BGDg 𝔗 . . .

minus enim homines desiderant ea ex quibus nihil gaudii laeti-
tiaeque perceperant. Si confessa fueris percepisse magnas uo-
luptates, oportet te non de eo quod detractum est queri, sed
de eo gratias agere quod collegisti. Prouenerunt enim satis 2
magni fructus laborum tuorum ex ipsa educatione: nisi forte hi
qui catulos auesque et friuola animorum oblectamenta summa
bonum animus inueniat. hic, si umquam respirare illi et rece-
dere in se uacauerit, o quam sibi ipse uerum tortus a se fatebi-
tur ac dicet: Quicquid feci adhuc infectum esse mallem. quic-
quid dixi cum recogito, in multis rideo. quicquid optaui ini-
micorum exsecrationem puto. quicquid timui, di boni, quanto
3 leuius fuit quam quod concupiui? Cum multis inimicitias gessi
et in gratiam ex odio, si modo ulla inter malos gratia est, red-
ii: mihi ipsi nondum amicus sum. Omnem operam dedi, ut
me multitudini educerem et aliqua dote notabilem facerem: quid
aliud quam telis me opposui et maliuolentiae quod morderet
ostendi? Uides istos qui eloquentiam laudant, qui opes sequun-
tur, qui gratiae adulantur, qui potentiam extollunt? omnes aut
sunt hostes aut quod in aequo est esse possunt. Quam magnus

P2. 4. Col. Ort. 𝔑 = *tam clamidatos quam coronatos.* Apud A prior scriptura prorsus abrasa est. G P3. = *tam clamitatos quam coronatos.* quod velim accuratius examines. DE = *tam dampnatos quam coronatos.* Grut. ex ed. Veneta tum (a.1594.) centum annorum laudavit *coloratos:* at in ed. Veneta II. a. 1492. legitur *coronatos.* Primam Venetam a. 1490. aut tertiam a. 1503. inspicere nunc non licet. 𝔐 . . . 𝔏4. = *tam chlamydatos quam coronam.*

2. *praetexta sunt corpora* = BAD. E = *praetesta sunt corpora.* G 𝔑 . . . 𝔅𝔬 = *praetexta corpora sunt.*

et certius = BGADE. 𝔑 . . . 𝔅𝔬 = *certiusque.* P3. 4. 𝔈1. = *Hic si nunquam.*

respirare illi et recedere in se = B GA. D = *resp. illi et in se recedere.* E = *respicare* [n.] *et in se recedere.* 𝔑 . . . 𝔅 = *ille resp. et rec. in se.* 𝔈1. . . . 𝔅𝔬 = *illi resp. et rec. in se.* m𝔈1. = *expicare.* 𝔑 . . . 𝔅 = *o quam si ipse.* D (cr. ∾) = *totus a se fatebitur.* E = *ac diceret.* 𝔐 — *Quicquid feci . . . mallem.* G(cr. ∾) = *Quicquid fecit.* B — *quicquid dixi . . . in multis rideo.* G(s∾) = *non recogito.* Col. = *cum regito* [?]. *In m.*

in multis rideo = mD ci. Lips. Lips. ci. etiam = *in multis rubeo.* GADE Col. P2. 3. 𝔑 . . . 𝔏4. = *in multis video.* P4. = *multis invideo.* Grut. ci. 𝔊𝔯𝔬 . . . 𝔅𝔬 = *mutis invideo.*

quanto levius fuit = BGADE P2. 4. Col. Ort. cod. Lips. cod. Dal. 𝔑 . . . 𝔈2. 𝔊𝔯𝔬 𝔅1. 𝔅𝔬. mG ex. Fac. et Prim. P3. 𝔈 . . . 𝔏4. 𝔑𝔲 𝔅2. = *quanto melius fuit.* G(s∾) D(m∾) E P3. 4. — *quod* post *quam.* G = *concupii.* B = *cupii.* E = *cupi.*

3. 𝔑 . . . 𝔊 = *cum multis amicitias gessi* contra mstos etiam Pinc. Gr. DE = *nondum mihi ipsi.* DE = *educerem cum aliqua.* P2. Ort. 𝔑 . . . 𝔈2. = *et aliquam dotem.* m𝔈2. = *aliquando rem.* P4. = *et aliqua dota.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G (cr. ∾) = *dote dotabilem.* D + *me notabilem.* 𝔑 . . . 𝔅 = *etiam malivolentiae.* G(s.m.) = *mali violentiae.* D (cr. ∾) = *mordere ostenditur.* E = *morderer ostenditur.* B = *mordet.* A(s∾) — *istos* post *vides.* 𝔑 . . . 𝔏 𝔍𝔲 + *Vides tu istos.* Rell. etiam Gr. ∾. B = *secuntur.* GDE 𝔑 . . . 𝔈1. = *omnes autem sunt hostes* (in G haec verba quatuor sunt notata).

mirantium tam magnus inuidentium populus est. III. Quin po-
tius quaero aliquod usu bonum quod sentiam, non quod osten-
dam: ista quae spectantur, ad quae consistitur, quae alter alteri
stupens monstrat foris nitent, introrsus misera sunt. Quaera-
mus aliquid non in speciem bonum, sed solidum et aequale et
a secretiore parte formosius. Hoc eruamus. nec longe positum
est. inuenietur: scire tantum opus est quo manum porrigas.
Nunc uelut in tenebris uicina transimus offensantes ea ipsa quae
desideramus. Sed ne te per circumitus traham, aliorum qui- 2
dem opiniones praeteribo: nam et enumerare illas longum est
et coarguere. nostram accipe. *nostram* autem cum dico, non
adligo me ad unum aliquem ex Stoicis proceribus: est et mihi
censendi ius. Itaque aliquem sequar, aliquem iubebo senten-
tiam diuidere: fortasse et post omnes citatus nihil inprobabo ex
iis quae priores decreuerint et dicam, *Hoc amplius censeo.*
Interim quod inter omnis Stoicos conuenit rerum naturae ad-
sentior: ab illa non deerrare et ad illius legem exemplumque
formari sapientia est. Beata est ergo uita conueniens naturae 3
suae: quae non aliter contingere potest, quam si primum sana
mens est et in perpetua possessione sanitatis suae, deinde fortis

D (m∾) — *mirantium tam magnus.*

Cap. III.

aliquod usu bonum = BGADE Bong. ex Cui. *usu* pro Dativo videtur accipiendum. 𝔑 . . . 𝔅o = *aliquid usu bonum.* BG = *quam sentiam.* sG = *nunc quod ost.* 𝔑 . . . 𝔅 — *quod* ante *ostendam.* BG = *atque consistitur.* D = *adque consistunt.* E = *sperantur atque consistunt.* 𝔑 . . . 𝔈1. = *aliquod non in specie bonum.* Rell. omnes = *aliquid.* Ort. 𝔈2. = *aliquid non in specie bonum.* P2. 3. = *in spem bonum.* G (cr.∾) = *in speciem boni.* Pinc. v. l. + *in solidum et aequale.* 𝔈2. . . . 𝔅o (exc. 𝔏4.) = *solidum et aequabile* contra mstos etiam Gr. Trouc. Verd. D(cr.∾) E = *positum est invenire.* Steph. (ad Dalech. Ep. 35.) ci. + *cito invenietur.* G (s.m.) D(s.m.) = *scire tamen.* D(cr.∾)E = *nec velut in tenebris.* D = *vicia transimus.*

ea ipsa quae = BAD (s m.) Col. P3. GDE P2. 4. 𝔑 . . . 𝔈1. — *ea.* 𝔈2. . . . 𝔅o = *in ipsa quae.*

2. *circumitus* = A. D (p.m.) = *circuimus.* BGD(s.m.) E𝔑 . . . 𝔅o = *circuitus.* G (cr.∾) = *nostram accipere.*

nostram autem = AmD. D — *autem.* BGE 𝔑 . . . 𝔅o = *Nostram vero.* G(s∾) — *cum* ante *dico.* B G(s.m.) = *ad unum aliquod.* 𝔑 . . . 𝔈1. = *censendi vis.* E = *Itaque aliquem sequatur.* B = *aliquem video sententiam.* D (m∾) = *aliquem videbo sent.*

ex iis quae = A. BGA (s.m.) D E 𝔑 . . . 𝔅o = *ex his* vel *hiis quae.* E = *etiam dicam.* 𝔑 . . . 𝔈1. = *Haec amplius.*

inter omnis = B. D — *omnis.* G mD 𝔑 . . . 𝔅o = *inter omnes.* AE n. l. GDE Pall. Ort. 𝔑 . . . 𝔈1. = *r. n. assentio.* BA Col. ∾. Hic locus suspectus est Stephano Prood. I, 5.

3. *quae non aliter* bis habet G.

deinde fortis = BGADE Pinc. v. l. Gr. 𝔊ro 𝔅2. 𝔑 . . . 𝔈2. + *deinde*

ac uehemens, tunc pulcherrima et patiens, apta temporibus, corporis sui pertinentiumque ad id curiosa non anxie. tum aliarum rerum quae uitam instruunt diligens, sine admiratione cuius-
4 quam usura fortunae muneribus, non seruitura. Intellegis, etiam si non adiciam, sequi perpetuam tranquillitatem, libertatem depulsis iis quae aut inritant nos aut territant. Nam uoluptatibus et pro illis quae parua ac fragilia sunt et in ipsis flagitiis noxia ingens gaudium subit, inconcussum et aequale. tum pax et concordia animi et magnitudo cum mansuetudine: omnis enim ex infirmitate feritas est. IV. Potest aliter quoque definiri bonum nostrum, id est eadem sententia, non iisdem conprehendi uerbis. Quemadmodum idem exercitus modo latius panditur, modo in angustum coartatur et aut in cornua sinuata media parte curuatur aut recta fronte explicatur, uis illi, utcumque ordinatus est, eadem est et uoluntas pro iisdem partibus standi: ita

sit fortis. Pinc. ci. ℭ...𝔏4. 𝔅l. 𝔑u 𝔙o + *deinde si fortis.*

tunc pulcherrima = BGADE. 𝔑...𝔙 — *tunc.* 𝔈1....𝔙o = *tum pulch.* 𝔑...𝔙 + *et patiens anxii.* unde fieri posse *auxilii* Erm. notat. D + *ei apta.* E = *corpori suo pertinentibus.* B = *pertinentium que.*

non anxie. tum aliarum rerum = BAE. G = *non auxit tamen al. r.* (mG = *et al. rer. contemplationem*). D = *non anxie tamen ad al. rer. contemplationem quae vitam.* P2. = *non anxie et ad aliarum rer. contemplationem q. v.* P4. = *non anxio cum aliarum rer. quae v.* Col. = *non anxia; cum aliarum rer. quae.* probat Grut., modo scribatur *tum.* Ort. + *tum et aliarum rerum contemplationi.* 𝔑...𝔈1. = *non anxia tamen illarum rcrum quae.* 𝔈2....𝔊 = *non anxie tamen illarum rer. q.* 𝔐...𝔏𝔍u — *aliarum.* P3. 𝔏4....𝔙o = *non anxie tamen: aliarum r. q.* E(s∾) Pinc. v. l. P2. 4. Ort. 𝔑...𝔙 = *cuiusque.* 𝔈1. 2. = *cuiuscunque.* Rell. etiam Col. P3. Pinc. ci. ∾. G = *muneribus non servatam.*

4. D (m∾) E = *Intelligis que si non.*

depulsis iis = A. BGDE 𝔑...𝔙o = *depulsis his* vel *hiis.* sGD (n.) E + *aut territant nos.* 𝔑...𝔈1. = *aut tentant nos* (𝔑 = *temptant*).

Nam voluptatibus = BGADE 𝔑...𝔙. 𝔈1....𝔙o + *Nam pro voluptatibus.* 𝔑...𝔙 = *etiam pro illis.* 𝔑...𝔊 = *aut fragilia.* B P2. 4. Ort. = *et ipsis flagitiis* om. *in.* P3. = *et hiisdem flagitiis.* Col. = *et ipsis flagitiis obnoxia.*

et aequale = BGAD (s.m.) E Gr. 𝔑...𝔈1. 𝔏4. D = *et inaequale.* 𝔈2....𝔙o (exc. 𝔏4.) = *et aequabile.* GE P4. Ort. 𝔈1....𝔊 = *et pax cum concordia.* D (m∾) = *et pax concordia.* P2. = *capax et concors est animi magnitudo.* P3. = *tunc alias cum pax et concordia.* Col. = *cum pax est. et concordia.* 𝔑...𝔙 = *et pax et c.* Rell. ∾. D(m∾) P4. — *animi.*

Cap. IV.

G(m∾) P2. 4. Tronc. Germ. 𝔑...𝔙 — *Potest ... conprehendi verbis.* B + *Potest etiam.* BmG — *quoque* post *aliter.* B = *idem eadem sententia.* mG = *cõ eadem sent.* A = *non idem conpr.* mG = *non eundem compr.* mG = *et aut in cortina.* G (m∾) = *in cornua firmata.* 𝔑 = *in cornua sumata.* 𝔗𝔙 = *summata.* G = *vix illi utcunque.* G (s∾) — *et* ante *voluntas.* B G 𝔑...𝔐 = *pro eisdem partibus.*

finitio summi boni alias diffundi potest et exporrigi, alias colligi
et in se cogi. Idem itaque erit, si dixero: Summum bonum 2
est animus fortuita despiciens, uirtute laetus, aut, Inuicta uis
animi, perita rerum, placida in actu, cum humanitate multa et
conuersantium cura. Libet et ita finire, ut beatum dicamus ho-
minem eum cui nullum bonum malumque sit nisi bonus malusque
animus: honesti cultor, uirtute contentus, quem nec extollant
fortuita nec frangant. qui nullum maius bonum eo quod sibi 3
ipse dare potest nouerit. cui uera uoluptas erit uoluptatum con-
temptio. Licet, si euagari uelis, idem in aliam atque aliam fa-
ciem salua et integra potestate transferre. Quid enim prohibet
nos beatam uitam dicere liberum animum et erectum et interri-
tum ac stabilem, extra metum, extra cupiditatem positum, cui
unum bonum sit honestas, unum malum turpitudo? Cetera uilis 4
turba rerum nec detrahens quicquam beatae uitae nec adiciens,
sine auctu ac detrimento summi boni ueniens ac recedens. Hoc
ita fundatum necesse est, uelit nolit, sequatur hilaritas continua
et laetitia alta atque ex alto ueniens, ut quae suis gaudeat nec
maiora domesticis cupiat. Quidni ista bene penset cum minutis
et friuolis et non perseuerantibus corpusculi motibus? quo die
infra uoluptatem fuerit et infra dolorem erit. V. Uides autem

finito summi boni = A. BG 𝔑...𝔈1. = *diffinitio s. b.* E = *difero summi boni.* D 𝔈2. ... 𝔙o = *definitio s. b.* 𝔑...𝔊 = *potest et porrigi.*

Idem itaque erit = A𝔐...𝔏4. D = *Idem utique erunt.* BGD(s.m.) E Gr. 𝔑...𝔊 𝔊ro ... 𝔙o = *Idem utique erit.*

2. *Libet et ita finire* = GA. BDE = *Libet itaque finire.* 𝔑...𝔊 = *Libet itaque definire* (𝔑...𝔈1. = *diffinire*). 𝔐...𝔙o = *Libet et ita definire.* BmGDE 𝔑...𝔊 = *illum cui nullum bonum.* G = *illum clui* vel *dui.* A 𝔐...𝔙o ∾. B = *non extollant.* G = *non extollent.* DE 𝔑...𝔊 = *non extollunt.* A 𝔐...𝔙o ∾. 𝔑...𝔊 = *nec frangunt.* Rell. ∾.

3. 𝔈1. ... 𝔊 = *sibi ipsi* contra mstos etiam Pinc. Gr. G — *cui vera voluptas erit.* 𝔑...𝔙 = *cui natura voluntas erit.* GA (cr.∾) P2. 4. 𝔑...𝔙 = *voluptatum contentio.* D(cr.∾) = *voluptatum contemptum.* P3. = *vol. contemptus.* BE Col. ∾. G(m∾) — *atque aliam.* E + *atque in uliam.* 𝔑...𝔊 = *nos beatum dicere.* G P3. = *vitam beatam ducere.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.

cui unum bonum sit = BGADE P2. 4. Col. Ort. 𝔑...𝔊 = *cui unum bonum fit hon.* 𝔐...𝔙o — *sit.* quod Grutero quoque suspectum.

4. G(m∾) = *ut detrahens quicquid.* sG ex. Fac. et Prim. = *detrahet.* D = *quicquam beatam vitam.* A(cr.∾) = *adicies.* B(s∾) = *sine actu.* A(cr.∾) = *venies.*

Hoc ita fundatum = A. spectat ad *summum bonum.* BGDE = *Hoc itaque fundatum.* 𝔑...𝔙o = *Hunc ita fundatum.* G = *Qui diu ista.* 𝔑...𝔙 = *Quid in ista perisset bene.* 𝔈1. = *Quid ne.*

bene penset = BA. GDE 𝔈1. ... 𝔙o = *penset bene.* E𝔑...𝔙 = *cum inimicis et frivolis.* 𝔑...𝔙 = *in dolore erit.*

quam malam et noxiosam seruitutem seruiturus sit quem uolu-
ptates doloresque, incertissima dominia inpotentissimaque, alter-
nis possidebunt. Ergo exeundum ad libertatem est: hanc non
alia res tribuit quam fortunae neglegentia. Tum illud orietur
inaestimabile bonum, quies mentis in tuto conlocata et sublimitas
expulsisque terroribus ex cognitione ueri gaudium grande et in-
motum comitasque et diffusio animi: quibus delectabitur non ut
2 bonis, sed ut ex bono suo ortis. Quoniam liberaliter agere
coepi, potest beatus dici qui nec cupit nec timet beneficio ra-
tionis. Quoniam et saxa timore et tristitia carent nec minus
pecudes: non ideo tamen quisquam felicia dixerit quibus non
est felicitatis intellectus. Eodem loco pone homines quos in nu-
merum pecorum et animalium redegit hebes natura et ignoratio
3 sui. Nihil interest inter hos et illa, quoniam illis nulla ratio
est, his praua et malo suo atque in peruersum sollers. Beatus
enim nemo dici potest extra ueritatem proiectus: beata ergo
uita est in recto certoque iudicio stabilita et inmutabilis. Tunc
enim pura mens est et soluta omnibus malis, cum non tantum
lacerationes, sed etiam uellicationes effugerit, statura semper
4 ubi constitit ac sedem suam etiam irata et infestante fortuna uin-

Cap. V.

G = *quoniam malum.* D (s.m.) = *mala.*

noxiosam servitutem = BGADE Col. Ort. (Col. Ort. = *subiturus sit,* quod probat Grut.). D(s.m.) = *noxiosa servitute.* P2. 𝔑 . . . 𝔙𝔬 = *noxiam servitutem.* P3. = *quam mala et noxia servitute serviturus.* P4. = [*noxiam servitutem?*] *servaturus.* D(s∾) — *sit* post *serviturus.* G (s.m.) 𝔑 . . . 𝔙 = *quae voluptates.* E = *voluptas.* P4. = *incertissima dominis potentissima.* 𝔑 . . . 𝔙 = *incertissima divina.* Germ. = *incertissimi domini.* 𝔐 = *incertissimae dominae impotentissimaeque* contra mstos etiam Gr. Lips. ci. = *inertissima.* BG 𝔑 . . . 𝔙 = *alterius possidebunt.* mG = *alterne.* D(cr.∾) E = *possidebuntur.* G(s.m.) = *hanc nunc alia res.* G = *Tunc illud.* 𝔑 . . . 𝔊 = *oritur.*

in tuto conlocata = BADE (BDE = *coll.*). G = *in tuto collata.* 𝔑 . . . 𝔙 = *in tuto collocare.* 𝔈1. . . . 𝔙𝔬 = *in tuto collocatae.* P3. = *expressisque terroribus.* G (m∾) D (m∾) E quidam codd. Pinc. P4. Trist. Scal. = *expulsisque doloribus.* sG = *expulsisque coloribus.* Pinc. ci. m𝔈 = *expulsisque erroribus.* P2. 𝔑 . . . 𝔈1. = *comitansque.* P3. = *communicasque et diffusio.* G(s∾) = *delectabimur.* G(m∾) — *suo* post *bono.*

2. A = *nec tristilia.* sA = *nec non tristitia.* DE = *in numero pecudum.* 𝔏4. = *in numero pecorum.* G(m∾) = *habes natura.* A(s.m.) D = *ignorantia sui.*

3. G = *illis mala ratio est.* 𝔐 = *his parva et malo* contra mstos etiam Gr.

extra veritatem. Ruhk., noli, inquit, emendare *virtutem. veritas* enim est h. l. rectum certumque iudicium. GADE = *quae non tantum.* B𝔑 . . . 𝔙𝔬 ∾. sG = *sed et vellicationes.* D (m∾) — *sed etiam vellicationes.*

4. G = *ubi consistit.* G = *irata est et festante.* mG = *etiam*

dicatura. Nam quod ad uoluptatem pertinet, licet circumfun-
datur undique et per omnes uias influat animumque blandimen-
tis suis leniat aliaque ex aliis admoueat quibus totos partesque
nostri sollicitet: quis mortalium cui ullum superest hominis ue-
stigium per diem noctemque titillari uelit, deserto animo corpori
operam dare? VI. Sed animus quoque, inquit, uoluptates ha-
bebit suas. Habeat sane sedeatque luxuriae et uoluptatum ar-
biter, inpleat se eis omnibus quae oblectare sensus solent. de-
inde praeterita respiciat et exoletarum uoluptatum memor exsul-
tet prioribus futurisque iam inmineat ac spes suas ordinet, et
dum corpus in praesenti sagina iacet, cogitationes ad futura
praemittat: hoc mihi uidebitur miserior, quoniam mala pro bo-
nis legere dementia est. Nec sine sanitate quisquam beatus est 2
nec sanus cui futura pro optimis adpetuntur. Beatus ergo est
iudicii rectus. beatus est praesentibus qualiacumque sunt con-
tentus amicusque rebus suis. beatus est is cui omnem habitum

infestante. BA = *quod ad voluntatem.* G (m∾) — *pertinet.*

et per omnes vias = AmD. BGDE 𝔑...𝔙o — *et.* B = *blandimentis suiis leniat.* P2. = *liniat.* P3. 4. = *leviat.* 𝔑...𝔙 = *alia quae ex aliis.* A (s.m.) = *ammoveat.* D = *ammoneat.* E = *admoneat.* BGE = *totas partes quae.* D (m∾) 𝔑...𝔙 = *quibus totasque partes nostri soll.* (𝔑...𝔙 = *sollicitent*). P2. = *quibus nos totasque partes nostri.* P3. + *quibus totos partesque pars quam nostri.* P4. Ort. = *quibus totas partesque nostri.* Col. = *quibus totas partes nostri.* 𝔈1.... 𝔐 = *quibus totas quoque partes nostri.* A Pinc. v. l. ∾. D + *sollicitet. non curat. quis.* E + *sollicitet. Non curat quis.* 𝔈1. = *sollicite non curat. Quis.* G (cr. ∾) D (cr. ∾) E P4. Col. Ort. = *cui nullum superest.* P2. 𝔅2. = *nisi cui nullum superest.* BA P3. 𝔑... 𝔑u 𝔙o ∾.

Cap. VI.

Sed animus quoque = BGADE. 𝔑...𝔙o + *Sed et animus quoque.* P2. Col. = *inquis.* G (n.) + *et habebit.*

sedeatque = BGADE 𝔑... 𝔏4. 𝔊ro...𝔙o = *cedatque.*

eis omnibus quae = BGAD(s.m.) E (E = *omnibusque*). D + *eis omnibus omnibusque.* 𝔑...𝔙o = *omnibus eis quae.* G (cr. ∾) = *et exoleratum voluptatum.*

ac spes suas ordinet = BA. GDE 𝔑...𝔙o = *ac spes ordinet suas.*

futura praemittat. Ab his verbis incipit V, cui folium est exsectum. Lips. ci. = *ad futuram.* V = *hic mihi.*

videbitur miserior = BGVA P2. 3. Col. 𝔑...𝔙. E = *videtur* om. *miserior.* DP4. Ort. 𝔈1....𝔙o = *videtur miserior.* mD = *certe videtur miserior.* BG — *legere.* Ort. = *bonis egere dem. e.* P = *bonis appetere dem. e.* P2. 𝔑...𝔊 = *bonis amplecti dem. e.*

2. BV Col. P2. 3. 4. 𝔑...𝔙 — *sine* ante *sanitate.* non improbat Grut. GADE ∾. BDE P2. 4. = *quisquis beatus est.* Ort. 𝔑...𝔙 = *quisque.* V — *nec sanus.*

cui futura = BGVADE 𝔑...𝔙. 𝔈1....𝔙o = *cui offutura.*

Beatus ergo est = BGAD. VE 𝔑...𝔙o = *Beatus est ergo.* V = *qualiacunque sint.*

beatus est is = BGVAD Trist. Scal. 𝔑. E — *is.* 𝔗𝔈2....𝔙o — *est.* 𝔙𝔈1. = *beatus his cui.* A + *habitumque.*

rerum suarum ratio commendat. uidet et in illis qui summum bonum dixerint quam turpi illud loco posuerint. Itaque negant posse uoluptatem a uirtute deduci et aiunt nec honeste quemquam uiuere, ut non iucunde uiuat, nec iucunde, ut non honeste quo-
3 que. Non uideo quomodo ista tam diuersa in eamdem copulam coniciantur. Quid est, oro uos, cur separari uoluptas a uirtute non possit? uidelicet quia omne bonis ex uirtute principium est: ex huius radicibus etiam ea quae uos et amatis et expetitis oriuntur. Sed si ista indiscreta essent, non uideremus quaedam iucunda, sed honesta: quaedam uero honestissima, sed aspera, per dolores exigenda. VII. Adice nunc quod uoluptas etiam ad uitam turpissimam uenit: at uirtus malam uitam non admit-

videt et in illis qui summum bonum dixerint = A. i. e. homo iudicii rectus videt etiam, quam turpi loco summum bonum posuerint ii, qui hoc in illis (voluptatibus) esse dixerint. B P2. 3. 4. = *Videat et in illis* [P2. 3. = *hiis*] *qui summum bonum dixerint.* G = *Videat et in illis qui summum* [m *bonum*] *dixerint.* V = *Videat et qui summum bonum in hiis dixerunt quam illud turpi loco posuerint.* D = *Videat* [m *Videte*] *et in illis qui summum bonum voluptatem dixerunt quam turpi illud loco* [Dal. =] *posuerunt.* E = *Videant et in illis qui summum bonum voluptatem dixerunt* [= Col.] *quam turpi illud loco posuerunt.* Ort. = *Vide atque in illis qui.* Scal. = *Videant et illi.* 𝔑 ... 𝔅 = *Videant et in illis* ∾. 𝔈1. 2. = *Vide autem et in illis qui summum bonum voluptatem dixerint.* Ex. Fac. et Prim. = *Videant qui in his summum bonum dixerunt.* 𝔈𝔊 = *Videant qui in his summum bonum voluptatem dixerunt.* 𝔐 ... 𝔅𝔬 = *Videant et illi, qui summum bonum voluptatem dixerunt.* V = *voluptatem posse.* G P4. Ort. 𝔑 ... 𝔈2. + *et a virtute.* P2. + *etiam a virtute.* Rell. etiam Pinc. v. l. P3. Col. ∾.

deduci = BGVADE Gr. 𝔑 ... 𝔈2. Pinc. ci. 𝔈 ... 𝔅𝔬 = *diduci.* V = *vivere quemquam.* Ort. = *ut non iucunde vivat, nec iucundus ut non honeste quoque.* E = *vivat. nec iocundum ut non honeste quoque.* 𝔑 ... 𝔅 = *nec honeste quemque vivere ut non iocunde, ut non honeste quoque* rell. om. 𝔈1. 2. = *nec honeste quemquam vivere ut non iucunde, nec iucunde ut non honeste quoque.* 𝔈 ... 𝔏𝔍𝔲 = *nec honeste quemquam vivere, ut non iucunde; nec iucunde, ut non honeste vivat* om. *quoque.* Rell. etiam Bong. Pinc. Gr. ∾.

3. *ista tam diversa* = 𝔐 ... 𝔏4. Non dubito, quin Mur. hanc scripturam ex nostro A duxerit, qui habet *istam diversa.* BGVA(s.m.) DE 𝔑 ... 𝔊 𝔊𝔯𝔬 ... 𝔅𝔬 — *tam.* probat Gron.

quia omne bonis ex virtute = B AD (s.m.) Bong. P2. Col. G Ort. = *quia omne bonum ex virtute* [= DE P4.] *praecipuum est.* Tronc. = *omne bonum.* Scal. = *praecipuum est.* V = *quia omne boni ea virtute.* P3. ex. Fac. et Prim. 𝔅2. = *quia omne boni ex virtute.* 𝔑 ... 𝔈2. = *quod omne bonis ex virtute.* 𝔈 ... 𝔑𝔲 𝔅𝔬 = *quod omne boni ex virtute.* E — *ea* post *etiam.* BG (m∾) = *amatis et expeditis.* V = *appetitis.* DE = *tamen videremus.*

quaedam iucunda, sed honesta = A P2. 3. BG P4. Ort. 𝔑 ... 𝔅 = *quaedam iucunda et honesta.* VE 𝔈1. ... 𝔅𝔬 + *quaedam iucunda sed non honesta.* D Col. = *quaedam iucunda sed inhonesta.* BG (s∾) A = *honestissime.*

per dolores = BGADE Bong. 𝔑 ... 𝔈1. VsD 𝔈2. ... 𝔅𝔬 + *et per dolores.*

Cap. VII.

𝔑 = *Addice nunc.* 𝔐 ... 𝔏𝔍𝔲 = *Addite nunc* contra mstos etiam

tit. et infelices quidam non sine uoluptate, immo ob ipsam uo-
luptatem sunt: quod non eueniret, si uirtuti se uoluptas inmi-
scuisset qua uirtus saepe caret, numquam indiget. Quid dissi-
milia, immo diuersa conponitis? Altum quiddam est uirtus, ex-
celsum et regale, inuictum, infatigabile: uoluptas humile, ser-
uile, inbecillum, caducum, cuius statio ac domicilium fornices
et popinae sunt. Uirtutem in templo conuenies, in foro, in 2
curia, pro muris stantem, puluerulentam, coloratam, callosas
habentem manus: uoluptatem latitantem saepius ac tenebras
captantem circa balinea ac sudatoria ac loca aedilem metuen-
tia, mollem, eneruem, mero atque unguento madentem, pal-
lidam aut fucatam et medicamentis pollinctam. Summum bonum 3
inmortale est, nescit exire. nec satietatem habet nec poeniten-
tiam: numquam enim recta mens uertitur nec sibi odio est. nec
quicquam mutauit optima. At uoluptas tunc cum maxime dele-
ctat exstinguitur. non multum loci habet: itaque cito inplet et
taedio est et post primum inpetum marcet. Nec id umquam cer-
tum est cuius in motu natura est. ita ne potest quidem ulla eius

Gr. P2. — *immo ob ipsam voluptatem.* 𝔗 . . . 𝔈2. = *ab ipsa voluptate sunt.* P3. = *ad ipsam v.* Bell. etiam ex. Fac. et Prim. P4. Col. Ort. ∾. V = *si se voluptas virtute sustentaret.* BGV (m∾) 𝔗 . . . 𝔈1. = *quia virtus saepe.* V + *Quid et dissimilia.* G = *Altum quidem est.*

excelsum et regale = BGVADE Gr. 𝔑 . . . 𝔊 𝔅2. (B = *regnale*). 𝔐 . . . 𝔑u 𝔅o — *et.* D = *imbecille.* V = *et domicilium.*

2. *convenies* = A Bong. VmG = *in templo venientem.* BGDE 𝔗 . . . 𝔅o = *invenies.* D (m∾) — *muris . . . voluptatem.* B = *calas habentem.* sE P2. Col. = *callas habentem.* P3. = *call'as habentem.* A = *gallas habentem.* Bong ex Cui. = *g'allas habentem.* VmG + *manus invenies.* V + *voluptatem vero.* V — *saepius ac.* G = *ac tenebris.*

circa balinea = A. BGVA(s.m.) DE 𝔗 . . . 𝔅o = *circa balnea.* V = *atque sudatoria.* G Scal. + *etiam mollem.*

pallidam aut fucatam = mGA ex. Fac. et Prim. P3. Col. 𝔈𝔊 𝔏4. . . . 𝔅o. B = *pallidam aut fuscatam.* P2. 4. = *callidam aut fucatam.* G = *calidam aut frigidam.* V = *pallidam atque fucatam.* D 𝔗 . . . 𝔈2. = *pallidam ac fucatam.* E 𝔐 . . . 𝔏𝔍u = *pallidam, fucatam.*

pollinctam = A libri Mur. vetus ex. Steph. (Prood. II, 10.) 𝔐. BGVDE Gr. 𝔗 . . . 𝔊 𝔏 . . . 𝔅o = *pollutam.*

3. Cod. Lips. = *nescit escire.* E = *nescit excidere.* A = *nec satietatem habet nec patientiam.* cui voci inscripta sunt haec. *i. e. non patitur.* 𝔗 . . . 𝔊 — *enim* post *numquam* contra mstos etiam Bong. 𝔈2. . . . 𝔊 = *recta mens uritur* contra mstos etiam Bong.

nec quicquam mutavit optima = B GVA Bong. P3. 4. Ort. 𝔐 . . . 𝔅1. E = *nec quisquam mutavit optima.* Col. = *nec quicquam mutabit optima.* D + *nec quicquam mutavit quia semper semper secuta est optima.* P2. 𝔗 . . . 𝔊 𝔑u . . . 𝔅o + *nec quicquam mutavit, quia semper secuta est optima.* Gron. ci. = *nec quicquam mutavit a primo.* G = *ac voluptas.* 𝔊 = *Aut voluptas.*

non multum = VA. BGDE 𝔗 . . . 𝔅o = *Nec multum.* E = *multum ioci habet.* D (m∾) — *et* ante *taedio.* V = *marcet impetum.* D = *ita nec potest quidem nulla.* 𝔗 . . .

esse substantia quod uenit transitue celerrime in ipso usu sui
periturum. Eo enim peruenit ubi desinat, et dum incipit, spe-
ctat ad finem. VIII. Quid, quod tam bonis quam malis uolu-
ptas inest? nec minus turpes dedecus suum quam honestos egre-
gia delectant. Ideoque praeceperunt ueteres optimam sequi ui-
tam, non iucundissimam, ut rectae ac bonae uoluptatis non dux,
sed comes sit uoluptas. Natura enim duce utendum est: hanc
ratio obseruat, hanc consulit. Idem est ergo beate uiuere et
2 secundum naturam. Hoc quid sit iam aperiam: Si corporis do-
tes et apta naturae conseruabimus diligenter et inpauide tamquam
in diem data et fugacia, si non subierimus eorum seruitutem
nec nos aliena possederint, si corpori grata et aduenticia eo no-
bis loco fuerint quo sunt in castris auxilia et armaturae leues.
Seruiant ista, non imperent: ita demum utilia sunt menti. In-
corruptus uir sit externis et insuperabilis miratorque tantum sui,
fidens animo atque in utrumque paratus artifex uitae. Fiducia
eius non sine scientia sit, scientia non sine constantia: ma-
3 neant illi semel placita nec ulla in decretis eius litura sit. In-
tellegitur, etiam si non adiecero, conpositum ordinatumque fore
talem uirum et in iis quae aget cum comitate magnificum. Erit

𝔈 = *Ita non potest quidem ulla.* 𝔊 = *Ita non potest quidem nulla.* E — *ita ne . . . quod venit.* V = *eius ulla esse.* 𝔈1. 2. 𝔅1. 𝔑u 𝔙o = *transitu celerrime* contra mstos etiam Pinc. Gr. V 𝔗 . . . 𝔊 = *ubi desinit.* D (m∾) — *et* ante *dum.*

Cap. VIII.

D = *voluntas inest.* G (s∾) = *turpis.* BG P2. 4. Ort. 𝔗 . . . 𝔈2. — *suum* post *dedecus.* Rell. etiam Pinc. P3. Col. ∾. GVA = *delectat.* V = *veteres praeceperunt.* B = *perceperunt.*

sit voluptas = VA. BGDE 𝔗 . . . 𝔙o = *voluptas sit.* V + *et beate vivere.* BG = *Hoc quod sit iam.*

2. G = *et apte nature.* V = *et acta naturae.* BA = *in diem datam.* Col. = *in diem data et fugitiva.* V = *servitutem eorum.* V = *grata et advenientia.* P2. 𝔗 . . . 𝔊 = *et armatura levis.* P3. = *et armatura leves.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G(m∾) = *nec imperent.* G = *ita deinde utilia.* V = *utilia sint.* G(cr.∾) = *sunt mentiti.* G V P4. Ort. = *vir sit exterius.* P3. = *vir sit interritus.* BG P2. 4. 𝔗 . . . 𝔊 = *miratorque sui tantum.* Col. = *imitaturque tantum veri.*

fidens animo = BGVADE P2. 3. 4. Col. Ort. 𝔗 . . . 𝔊 (𝔊 = *fidet*). 𝔐 . . . 𝔙o = *fidens animi.* GD (cr.∾) = *utrinque paratus.* Ort. = *in utraque paratus.* P4. = *atque utrumque paratus.* P2. = *ad utrumque paratus.* A(s∾) = *partus.*

scientia non sine constantia = BGVADE Pall. Ort. 𝔊ro . . . 𝔙o. Col. = *Fiducia eius neu scientia sit, non sine constantia.* 𝔗 . . . 𝔏4. — *scientia.* BG(s∾)ADE 𝔗𝔅 = *illi semel placida.* V = *in eius decretis.* A = *litora sit* (s.m. *sint*). D(cr.∾) E (cr.∾) = *litura sint.* G = *libera sit.* mG = *littera sit.*

3. E = *forte talem virum.*

in iis quae = A. VE = *in hiis quae.* BGD 𝔗 . . . 𝔙o = *in his quae.* A = *magnificum erat vera.* *Ratio*

uera ratio sensibus insita et capiens inde principia: nec enim
habet aliud unde conetur aut unde ad uerum inpetum capiat, in
se reuertatur. Nam mundum quoque, cuncta conplectens re-
ctorque uniuersi deus in exteriora quidem tendit, sed tamen in
totum undique in se redit. Idem nostra mens faciat, cum secuta 4
sensus suos per illos se ad externa porrexerit: et illorum et sui
potens sit. Hoc modo una efficietur uis ac potestas concors sibi
et ratio illa certa nascetur non dissidens nec haesitans in opi-
nionibus conprehensionibusque nec in persuasione. Quae cum
se disposuit et partibus suis consensit et, ut ita dicam, conci-
nuit, summum bonum tetigit. Nihil enim praui, nihil lubrici 5
superest. nihil in quo arietet aut labet. Omnia faciet ex im-
perio suo nihilque inopinatum accidet: sed quicquid agetur in

senibus inrita. D = *magnificum erit vera* [m *errat natura. Ratio vero*] *sensibus insita.* E = *magnificum errat* [n.] *vera ratio vera* [n.] *senibus indita.* B = *magnificum erat actum. vera ratio vera senibus irrita.* G = *erat* [s *actum*] *vera ratio vera* [cr. *vero*] *senibus* [s *sensibus*] *irrita et* [hoc n.] *capiens* (s *capiat*). V = *magnificentie acturum vera ratio vero irrita est.* P3. = *magnificum erat, alias acturum vera, nam ratio nam senibus irrita.* P4. Ort. = *magnificum. Erat vera ratio vera senibus irrita.* Col. = *magnificaturum vera. Ratio ubi a sensibus irritata.* P2. 𝔗 . . . 𝔅o ∾. G(s.m.) VP3. — *ad* ante *verum impetum.* Col. = *aut unde verum impetu capiat.* mG Ort. = *impetum quam ut in se revertatur.* 𝔗 . . . 𝔅o + *et in se revertatur* contra mstos etiam Gr.

Nam mundum quoque, cuncta conplectens = BGA P4. Ort. + *Nam mundum quoque a cuncta complectens.* unde Grut. ci. + *Nam mundum quoque ac cuncta complectens.* quod fere probo. V = *Nam mundum cunctaque complectens.* E = *Nam mondum quoque cuncta rectorque universi* om. *conplectens.* DP2. 3. Col. 𝔗 . . . 𝔅o = *Nam mundus quoque* ∾. 𝔗 . . . 𝔈2. = *tendit et redit* rell. om. contra mstos etiam Pinc. Gr. DE = *reddit.*

4. A(cr.∾) = *ad externam.* 𝔗 . . . 𝔈2. = *porrexit* contra mstos etiam ex. Fac. et Prim. Gr.

et sui potens sit. Hoc modo = BG VA P2. 3. 4. Col. Ort. 𝔗 . . . 𝔈2. D + *et sui potens sit. et ut ita dicam conitiat* [s.m. *connitiat*] *summum bonum. Hoc modo.* E + *et sui potens sit. et ut ita dicam convinciat summum bonum. Hoc modo.* Ex. Francisc. 𝔈 . . . 𝔅o + *et sui potens sit; et* (*ut ita dicam*) *devinciat* [𝔊 = *devincat*] *summum bonum. Hoc modo.* V = *efficitur una vis et potestas sibi concors.* GD (cr.∾) E = *et ratio illi certa.* 𝔗 . . . 𝔈2. = *non diffidens nec.* Col. = *non dissuadens nec.*

nec in persuasione = VA Col. P3. BGDE 𝔗 . . . 𝔅o + *nec in sua persuasione.* D (m∾) E — *cum* ante *se disposuit.* 𝔗 . . . 𝔊 = *se disponit.*

concinuit = A 𝔐 . . . 𝔅o. Col. = *continuit.* BGV Pall. Ort. 𝔗 . . . 𝔊 = *concinit.*

5. B = *Nihil enim* $\overset{a}{p}$*tu.* G(m∾) = *nihil subici* [cr. *subiti* = P2. Tronc. Scal. 𝔗 . . . 𝔈2.] *superest.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. A (s∾) = *nihil in quo ariet.* mGV Ort. = *arietet aut labatur.* P3. = *aut labat, vel labatur.* V — *ex* ante *imperio.* G (s et m∾) = *nihilque opinatum faciet. sed.* B + *faciet et allia lictera accidet.*

sed quicquid agetur = BGVADE

bonum exibit facile et parate et sine tergiuersatione agentis.
Nam pigritia et haesitatio pugnam et inconstantiam ostendit.
Quare audaciter licet profitearis summum bonum esse animi con-
cordiam. Uirtutes enim ibi esse debebunt ubi consensus atque
unitas erit: dissident uitia. IX. Sed tu quoque, inquit, uir-
tutem non ob aliud colis, quam quia aliquam ex illa speras uo-
luptatem. Primum non si uoluptatem praestatura uirtus est,
ideo propter hanc petitur: non enim hanc praestat, sed et hanc,
nec huic laborat, sed labor eius, quamuis aliud petat, hoc quo-
que adsequetur. Sicut in aruo quod segeti proscissum est ali-
qui flores internascuntur: non tamen huic herbulae, quamuis
2 delectet oculos, tantum operis insumptum est. aliud fuit serenti
propositum, hoc superuenit: sic et uoluptas non est merces nec
causa uirtutis, sed accessio. nec quia delectat, placet, sed si
placet, et delectat. Summum bonum in ipso iudicio est et ha-
bitu optimae mentis: quae cum suum inpleuit et finibus se suis
cinxit, consummatum est summum bonum nec quicquam amplius
desiderat. Nihil enim extra totum est, non magis quam ultra

Gr. 𝔗...𝔅o = *sed quicquid aget.* P2. — *in* ante *bonum.* P3. = *in bonum exiit.* A = *facile et parte* (s id est parate). G — *et haesitatio pugnam.* V P3. = *ostendunt.* P2. = *offendit.*

audaciter = BA. GVDE 𝔗... 𝔅o = *audacter.* D (n.) + *et licet.* G = *animum concordiam.* G (s∾) = *debebant.* G(m∾) — *unitas.* V mG = *discedent vitia.* 𝔗𝔅 = *discident.*

Cap. IX.

VP3. Ort. = *Sed tu quoque dicis.* P2. Col. 𝔗...𝔊 = *inquis.* P4. = *Si tu quoque inquid.* B = *ab aliud.* G = *quia aliquem ex illa.* G (m∾) — *Primum non si voluptatem.* D (m∾) E — *non* post *Primum.* G = *praestituram.* G(s.m.) V = *praestitura.* Rell. ∾. Col. = *non enim ut hanc praestat ne huic laborat.* Ort. = *Non enim hanc praestat, sed habet nec huic laborat.* G (s∾) — *et* post *praestat, sed.* D (m∾) P2. 𝔗...𝔈2. — *et hanc.* E = *si hanc nec.* V — *hanc nec.* Rell. etiam exx. correctiora Pinc. P3. 4. Col. ∾.

aliud petat = BGVADE 𝔗...𝔊 𝔅1. ... 𝔅o. 𝔐...𝔊ro = *aliud petet.* VE = *assequitur.* V + *Sicut et in arvo.* D = *Sic in arvo.* Apud G *Sicut* in litura est. 𝔗 = *Sicut in auro quod.* 𝔅𝔈1. = *Sicut in agro quod.* BA 𝔈1. = *segeti procissum est.* mGV P3. Ort. 𝔗𝔅 = *procisum.* mG P4. = *praecisum.* Scal. = *praescissum.* G = *s. percussum est.* P2. = *s. pretiosum est.* DE Col. ∾. G = *tantum opus.*

2. *sic et voluptas* = BGVDE Gr. 𝔊ro...𝔅o. A = *si cum voluptas.* 𝔗...𝔏4. — *et.* G + *delectat et placet.*

sed si placet, et delectat = VA. BGDE 𝔗...𝔅o = *sed quia placet, delectat.* E — *in* ante *ipso iudicio.*

quae cum suum inplevit = BGVA Pinc. ex. domest. P3. 4. Col. Ex. Fac. et Prim. = *quem cum implevit.* P2. 𝔗...𝔊 𝔊ro...𝔅1. = *quae cum sinum implevit.* Ort. + *quae cum sinum suum implevit.* DE cod. optimus Lips. 𝔐...𝔏4. + *quae cum suum habitum implevit.* Lips. ci. 𝔑u...𝔅o + *quae cum suum ambitum implevit.* BG 𝔗...𝔊 = *Nihil est extra totum.* D (m∾) E — *enim* post *totum.* B = *ut magis quam.*

finem. Itaque erras, cum interrogas quid sit illud propter quod uirtutem petam: quaeris enim aliquid supra summum. Interro- 3
gas quid petam ex uirtute? ipsam. nihil enim habet melius, ipsa pretium sui. An hoc parum magnum est? Cum tibi dicam, Summum bonum est infragilis animi rigor et prouidentia et subtilitas et sanitas et libertas et concordia et decor: aliquid etiamnunc exigis, maius ad quod ista referantur? Quid mihi uoluptatem nominas? Hominis bonum quaero, non uentris qui pecudibus ac beluis laxior est. X. Dissimulas, inquit, quid a me dicatur: ego enim nego quemquam posse iucunde uiuere, nisi simul et honeste uiuit. quod non potest mutis contingere animalibus nec bonum suum cibo metientibus. Clare, inquit, ac palam testor hanc uitam quam ego iucundam uoco non sine adiecta uirtute contingere. Atqui quis ignorat plenissimos esse uoluptatibus uestris stultissimos quosque? et nequitiam abundare iucundis animumque ipsum non tantum genera uoluptatis praua, sed multa suggerere? In primis insolentiam et nimiam aestima- 2
tionem sui tumoremque elatum super ceteros et amorem rerum

V = *erras itaque.* G(m∾) V — *illud* post *quid sit.* V = *virtutem petas.* GD(m∾) D — *enim* post *quaeris.*

3. DE + *et interrogas.* Pinc. v. l. = *interrogans quid petam.* G Ort. 𝔗 . . . 𝔊 = *extra virtutem ipsam.* V Col. P3. = *ex virtute ipsa.* P2. 4. = *quid petam extra fortunam ipsam* (? nam idem Grut. male laudat ex 𝔈2.).

nihil enim habet melius, ipsa pretium sui = VA P2. 3. 4. Col. 𝔊ro . . . 𝔚o. BG = ∾ *pretii sui.* D = *nihil enim habet aliud melius ipsa precii* [cr. *precium*] *sui.* E + *nihil enim habet melius. Est enim ipsa pretium sui.* 𝔗 . . . 𝔊 + ∾ *pretium sui est.* 𝔐 . . . 𝔏4. = *nihil enim est melius: ipsa pretium sui est.* DE P2. 4. Ort. 𝔗 . . . 𝔊 = *infrangibilis animi rigor.* Rell. etiam P3. Col. ∾. G = *rigor et prudentia.* 𝔗 . . . 𝔊 — *et* ante *subtilitas.* D (cr. ∾) E = *et subtili.* 𝔐 — *et subtilitas* contra mstos etiam Gr. D (m∾) — *et* ante *libertas.* E — *et concordia.* 𝔗 . . . 𝔏 𝔍u — *et* ante *concordia* contra mstos etiam Gr. B = *et nunc exigis.* 𝔈2. . . . 𝔚o = *etiamnum* contra mstos. G = *exigit.* BGD(cr.∾) E 𝔗 . . . 𝔈1. = *referuntur.* BV = *quod mihi voluptatem.*

Cap. X.

E (n.) = *Pusimulas.* 𝔗𝔚 = *Dissimulas nunquid.* P2. = *inquis.* Ort. — *inquit.* G — *quid* post *inquit.*

vivit = BGADE Scal. VA(s.m.) 𝔗 . . . 𝔚o = *vivat.* G = *cito metientibus. clara.*

inquit = VAE exx. Francisc. Fac. et Prim. P3. Col. 𝔈𝔊. BD = *inquid.* GmD P2. 4. Ort. 𝔗 . . . 𝔈2. 𝔐 . . . 𝔚o = *inquam.* V — *ergo* ante *iucundum.* A = *non si adiecta.*

Atqui quis. Ita scribere non dubitavi. A = *At quiquis.* BGE 𝔗𝔚 = *At quisquis.* VD 𝔈1. . . . 𝔚o = *At quis.* V Pall. = *voluptatibus nostris.* BG P2. 4. = *stultissimos quoque.* 𝔗 . . . 𝔊 — *quosque.* AE P3. 4. Col. Ort. — *non tantum.* quod ferri potest, si scribatur: *et multa.* Gron. ci. = *animumque ipsum genera voluptatum* [an *voluptatis?*] *prava sed et multa.* BG = *sed multa suggere.*

2. GV = *insolertiam et nimiam.* E = *violentiam et iniuriam.* VD (cr.∾) E 𝔗𝔚 = *timoremque.*

super ceteros = BGVADE 𝔗𝔚. 𝔈1. . . . 𝔚o = *supra ceteros.*

suarum caecum et inprouidum, delicias fluentis et ex minimis
ac pucrilibus causis exsultationem, iam dicacitatem ac super-
biam contumeliis gaudentem, desidiam dissolutionemque segnis
3 animi indormientis sibi. Haec omnia uirtus discutit et aurem
peruellit et uoluptates aestimat, antequam admittat: nec quas
probauit magni pendit (utique enim admittit) nec usu earum,
sed temperantia laeta est. temperantia autem cum uoluptates
minuat, summi boni iniuria est. Tu uoluptatem conplecteris,
ego conpesco. tu uoluptate frueris, ego utor. tu illam summum
bonum putas, ego nec bonum. tu omnia uoluptatis causa facis,
ego nihil. Cum dico me nihil uoluptatis causa facere, de illo
loquor sapiente cui soli concedis uoluptatem. XI. Non uoco
autem sapientem supra quem quicquam est, nedum uoluptas.
Atqui ab hac occupatus quomodo resistet labori et periculo, ege-
stati et tot humanam uitam circumstrepentibus minis? quomodo
conspectum mortis, quomodo doloris feret? quomodo mundi fra-
gores et tantum acerrimorum hostium? an molli aduersario
uictus? Quicquid uoluptas suaserit faciet. Age, non uides
quam multa suasura sit? Nihil, inquit, poterit turpiter suadere,
quia adiuncta uirtuti est. Non uides iterum quale sit summum

fluentis et ex = ABVDE (BVDE = *fluentes*). etiam Gr. = *et ex minimis.* G = *fluentes ex ex.* 𝔗... 𝔅 = *fluentes ex.* V = *puerilibusque causis* [Col. =] *exsultantem.* Col. — *iam.*

dicacitatem ac superbiam = BGVA DE Pinc. v. l. Gr.' 𝔗... 𝔐 + *dicacitatem et loquacitatem ac superbiam.* 𝔏... 𝔅o = *dic. et superbiam.* D (cr. ∾) E = *animi in tormentis sibi.*

3. E = *virtus excutit.* BG (cr. ∾) VAE P3. = *nec quasi probavit.* unde olim videbatur restituendum: *nec quas inprobavit.* Col. + *nec quas si probavit.* Ex. Franc. — *nec quas ... admittit.* D P2. 4. Ort. 𝔗... 𝔅o ∾. D (m∾) — *temperantia laeta est.* D (m∾) E — *bonum* post *summum.* B — *nec* ante *bonum.* V = *voluptatis causa omnia.* BGA — *facere* post *voluptatis causa.* de quo vide. D (m∾) — *sapiente ... quicquam* (XI, 1.). Col. = *concedo voluptatem.*

Cap. XI.

B = *necdum.* A 𝔗... 𝔈1. = *At qui ab hac.* E P2. 4. Scal. Trist. = *At ab hac.* Ort. = *Ac ab hac.* D = *At* [m *qui*] *ob hanc.* Rell. etiam P3. Col. ∾.

et periculo = BGVADE. 𝔗... 𝔅o = *ac periculo.* D + *et egestati.*

doloris = BGVA (Pall. Col.) 𝔗... ℜu 𝔅o. DE Ort. 𝔅2. = *dolores.* non improbat Grut. sG = *ferret.* BGV = *fert.* V = *et tot acerrimorum.* 𝔗... 𝔊 — *tantum.* G (m∾) — *hostium.*

an molli adversario victus = BA mD. GD P4. = *aut molli adv. v.* V P3. Col. = *a molli adv. v.* P2. Ort. 𝔗... 𝔊ro 𝔐 (ed. Par.) = *tam molli adv. victus.* 𝔐 (cd. Comm.) 𝔅1. ... 𝔅o = *a tam molli adv. v.* V = *Aie non vides.*

Nihil, inquit = BGVADE (D = *inquid*). mD 𝔗... 𝔅o = *Nihil, inquis.*

turpiter suadere = BGVADE. 𝔗... 𝔅o = *suadere turpiter.*

Non vides = BGVADE. 𝔗... 𝔅o + *Non tu vides.*

bonum cui custode opus est, ut bonum sit? Uirtus autem quo- 2 modo uoluptatem reget quam sequitur, cum sequi parentis sit, regere imperantis? a tergo ponis quod imperat? Egregium autem habet uirtus apud uos officium uoluptates praegustare. Sed uidebimus an apud quos tam contumeliose tractata uirtus est adhuc uirtus sit: quae habere nomen suum non potest, si loco cessit. interim, de quo agitur, multos ostendam uoluptatibus obsessos in quos fortuna omnia munera sua effudit, quos fatearis necesse est malos. Adspice Nomentanum et Apicium, terra- 3 rum ac maris, ut isti uocant, bona conquirentis et super mensam recognoscentis omnium gentium animalia. Uide hos eosdem e suggestu rosae spectantis popinam suam, aures uocum

A = *cui custodem.* G (cr. ∾) = *cui custodes.*

2. 𝔗 . . . 𝔈l. = *quam sequatur.* V + *regere vero.*

a tergo ponis = Col. Scal. Tronc. 𝔗 . . . 𝔈l. 𝔅2. BGVAD (s.m.) Pall. = *at ergo ponis.* Ort. = *Ac ergo ponis.* DE = *At ergo potius quod imperat.* 𝔈2. . . . 𝔑u 𝔅o = *A tergo ponitis.*

Egregium autem habet virtus apud vos = BAE exx. Franc. Fac. et Prim. P3. Ort. 𝔏4. D Col. — *autem* post *Egregium.* V = ∾ *apud vos habet virtus.* P2. = *Egregium est autem virtutis apud vos.* G — *habet.* P4. = *Egregium autem virtus apud nos.* 𝔗 . . . 𝔅o (exc. 𝔏4.) = *Egregium autem virtutis apud vos* (𝔗 . . . 𝔊 = *apud nos*). 𝔗 . . . 𝔊 = *voluptates praestare* contra mstos etiam Bong. exx. Franc. Fac. et Prim. Gr. V = *contumeliose virtus tentata.*

3. A = *Nomentanum et Apicum.* VE = *Momentanum* [= P3. 4. Col. Ort.] *et Apicum.* BG = *Momentanum et Apicium.* D = *Momentanum et Apicion* (hoc cr. ∾). P2. = *Momentarium.* 𝔗𝔅 = *Momentaneum et Rapicium.* V = *et maris.*

conquirentis et super mensam recognoscentis = BGVADE (D p.m. = *conquerentis*). sG 𝔈l. . . . 𝔅o = *conquirentes* ∾ *recognoscentes* (P2. 𝔗 . . . 𝔈l. = *conquerentes*). Bong. P3. Col. Ort. = *concoquentes.* P4. = *concoquant.* 𝔗 . . . 𝔊 = *omnium generum animalia* contra mstos etiam Pinc. Gr.

Vide hos eosdem e suggestu rosae spectantis popinam suam. Ita scribendum videtur maximam partem ex Gronovii coniectura. A = *Vide hos eosdem esuccessuros* [s.m. *et successuros*] *exspectantis p. s.* B G = *V. h. e. esuccessuros expectantis* [sG *tes*] *pop. s.* V = *Vide hos eosdem esu comesuros expectantis pop. s.* D = *V. h. e. ex successoris* [s.m. *et successuros*] *expectantes p. s.* E = *V. h. e. e successuris expectantes* [hoc. n.] *pop. s.* P2. = *Inde hos eosdem esuros expectantes pop. s.* P3. = *Vide hos eosdem esuccensuros expectantis p. s.* Ort. = *V. h. e. esucessuros expectantes p. s.* P4. = *V. h. e. esu tessuros expectantes p. s.* Col. Bruxell. 𝔈l. = *Vide hos eosdem successuros exspectantes p. s.* (Brux. p.m. = *pompam s.*). 𝔗𝔅 = *Vide hos eosdem esuccessuros: expectantes p. s.* 𝔈2. . . . 𝔏4. = *Vide hos eosdem e lectis suis spectantes pop. s.* Cod. Lips. = *eosdem esuccessores exspectantes.* Lips. ci. = *esu censores.* ut iocose appellet censores quosdam in edendo. 𝔊ro . . . 𝔅o = ∾ *exspectantes p. s.* Ruben. ci. = *e successu rosae.* quod accipiebat de pergula vel trichilo e rosis. Triller (Obss. III, 16. p. 220. s.) ci. = *Vide hos eosdem e cocceis* vel *coccinis toris exspectantes p. s.* G (m∾) = *aurium vocum.*

sono, spectaculis oculos, saporibus palatum suum delectantes.
mollibus lenibusque fomentis totum lacessitur eorum corpus et,
ne nares interim cessent, odoribus uariis inficitur locus ipse in
quo luxuriae parentatur. Hoc esse in uoluptatibus dices: nec
tamen illis bene erit, quia non bono gaudent. XII. Male, in-
quit, illis erit, quia multa interueniunt quae perturbent animum
et opiniones inter se contrariae mentem inquietabunt. quod ita
esse concedo: sed nihilominus illi ipsi stulti et inaequales et sub
ictu poenitentiae positi magnas percipient uoluptates, ut faten-
dum sit tam longe tum illos ab omni molestia abesse quam
a bona mente et, quod plerisque contingit, hilarem insaniam
2 insanire ac per risum furere. At contra sapientium remissae
uoluptates et modestae ac paene languidae sunt conpressaeque
et uix notabiles, ut quae neque accersitae ueniant nec, quam-
uis per se accesserint, in honore sint neque ullo gaudio per-
cipientium exceptae: miscent enim illas et interponunt uitae ut
ludum iocumque inter seria. Desinant ergo inconuenientia iun-
gere et uirtuti uoluptatem inplicare per quod uitium pessimis
3 quibusque adulantur. Ille effusus in uoluptates, ructabundus

D = *inficitur locus ille.* V Ort. = *qui luxuriae* [mG P3. =] *praeparatur.* E (n.) = *in quo luxuriae parcetur* vel *parietur:* nam dubie scribit. Col. = *luxuriae parentur.*

Hoc esse in voluptatibus = BGVA DE P2. 3. Col. Ort. P4. = *Hic esse in v.* mP4. = *Hos enim in vol.* 𝔗 ... 𝔅o = *Hos esse in vol.* V = *non tamen illis.* 𝔗 ... 𝔈1. = *nec tantum illis.* B = *qua non bono g.*

Cap. XII.

D = *inquis.* V = *erit illis.*

perturbent = BGVAD P2. 4. Col. Ort. 𝔅2. E = *turbent.* P3. 𝔗 ... 𝔑u 𝔅o = *perturbant.* V + *sed nihilominus tamen.* B = *et inaequalis.*

percipient = AmD. BGVDE 𝔗 ... 𝔅o = *percipiunt.* G = *tam longe cum illos.* P2. 𝔗 ... 𝔈2. = *tam longinquum illos.* DE P4. Ort. — *tum* post *longe.* Col. = *tam longe tamen illos.* Rell. etiam ex. Fac. et Prim. P3. ∾. D (cr. ∾) = *quam alta mente.* D = *per hylarrem insaniam.* E = *per yllarem insaniam.* A (m ∾) — *insanire.*

2. V = *sapientum.* G = *comprehensaeque.* V = *et compressae.* 𝔗𝔅 = *ut vix notabiles.* G = *vis notabiles.* A = *arcersitae.* E = *arcesite.* G = *arcessisse.* BmGD 𝔐 ... 𝔅o = *arcessitae.* V𝔗 ... 𝔊 ∾. A = *quamvis per se accerserint.* V = *nec ullo gaudio.* P2. = *ut ludus iocumque.* Grut. ci. = *ut ludos iocumque.* G (cr. ∾) = *inconvenientia vincere.* P4. + *inconv. invicem; non, iungere.* Ort. = *inconven. pingere* (m *vincire*). V = *quibuscumque adulantur.*

3. V = *Ille in voluptates effusus est.* *ructabundus* = ci. Lips. probat I. M. Gessner Praef. ad Isag. p. 4. n. 1. ed. Nicl. AmD = *ruptabundus.* BVDE omnia exx. Pinc. Gr. = *raptabundus.* G — *ructabundus.* 𝔗 ... 𝔊 = *ac vagabundus.* mG Bong. Pinc. ci. 𝔐 ... 𝔅o = *reptabundus.* probat Gron. Sed Gron. Ruben. cii. = *lapsabundus.*

semper atque ebrius, quia scit se cum uoluptatete uiuere, credit et cum uirtute: audit enim uoluptatem separari a uirtute non posse. deinde uitiis suis sapientiam inscribit et abscondenda profitetur. Itaque non ab Epicuro inpulsi luxuriantur, sed uitiis dediti luxuriam suam in philosophiae sinu abscondunt et eo concurrunt ubi audiant laudari uoluptatem. Nec aestimatur uoluptas 4
illa Epicuri (ita enim mehercules sentio) quam sobria ac sicca sit: sed ad nomen ipsum aduolant quaerentes libidinibus suis patrocinium aliquod ac uelamentum. Itaque quod unum habebant in malis bonum perdunt, peccandi uerecundiam: laudant enim ea quibus erubescebant et uitio gloriantur. ideoque ne resurgere quidem adulescentiae licet, cum honestus turpi desidiae titulus accessit. XIII. Hoc est cur ista uoluptatis laudatio perniciosa sit, quia honesta praecepta intra latent, quod corrumpit adparet. In ea quidem ipsa sententia sum (inuitis hoc nostris popularibus dicam) sancta Epicurum et recta praecipere et, si pro-

V — *semper.*
separari a virtute = A. BGVDE 𝔗...𝔙o = *a virtute separari.* V = *suis vitiis.*
Itaque non ab Epicuro = BVAD P2. 3. Col. Ort. Scal. Tronc. 𝔗𝔙 𝔅2. G = *Itaque cum ab Epicuro.* E = *Itaque ut ab Epicuro.* P4. 𝔈1. . . . 𝔐u 𝔙o = *Ita non ab Ep.* male Grut. hoc laudat ex codd. Pinc., qui refert tantum in suis libris legi *impulsi*, non *repulsi* = 𝔗...𝔈1. V = *in philosophiae sinum.* G (cr. ∾) = *abscondit.* 𝔗...𝔊 = *absconderunt.*
ubi audiant = BGVADE 𝔗...𝔊. 𝔐...𝔙o = *ubi audiunt.*
4. A (?) = *Nec estimant.* D = *Nec extimant.* E = *Nec exstimant.* P4. = *haec aestimatur.* 𝔗...𝔈2. = *Nec aestimabitur.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. BG P2. 𝔗𝔙 = *ita mehercule enim.* V P3. Col. castigatiores codd. Pinc. 𝔊𝔊 — *enim.* P4. = *ita mehercules ego.* Ort. 𝔈1. 2. = *ita mehercules enim.* ADE ∾.
quam sobria ac sicca sit = BGVA DE Gr. 𝔈1. D (s.m.) = *quam sobria ac sancta sit.* 𝔗𝔙 = *quam sobria ac sicca sint.* 𝔈2....𝔐 = *quum sobria ac sicca sit.* 𝔏...𝔊ro 𝔅2. = *quam sobria et sicca sit.* 𝔅1. 𝔐u 𝔙o = *quum sobria et sicca sit.*
D = *ad nomen ipsum adulant.* E = *unum habebut.* GDE 𝔗...𝔊 = *Laudant etenim.* G (s∾) V 𝔗...𝔊 = *erubescant.* V = *neque resurgere q.* G = *ab adolescentia.* GP2. 𝔗𝔙 — *cum* ante *honestus.* P4. = *ubi et hostiis turpi des.*

Cap. XIII.

𝔗...𝔈1. = *Haec est cur.* G = *quia honesta premia.* D — *praecepta.* G (m∾) — *intra.* V = *inter.* G (cr. ∾) = *quod contra rumpit apparet.* 𝔗𝔙 = *corrupit.*
In ea quidem ipsa sententia sum = VA P3. Col. B 𝔈1. = *Mea quidem ipsa sententia sunt.* G = *Mea* [m in ea] *quidem ipsa sententia summa sunt.* D = *mea* [cr. ∾] *quidem ipsa sententia sit* (cr. *sunt*). E = *Mea quidem ipsa sententiam* [hoc n.] *sunt.* P2. 4. Ort. 𝔗𝔙 = *In ea quidem ipsa sententia sunt* (𝔗𝔙 = *.Sunt*). 𝔈2....𝔏 𝔍u = *Mea quidem ista sententia est.* Grut. ci. 𝔏4.... 𝔙o = *In ea quidem ipse sententia sum.* B — *hoc* post *invitis.* 𝔗...𝔊 = *invitis haec nostris.* D = *invitis* [m *invidis*] *hos* [cr. *hoc*] *vestris* [m *nostris*] *appellaris* (cr. ∾).. E = *in viti. hoc nostris pop.* V = *sciam Epicurum.* D (cr. ∾) = *pro-*

pius accesseris, tristia: uoluptas enim illa ad parum et exile reuocatur et quam nos uirtuti legem dicimus eam ille dicit
2 uoluptati. Iubet illam parere naturae: parum est autem luxuriae quod naturae satis est. Quid ergo est? ille quisquis desidiosum otium et gulae ac libidinis uices felicitatem uocat bonum malae rei quaerit auctorem et, dum illo uenit blando nomine inductus, sequitur uoluptatem, non quam audit, sed quam adtulit. et uitia sua cum coepit putare similia praeceptis, indulget illis non timide nec obscure. luxuriatur etiam inde aperto capite. Itaque non dico quod plerique nostrorum sectam Epicuri flagitiorum magistram esse, sed illud dico, male audit, infamis
3 est est inmerito. Hoc scire quis potest nisi interius admissus? frons eius ipsa dat locum fabulae et ad malam spem inritat. Hoc tale est quale uir fortis stolam indutus. Constanti tibi pudicitiae ueritas salua est: nulli corpus tuum patientiae uacat, sed

prius accesserit. A = *propitius accesseris.* GAD (cr. ∾) 𝔅 = *tristitia.* G = *voluptas vel enim* [hoc n.] *tamen illa.* 𝔗 . . . 𝔈2. (m𝔈1. ∾) = *ad pronum et exile.* Ort. = *ad pravum et exile.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. V = *ea ille dicit.*

lamellae, possidebat ipse quadragies sestertium, minus sine dubio quam Crassus, plus quam Censorius Cato. Maiore spatio, si conparentur, proauum uicerat quam a Crasso uinceretur. Et si maiores illi obuenissent opes, non spreuisset: nec enim se sapiens indignum ullis muneribus fortuitis putat. Non amat diuitias, sed mauult. non in animum illas, sed in domum recipit. nec respuit possessas, sed continet et maiorem uirtuti suae materiam subministrari uult. XXII. Quid autem dubii est, quin haec maior materia sapienti uiro sit animum explicandi suum in diuitiis quam in paupertate? cum in hac unum genus uirtutis sit non inclinari nec deprimi, in diuitiis et temperantia et liberalitas et diligentia et dispositio et magnificentia campum habeat patentem. Non contemnet se sapiens, etiam si fuerit minimae staturae: esse tamen se procerum uolet. et exilis corpore ac amisso
2 oculo ualebit: malet tamen sibi esse corporis robur. et hoc ita, ut sciat esse aliud in se ualentius. malam ualitudinem tolerabit, bonam optabit. Quaedam enim, etiam si in summam rei parua sunt et subduci sine ruina principalis boni possunt, adiciunt ta-

G P2. = *lamillae*. D(m∾) E cod. Franc. et nonnulli alii codd. Pinc. P4. Ort. = *laminae*. 𝔗 . . . 𝔊 = *argenti armillae*. Rell. etiam Bong. ex Cui. ex. Fac. et Prim. P3. Col. ∾.

quadragies sestertium = BGADE P2. 𝔗 . . . 𝔏4. V rell. Gr. = *quadragesies sest*. Lips. ci. 𝔊ro . . . 𝔚o = *quadringenties sest*. 𝔐 . . . 𝔚o + *plus tamen quam Cens.* contra mstos. V + *et plus quam*. VE = *comparetur*. BA (m∾) = *vincerentur*. D (m∾) — *opes, non sprevisset*. G(cr.∾) V = *non sprevissent*. V = *non enim sapiens se*. E — *se* ante *sapiens*. V = *muneribus fortune putat*. V + *Non tamen amat*. 𝔗 . . . 𝔊 = *non in animum illam gazam* contra mstos etiam Bong. Pinc. Gr. 𝔗 . . . 𝔊 + *possessas divitias* contra mstos etiam Bong. Pinc. Gr. 𝔈1. . . . 𝔊 = *contemnit* contra mstos etiam Bong. Pinc. Gr. V = *continet et in amorem*. BG (cr.∾) DE P2. 4. Ort. 𝔗 . . . 𝔈2. = *virtutis suae*. V = *suae virtutis*. Rell. etiam Pinc. P3. Col. ∾. AD = *materiae*. sA (m∾) = *materiem*. V = *subministrat*.

Cap. XXII.

quin haec maior materia = BGV AD(s.m.) E Gr. 𝔗𝔚. D = *quin hoc maior materia*. 𝔈1. . . . 𝔚o — *haec*. V = *suum explicandi animum*. D(cr. ∾) E = *explicari*. BG(m∾) — *quam in paupertate . . . in divitiis*. A = *in paupertate? qua*. A(s.m.) = *in paupertatẽ? quã*. D = *in paupertate? quamquam*. A 𝔗 . . . 𝔊 = *virtuti sit*. G(s∾) VD(m∾) = *temperantia et libertas*. V = *si etiam fuerit*. P2. 3. = *habeat potentem*. Col. = *habeat apparentem*. 𝔗 . . . 𝔊 = *se procerum vellet* contra mstos etiam Bong. G Ort. = *et ex corpore*. P4. = *et ex infirmo corpore*.

ac amisso = BGVADE 𝔗 . . . 𝔚o. G Ort. Col. 𝔗 . . . 𝔊 = *mallet*. P4. = *mavult*. BG 𝔗 . . . 𝔊 = *sibi corporis esse robur*. V = *esse sibi corporis robur*. ADE Bong. ∾.

2. *et hoc ita* = BGVADE Bong. cod. Dal. 𝔗 . . : 𝔚o = *Et haec ita*. G𝔗𝔚 = *ut scias*. G = *bt'am optabit*. V = *Quaedam enim et si* [DE P3. 4. =] *in summa*.

et subduci sine ruina principalis boni possunt = G(s.m.) VDE. BGA + *ait* [A = *ait!*] *et subduci* ∾. 𝔗𝔚 + *ut et subduci* ∾. 𝔈1. . . . 𝔚o = *ut*

men aliquid ad perpetuam laetitiam et ex uirtute nascentem.
Sic illum adficiunt diuitiae et exhilarant ut nauigantem secundus
et ferens uentus, ut dies bonus et in bruma ac frigore apricus 3
locus. Quis porro sapientum, nostrorum dico quibus unum est
bonum uirtus, negat etiam haec quae indifferentia uocamus habere
in se aliquid pretii et alia aliis esse potiora? Quibusdam ex
iis tribuitur aliquid honoris, quibusdam multum. Ne erres itaque,
inter potiora diuitiae sunt. Quid ergo, inquis, me deri- 4
des, cum eumdem apud te locum habeant quem apud me? Uis
scire quam non habeant eumdem locum? mihi diuitiae si effluxerint,
nihil auferent nisi semetipsas: tu stupebis et uideberis
tibi sine te relictus, si illae a te recesserint. apud me diuitiae
aliquem locum habent, apud te summum ac postremum: diuitiae
meae sunt, tu diuitiarum es. XXIII. Desine ergo philosophis
pecunia interdicere: nemo sapientiam paupertate damnauit.
Habebit philosophus amplas opes: sed nulli detractas nec
alieno sanguine cruentas, sine cuiusquam iniuria partas, sine
sordidis quaestibus, quarum tam honestus sit exitus quam in-

et subduci s. r. p. b. possint. V = *aliquid tamen.* G = *Sicut illum afficiunt.* V = *Sic ullum aff.* P4. = *fecundus et ferens.* A + *et ferens et ventus.* DE — *et* ante *ferens.*

et in bruma ac frigore = BGADE P2. Col. 𝔊ro ... 𝔅o (D = *imbruma*). 𝔗 = *et in bruina ac fr.* V ex. Fac. et Prim. = *et in pruina et frig.* (etiam mG = *pruina*). P3. 4. Ort. 𝔅 ... 𝔈2. = *et in pruina ac frig.* (sP4. = *id est in hyeme*). Ex. Pinc. = *ut bonus dies in bruma* (= ci. Lips.] *et frigore.* quod castigatius dicit Pinc. 𝔈𝔊 = *ut dies bonus, in pruina, in frigore.* 𝔐 ... 𝔏4. = *ut in bruma ac fr.* B = *acpricus.* D(m∾) = *aptus* [an voluit *apertus?*] *locus.*

3. BG𝔗...𝔊 = *sapientium.* Rell. ∾. ABong. = *quae differentia vocamus.* V = *habet in se.* V = *et aliis alia.*

ex iis tribuitur = A. BGVDE = *ex hiis trib.* 𝔗 ... 𝔅o = *ex his trib.* A (s.m.) + *Quibusdam autem.* 𝔗𝔅 = *Quibusdam multis.* 𝔗𝔅 = *intra potiora.* 𝔈1. = *interra potiora.* E = *Quid ergo inquit.* BA (s∾ fortasse p.m.) = *habeant quam.* G = *habebant quam.* D(cr. ∾) = *habebant quem.* In A supra verbum *habeant* legitur sc. *divitiae.* V = *quem apud me habeant.*

4. 𝔗 ... 𝔊 = *Vis scire quod non.* V = *eundem locum habeant.* Bong. = *eundem habeant.* 𝔗𝔅 = *diu affluxerint.* B = *nisi seme ipsas.* V = *nisi se ipsas.* 𝔗𝔅 — *tu* ante *stupebis.* B = *tu stupeberis.* G(m∾) = *et iubeberis tibi.* 𝔗𝔅 = *et videbis tibi.* V = *sine te derelictus.* V = *si ille a te receperit.* 𝔗𝔅 — *divitiae ... ac postremum.* DE 𝔈1. ... 𝔊 = *aliquem locum habebunt.*

ac postremum = BAD (s.m.) P2. Ort. V P3. 4. Col. = *et postremum.* GD (p.m.) E 𝔈1. ... 𝔅o = *: ad postremum.*

Cap. XXIII.

pecunia interdicere = A Bong. 𝔐 ... 𝔑u 𝔅o. sAE = *pecunias interdicere.* BGD P2. 4. Col. Ort. 𝔗 ... 𝔊 𝔅2. = *pecuniam interdicere.* P3. = *Philosophi pecunia damnare.* V = *philosophis divicias damnare.* 𝔈1. ... 𝔊 = *nemo sapientem paupertate* contra mstos etiam Bong. Pinc. Gr. Scal. Verd. Tronc. = *sapientium paupertatem.* D (m∾) — *nec alieno ... cruentas.* V = *cruentas sanguine.* G = *sanguine cruentatas.* B = *quarum tamen honestus.* E — *sit* post

troitus, quibus nemo ingemiscat nisi malignus. In quantum uis exaggera illas, honestae sunt: in quibus cum multa sint quae sua quisque dici uelit, nihil est quod quisquam suum possit di-
2 cere. Ille uero fortunae benignitatem a se non submouebit et patrimonio per honesta quaesito nec gloriabitur nec erubescet. Habebit tamen etiam quo glorietur, si aperta domo et admissa in res suas ciuitate poterit dicere: Quod quisque agnouerit tollat. O magnum uirum, optime diuitem, si post hanc uocem tantumdem habuerit! ita dico, si tuto et securus scrutationem populo praebuerit, si nihil quisquam apud illum inuenerit quo
3 manus iniciat: audacter et propalam erit diues. Sapiens nullum denarium intra limen suum admittet male intrantem. idem magnas opes, munus fortunae fructumque uirtutis, non repudiabit nec excludet. Quid enim est quare illis bono loco inuideat? ueniant, hospitentur. Nec iactabit illas nec abscondet: alterum infruniti animi est, alterum timidi et pusilli uelut magnum bo-

honestus. G — *ingemiscit.* GV = *exa g ere.*

quae sua quisque dici velit = A (s.m.). V = *quae sua quisque dicere velit.* 𝔐 . . . 𝔏4. = *quae quisque sua dici velit.* A (p.m.) = *quae in sua quisque dicit velit.* BmG 𝔈1. . . . 𝔊 𝔊ro . . . 𝔙o = *quae quisque sua dicere velit.* P3. 4. Col. Ort. = *dicere* om. *velit.* P2. = *quae quisque sua diceret.* G = *quae quisque sua dicere nihil est.* D = *quae non quisque sua dicit* [m *dicere*] *velit.* E = *quae non quisque dicit velit.* 𝔗𝔙 = *multae sunt quas quisque suas dicere nihil est.* V = *quod suum quisque dicere possit.* E = *quod quisquam sū.*

2. V = *et quo glorietur sed* [m∾] *aperta.* A = *glorientur.* B = *et amissa.*

Quod quisque agnoverit = BA Gr. 𝔗 . . . 𝔊. VDE 𝔐 . . . 𝔙o + *Quod quisque suum agnoverit.* mOrt. + *de suo agnoverit.* G = *quod quisque ignoverit.* Lips. ci. + *O optime meritum.*

si post hanc vocem tantumdem habuerit = BGAD P2. 4. 𝔗 . . . 𝔈1. E = *si post hanc vim tantumdem h.* V P3. = *si opus ad hanc vocem consonet.* mG ex. Fac. et Prim. Ort. 𝔈 . . . 𝔙o + *si opus ad hanc vocem consonet! si post hanc vocem* [*vocem* redundare dicit Lips.] *tantumdem habuerit.* V — *dico.*

si suto et securus = BGVA P2. 3. Col. 𝔗 . . . 𝔊. DE = *si tute et secure.* P4. Ort. = *si tuto et secure.* probat Grut. mD 𝔐 . . . 𝔙o = *si tutus et securus.*

3. *Sapiens nullum denarium* = A. BGV Gr. 𝔗𝔙 + *Si sapiens n. d.* DE 𝔈1. . . . 𝔊 + *Sic sapiens n. d.* 𝔐 . . . 𝔙o + *Sicut sapiens n. d.* V = *intra suum limen.* Col. = *intra l. s. admiserit.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *admittat.* 𝔐 (ed. Par.) = *admittere.* BG(m∾) = *male in virtutem.*

idem magnas opes = BGVADE P2. 3. Col. Ort. 𝔗 . . . 𝔊. P4. + *idem per magnas opes.* 𝔐 . . . 𝔙o = *ita et magnas opes.* V = *virtutis non reputabit.* V = *Quid enim est quod.*

bono loco invideant = BVADE Gr. 𝔗𝔙. cf. Drkb. ad Liv. II, 40, 11. Arntz. ad Plin. Pan. p. 364. G = *bono loco invideatur.* 𝔈1. . . . 𝔙o = *bonum locum invideat.* B = *iactabis illas.* BG Pall. Col. cod. Lips. = *infroniti.* V = *alterum timidi animi est et pusilli alterum ĩ infroniti.* Ort. = *in fruniti.* ADE 𝔗 . . . 𝔙o∾. Nescio, quid velit Ruhk., qui Lipsium dicit e suo codice dedisse *infruniti,* cum antea fuerit *infirmi.* E = *vel-*

num intra sinum continentis. nec, ut dixi, eiciet illas e domo. Quid enim dicet? utrumne, Inutiles estis, an, Ego uti diuitiis nescio? Quemadmodum etiam pedibus suis poterit iter conficere, escendere tamen uehiculum malet: sic pauper, si poterit esse diues, uolet et habebit utique opes, sed tamquam leues et auolaturas. nec ulli alii nec sibi graues esse patietur. Quid? Donabit. quid erexistis aures? quid expeditis sinum? donabit aut bonis aut eis quos facere poterit bonos. donabit cum summo consilio dignissimos eligens, ut qui meminerit tam expensorum quam acceptorum rationem esse reddendam. donabit ex recta et probabili causa: nam inter turpes iacturas malum munus est. Habebit sinum facilem, non perforatum, ex quo multa exeant et nihil excidat. XXIV. Errat, si quis existimat facilem rem esse donare. Plurimum ista res habet difficultatis, si modo consilio tribuitur, non casu et inpetu spargitur. Hunc promereor, illi reddo. huic succurro, huius misereor. illum instruo dignum quem non deducat paupertas nec occupatum teneat.

ut magni locum. V = *intra suum continentis.* mA + *non continentis.* G = *eiciatur* [*ur* u.] *illa de domo.* P2. 4. Ort. = *eiiciat.* V — *e* ante *domo.*

4. *Quemadmodum etiam pedibus* = BGAE Bong. P3. 4. Col. D + *Quemadmodum etiam qui pedibus.* Ort. 𝔗...𝔊 = *Quemadmodum qui pedibus.* mDP2. Bong. ci. 𝔐...𝔅o + *Quemadmodum etiamsi pedibus.* V + *Quemadmodum si quis etiam pedibus.*

escendere = ABong. ex Cui. 𝔐...𝔑u 𝔅o. A(s.m.)BGVDE P2. 4. Col. Ort. 𝔗...𝔊 𝔅2. = *ascendere.* P3. = *aocendere.* E = *tamen nichilum malet.* BGV 𝔗... 𝔈1. 𝔖𝔊 = *mallet.*

sic pauper, si = BGVADE Gr. 𝔗...𝔊 𝔅2. probat Grut. 𝔐...𝔑u 𝔅o — *pauper.* Bong. = *si potuerit.* D(m∾) — *et* ante *bona.* BGVADE Gr. 𝔗𝔅 = *et habebit itaque opes.* B G = *si tanquam.* G(m∾) — *et avolaturas... graves.* mGVDE = *advolaturas.* mG = *vel sibi graves.* V = *nisi sibi graves.*

Quid? Donabit. quid erexistis aures? = D(s.m.). D(p.m.) E P2. Col. 𝔗...𝔈2. — *quid* ante *erexistis.* A = *Quid? donavit* [cr. ∾]. *erexistis aures.* BG Ort. = *Quid? donabit. credoxistis ures.* V = *Quid donabit? donabit aut bonis aut illis quos poterit facere bonos* rell. om. P3. = *Cui donabit. donabit aut bonis* rell. om. P4. = *Quid donabit credet istis aures quid expeditissimum donabit autem bonis.* 𝔈...𝔅o — *Quid* ante *Donabit.* mDP2. = *expanditis sinum.* G = *expedistis signum.* BG = *Donabis aut bonis.* A (cr. ∾) = *Donavit* ∾ *donavit.* 𝔗𝔅 = *dignissimos eliges.* 𝔈1....𝔊 = *d. eliget.* BG(cr. ∾) = *tam expansorum.* E = *tam expressorum.* G = *Donabis ex recta.* B = *turbes iacturas.*

et nihil excidat = BGA (s.m.) DE P2. Ort. Col. 𝔗...𝔊. VP3. = *et nihil decidat.* P4. = *et excitat* om. *nihil.* 𝔐...𝔅o — *et.*

Cap. XXIV.

V = *res ista difficultatis habet.* P4. = *si mero consilio.* G — *consilio.* mG = *consimili.* BGVA P2. 3. Col. Ort. 𝔗...𝔈1. = *tribuit, non.* DE = *tribuit et non.* V = *aut impetu.* P4. = *Huic promereo.* 𝔗...𝔈2. = *illi credo, huic succurro* contra mstos etiam Pinc. Gr. 𝔗...𝔊 = *huic misereor.* BGV = *dignumque non.*

deducat = BGVADE Gr. Trist.

quibusdam non dabo, quamuis desit: quia, etiam si dedero, erit
defuturum. quibusdam offeram, quibusdam etiam inculcabo.
Non possum in hac re esse neglegens: numquam magis nomina
2 facio quam cum dono. Quid? tu, inquis, recepturus donas?
Immo non perditurus. Eo loco sit donatio unde repeti non de-
beat, reddi possit. Beneficium conlocetur quemadmodum the-
saurus alte obrutus: quem non eruas, nisi fuerit necesse.
Quid? domus ipsa diuitis uiri quantam habet benefaciendi ma-
teriam? Quis enim liberalitatem tantum ad togatos uocat? ho-
minibus prodesse natura iubet: serui liberine sint hi, ingenui
an libertini, iustae libertatis an inter amicos datae, quid refert?
3 ubicumque homo est ibi beneficii locus est. Potest itaque pecu-
niam etiam intra limen suum diffundere et liberalitatem exer-
cere: quae non quia liberis debetur, sed quia a libero animo
proficiscitur, ita nominata est. Haec apud sapientem nec um-
quam in turpes indignosque inpingitur nec umquam ita defati-
gata errat, ut non quotiens dignum inuenerit quasi ex pleno
fluat. Non est ergo quod perperam exaudiatis quae honeste,

Scal. 𝔗𝔙 𝔊ro ... 𝔙o. 𝔈l. ... 𝔏4. = *diducat.* V = *quia et si dedero.* sCol. 𝔗 ... 𝔊 = *erit defecturum.* P4. = *defaturum.* Rell. etiam Bong. ex Cui. Pinc. Gr. ∾. G(m∾) — *quibusdam offeram.* A = *quibus etiam inculc.* V = *quibusdam et inculc.* G(s∾) = *Nemini possum.* B = *hac esse re.*

2. D(m∾) = *inquid.* E = *in uno non perditurus.* G(m∾) — *possit* post *reddi.* G = *theraurus alter* [hoc cr. ∾] *obrutus.* V = *nisi forte ante necesse fuerit.* G = *domus ipsa divitias* [P3. =] *quantum habet.* P2. = *divitiis viri.* P4. = *quam tam habet.* Col. = *quam habet.* G = *Quid enim libertatem* [P4. =] *tantum ad rogatos.* P2. = *Quid enim* ∾ *vocatur.* Ort. = *Quid enim.* BD(m∾) E P3. = *libertatem tantum.* Col. = *ad togatas.* BA = *prodesse naturam et iubet et servi.* G = *pr. naturam* [m n. m *iubet*] *et servi.* V + *pr. natura iubet et servi.* P3. Col. + *natura et iubet.* P4. Ort. = *naturam et iubet.* 𝔗𝔙 = *naturam iubet et servi.* DE P2. 𝔈l. ... 𝔙o ∾.

liberine sint hi = GAE. B = *liberine sin hi.* D = *liberine* [s.m. *liberive*] *sint hii ingenii* [cr. ∾] *an libertini.* V = *liberive sint hi ingenui ac libertini.* 𝔗 ... 𝔊 = *liberive sint hi.* laudat Lips. ad Tac. A. XIII, 27. 𝔐 ... 𝔙o — *hi.* GV = *inter amicos dare.*

beneficii = VADE. B = *benefico.* G 𝔗 ... 𝔙o = *beneficio.* D 𝔗 ... 𝔊 — *est* post *locus.*

3. AD (s.m.) E = *Potest itaque pecunia etiam intra limen suum diffundi.* D (p.m.) P4. = ∾ *diffundi.* Col. = *Potest pecunia etiam intra limen suum diffundi.* P2. 𝔗 ... 𝔊 — *etiam.* Ort. = *Potens est itaque pecuniam intra limen suum diffundere.* VP3. 𝔐 ... 𝔏4. = *Potest etiam pecuniam suam* [V — *suam*] *intra limen* ∾. BG Grut. ci. 𝔊ro ... 𝔙o ∾. VD (cr. ∾) E = *et libertatem.* Col. = *et libertatem* [voluit Grut. fortasse *liberalitatem*] *suam.* A = *quae non qua liberis debetur sed qua* [cr. *quia*] *liberis debetur. sed quia a lib.* DE = *detur, sed quia a lib.* G — *a* ante *libero.* B = *impingit.*

defatigata errat = BA P2. 4. Col. Ort. 𝔊ro ... 𝔙o. GVP3. = *def. erat.* DE 𝔗 ... 𝔏4. = *def. erit.* sA = *perperam* explicat per *perverse.* E = *perferam.* mG + *etiam exau-*

fortiter, animose a studiosis sapientiae dicuntur: et hoc primum adtendite. Aliud est studiosus sapientiae, aliud iam adeptus 4
sapientiam. Ille tibi dicet: Optime loquor, sed adhuc inter mala uolutor plurima. non est, quod me ad formulam meam exigas. cum maxime facio me et formo et ad exemplar ingens adtollo. si processero quantumcumque proposui, exige ut dictis facta respondeant. Adsecutus uero humani boni summa aliter tecum aget et dicet: Primum non est quod tibi permittas de melioribus ferre sententiam: mihi iam, quod argumentum est recti, contingit malis displicere. Sed ut tibi rationem reddam qua 5
nulli mortalium inuideo, audi quid promittam et quanti quaeque aestimem. Diuitias nego bonum esse: nam si essent, bonos facerent. nunc quoniam quod apud malos deprehenditur dici bonum non potest, hoc illis nomen nego. ceterum et habendas esse et utiles et magna commoda uitae adferentis fateor.
XXV. Quid ergo est? quare illas non in bonis numerem et quid praestem in illis aliud quam uos, quoniam inter utrosque conuenit habendas, audite. Pone in opulentissima me domo, pone ubi aurum argentumque in promiscuo usu sit: non suspiciam me ob ista quae, etiam si apud me extra me, tamen sunt. In subli-

diatis. V = *fortiter ac studiose a studiosis.*

4. E = *Alius est ∾ alius iam.* D + *aliud est iam.* G = *Ille tibi ducet.* P2. 𝔗𝔚 = *volup tor plurima.* V — *meam* post *formulam.* BGA = *cur maxime facio me.* P2. = *ad exemplar ingens extollo.*

quantumcumque proposui = DE Pinc. v. l. P4. Ort. ACol. = *quantumque proposui* (Col. = *quantum3*). 𝔗𝔚 = *quamcunque proposui.* BGV P2. 3. 𝔈1. . . . 𝔚𝔬 = *quantum prop.*

humani boni summa = BGA. V DE 𝔗 . . . 𝔚𝔬 = *h. b. summam.* V = *quod tibi promittas.* G = *Tamen iam quod arg.*

contingit = BGADE P2. 4. 𝔗𝔚. V𝔈1. . . . 𝔚𝔬 = *contigit.*

5. *qua nulli mortalium* = ADE. BGV𝔗 . . . 𝔚𝔬 = *quam n. m.*

invideo = BGVADE 𝔗 . . . 𝔚𝔬. BGVADE = *quod promittam.* G = *quam tibi quemque aestimem.* G (s.m.) = *quam tibi quaeque.* D = *qua quemque aestim.* P2. 𝔗 . . . 𝔊 = *quanti quemque aest.* Col. = *quanticunque aest.* Ort. = *quanta extimem.* Rell. etiam ex. Fac. et Prim. P3. 4. ∾. Scal. + *bonos nos facerent.*

quoniam quod = A 𝔐 . . . 𝔚𝔬. BGVDE Pall. Ort. 𝔗 . . . 𝔊 — *quoniam.* Col. = *Nunc quae apud alios deprenduntur dici bona non possunt.* A (del.) + *hoc dici illis.* 𝔗𝔚 = *et magnas.*

vitae adferentis = BADE. G = *vitae et ferentis.* D(s.m.) P2. 𝔗 . . . 𝔊 = *vitae conferentes.* VD (s.m.) P3. 4. Col. Ort. 𝔏4. . . . 𝔚𝔬 = *vitae afferentes.* 𝔐 . . . 𝔏𝔍𝔲 = *afferentes* om. *vitae.*

Cap. XXV.

Quid ergo est? = BGADE Gr. 𝔗 . . . 𝔊 𝔊𝔯𝔬 . . . 𝔚𝔬. V — *est.* 𝔐 . . . 𝔏4. = *Quid ergo sit, quare.*

praestem in illis = BGVADE P3. 4. Col. Ort. 𝔅2. P2. = *praestem in illud.* 𝔗𝔚 = *quidni illis praestem.* 𝔈1. . . . 𝔑𝔲 𝔚𝔬 = *quid in illis praestem.* G(s∾) 𝔗𝔚 = *audire.* DE = *pone ut aurum.* BGVA Gr. 𝔗 . . . 𝔊 𝔏𝔍𝔲 — *ubi* ante *aurum.* Germ. ∾. GV = *usu sint.* V = *quae si etiam.* P2. = *In suplicium pontem.* Col. =

cium pontem me transfer et inter egentes abige: non ideo tamen me despiciam, quod in illorum numero consedero qui manum ad stipem porrigunt. quid enim ad rem an frustum panis desit cui non deest mori posse? Quid ergo est? domum illam splendidam
2 malo quam pontem. Pone in instrumentis splendentibus et delicato adparatu: nihilo me feliciorem credam, quod mihi molle erit amiculum, quod purpura conuiuis meis substernetur. Nihilo miserius ero, si lassa ceruix mea in manipulo foeni adquiescet, si super Circense tomentum per sarturas ueteris lintei effluens incubabo. Quid ergo est? malo quid mihi animi sit ostendere praetextatus et chlamydatus quam nudis scapulis aut

In sulpitium pontem. D = *ponte me.* V = *me pontem.* BGD(cr.∞)E = *et inter gentes.*

abige = BGVADE𝔗 ... 𝔏4. 𝔊𝔯𝔬 ... 𝔅𝔬 = *abiice.* E — *in* ante *illorum.*

consedero = AE Pall. Col. Scal. 𝔅2. G (s.m.) BVD Ort. 𝔗𝔚 = *consedeo.* G = *consedet.* 𝔈1 .... 𝔑𝔲 𝔅𝔬 = *consideo.* G(cr.∞) E = *Quid manum.* BGV = *frustrum panis.* B mGV = *non deest mori debere.*

quam pontem = D (s.m.) mOrt. Pinc. ci. 𝔈 ... 𝔅𝔬. BGVA quidam codd. Pinc. P2. 3. Col. Ort. 𝔗𝔚 = *quam potentem.* Alii codd. Pinc. = *quam petentem.* D 𝔈1. 2. = *quam putentem.* E = *quam pudentem.* P4. = *quam utentem.* Germ. = *quam sordentem.*

2. GmE ex. Fac. et Prim. = *Pone me in stramentis.* V = *Pone me in strumentis.* D = *Pone me instrumentis.* AE P2. 4. Col. Ort. — *in* (Ort. = *instramentis*). Bong. = *Pone in strumentis* („*strumenta* notavit Cui."). 𝔐 + *Pone me in instr.* B P3. 𝔗 ... 𝔊 𝔏 ... 𝔅𝔬 ∞. 𝔗𝔚 = *male erit amiculum.* V = *quod molle mihi erit ãmiculum.* G(cr.∞) = *aminiculum.* A (s.m) = *amminiculum.*

conuiuis meis = VA 𝔗 ... 𝔏4. BG P3. Col. 𝔅2. = *conuiuiis meis.* Ort. = *in meis conuiuiis.* E = *in conuiuiis subst.* D (m ∞) = *conuiuis subst.* P2. = *cum uitiis subst.* P4. = *conuiuiis subst.* 𝔊𝔯𝔬 ... 𝔑𝔲 𝔅𝔬 = *in conuiuiis meis* (𝔑𝔲 = *conuiis*). VA P3. Col. = *substernatur.* P4. = *substerneretur.* BGA + *multas magnam meam. nihilo miserius ero.* P2. + *multas magnas meas. nihilo miserius ero.* P4. + *multa magna meaque. nihilo miserius ero.* Col. = *Multa magna mea. nihilo miserius* om. *ero.* 𝔗𝔚 + *Malam magnam meam: nihilo miserius ero.* unde fecit Agricola *Malo stragulam meam.* Fortasse scripsit Seneca: *Muta magnam rem meam: nihilo miserius ero.* aut *Mutas magnam rem meam? n. m. e.* VDE Bong. P3. Ort. 𝔈1. ∞. 𝔈2. ... 𝔅𝔬 = *Nihilo serior ero* contra mstos etiam Gr. cf. Sall. Iug. 87, 4. *Romanos ... laxius licentiusque futuros.* Cic. p. Rosc. Am. 5, 11. *omnes hanc quaestionem haud remissius sperant futuram.* G = *si laxa ceruis mea.* V = *si laxa coniunx mea.* P3. = *si lassa coniunx mea.* D = *si laxa crux mea.* E = *si lassa certus mea.* Col. = *si laxa ceruix mea.* 𝔗 ... 𝔈2. = *si lapsa ceruix mea.* Rell. etiam Pinc. P2. 4. Ort. ∞. BGAD(m∞) E = *in maniculo.* G (m∞) = *ferri.* V = *acquiescat.* BDE Pall. Ort. 𝔗𝔚 = *tormentum.* G(cr.∞) = *tormentorum.* VA Col. ∞.

per sarturas = BGA Pall. Ort. 𝔏4. ... 𝔅𝔬. Col. = *per saturas.* 𝔗 ... 𝔈1. = *per sarcinas.* D (s.m.) E m𝔈1. 𝔈2. ... 𝔏𝔍𝔲 = *per suturas.* G = *lintei effluetis.* V — *est* post *Quid ergo.*

praetextatus et chlamydatus = 𝔑𝔲 ... 𝔅𝔬. DE = *praetaxatus* [mD = *praetestatus*] *et* [codd. Lips. =] *clamidatus.* G Ort. = *praetaxatus et causatus.* B = *prae-*

semitectis. Omnes mihi ex uoto dies cedant. nouae gratula- 3
tiones prioribus subtexantur: non ob hoc mihi placebo. Muta in contrarium hanc indulgentiam temporis: hinc illinc percutiatur animus damno, luctu, incursionibus uariis, nulla hora sine aliqua querela sit: non ideo me dicam inter miserrima miserum, non ideo aliquem exsecrabor diem. prouisum est enim a me, ne quis mihi ater dies esset. Quid ergo est? malo gaudia temperare quam dolores conpescere. Hoc tibi ille Socrates dicet: 4
Fac me uictorem uniuersarum gentium. delicatus ille Liberi currus triumphantem usque ad Thebas a solis ortu uehat. iura reges Penatium petant: me hominem esse maxime cogitabo,

texatus et causanis. VA P3. 4. = *praetextatus et causatus* (sP4. = *camisatus*). P2. = *praetaxatus et catus.* Col. = *praetextatus et gausapatus.* Alii codd. Pinc. = *praetextatus et clamidatus:* alii = *praetextatus et causeatus.* 𝔗 . . . 𝔖 𝔏 . . . 𝔏4. = *praetextatus et candidatus.* 𝔐 = *praetextatus et Canusinatus* ex libro Sicul. (?). Lips. ci. 𝔊ro . . . 𝔅l. = *pexatus et gausapatus.* BA = *nudi scapulis.*

aut semitectis. [3.] *Omnes mihi ex voto dies cedant.* Ita scribendum. A = *aut sententis. Omnes mihi ex voto dies cedant novo.* B = *aut sententis. Omnes mihi ex voto decidant novo.* G = *aut sententiis* [m *sentientes*] *omnes mihi ex voto decidant novo.* V = *aut sentientes omnes mihi ex voto discedant novo.* D = *aut fetentibus. Omnes mihi ex voto decedant* [m *dies cedant*] *novo.* E = *aut fetentibus. Omnes mihi ex voto decidant novo.* Quidam codd. Pinc. = *aut fetentibus: Omnes mihi ex voto decidant:* alii = *aut assentientes mihi omnes ex voto discedant.* Pinc. ci. = *Fac sententiae omnium mihi ex voto cedant.* Cod. Agric. = *aut sententias omnes mihi ex voto decidant.* Agric. ci. 𝔈2. . . . 𝔖 = *Ut sententiae omnes mihi ex voto cedant, novae.* P2. 𝔗𝔅 = *aut sententiis omnes mihi ex voto decidant: novae.* P3. = *aut assentientes omnis mihi ex voto discedat. novae.* P4. = *aut suris. Omnis mihi ex noto decidant, novo* (mP4. = *sura posterior et crassior pars crurium est*). Col. = *aut assentientes omnis mihi ex voto decedant. novae.* Ort. = *scapulis assentientes omnes mihi ex voto decidant.* 𝔈1. = *scapulis. Omnes mihi ex voto decidant. Novae.* Codd. Mur. = *scapulis a ferentibus.* Mur. ci. 𝔐 = *ac foetentibus. Ut omnes mihi dies ex voto cedant.* 𝔏 . . . 𝔏4. = *et foetentibus. Ut omnes mihi dies ex voto cedant.* Codd. Lips. = *aut ferentibus.* Lips. ci. = *aut semitectis.* 𝔊ro . . . 𝔚o = ∞. *Ut omnes mihi dies ex voto cedant.* E = *prioribus substentantur.* D = *nec ob hoc mihi.* V + *hinc et illinc.* A = *illic.*

nulla hora sine aliqua querela sit = 𝔐 . . . 𝔏4. A = *nulla homo sine aliqua querela sit.* BG (n.) P2. 4. 𝔗 . . . 𝔈1. = *nulla homo hora sine querela sit.* DE Ort. Col. 𝔈2. . . . 𝔖 — *aliqua* (E = *fit*). mGV ex. Fac. et Prim. P3. = *nullus homo sine aliqua querela sit* (V = *fit*). mP2. 𝔊ro . . . 𝔚o + *nulla omnino hora sine aliqua q. s.* probat Grut. G = *inter miseriam miserum.* Scal. = *miserrimos miseriam.* B = *aliquam.* V = *execrabo.* V — *enim* post *provisum est.* BG(cr.∞) E Pall. Col. 𝔗 . . . 𝔈1. = *alter dies.* D = *dies alter.* V = *aliter dies.* Ort. = *aliquis dies.*

4. 𝔗𝔅 + *currus cuius.* D — *ad ante Thebas.* V = *vehat a solis ortu.*

iura reges Penatium petant = B A. Vide, num possint *iura Penatium* significare *ius vitae s. veniam vivendi:* nam Macrob. Satt. III, 4. *Qui diligentius eruunt veritatem, Penates*

cum deus undique consalutabor. Huic tam sublimi fastigio con-
iunge protinus praecipitem mutationem: in alienum inponar
fericulum exornaturus uictoris superbi ac feri pompam: non
5 humilior sub alieno curru agar quam in meo steteram. Quid
ergo est? uincere tamen quam capi malo. Totum fortunae
regnum despiciam: sed ex illo, si dabitur electio, meliora
sumam. Quicquid ad me uenerit bonum fiet: sed malo faci-
liora ac iucundiora ueniant et minus uexatura tractantem. Non
est enim quod existimes ullam esse sine labore uirtutem: sed
quaedam uirtutes stimulis, quaedam frenis egent. quemadmodum
corpus in procliui retineri debet, aduersus ardua inpelli: ita
6 quaedam uirtutes in procliui sunt, quaedam cliuum subeunt. An

esse dixerunt, per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. G 𝔗... 𝔈1. = *iura reges penatum petant.* D = *v i a m reges penatum putant.* E = *Iura l e ges penatum petant.* P4. = *Iura reges p o t e n t u m* [n. ead. m.] *penatum petant.* Col. = *Iura reges p e n a t a n t u m petant.* P2. haec omittit. V ex. Fac. et Prim. P3. Ort. = *iura regnis i m p o n a n t.* 𝔈2.... 𝔙o = *iura reges P e r s a r u m petant.* Sed non video, quomodo ex scriptura hac planissima evadere potuerit obscura illa. V = *me t a m e n esse hominem maxime.* 𝔗 ... 𝔊 = *me hominem maxime.* P2. = *maxime cogitabo* rell. om. Liber Sicul. Mur. (?) 𝔐 ... 𝔙o + *t u m maxime.* Rell. etiam Gr. ∾. A (cr. ∾) = *cum deus undique consu alutabor.* B = *cum deus undique cons u alu c tabor.* G quaedam exx. Pinc. = *cum deus undique c o n s c i e n t i a l u c t a b o r.* V P3. = *cum deus undique q u a e s u a s u n t r e q u i r a t.* Quaedam exx. Pinc. Ort. = *cum deus undique q u a e s u n t r e q u i r a t.* D = *cum d e o u t i q u e e t s c i e n t i a l u c tabor.* P4. = *cum d e o u t i q u e c o n s c i e n t i a l u c tabor.* P2. Col. = *cum h i i s undique cons u l t abor.* 𝔗𝔙 = *cum d e h i s undique cons u l t abor.* 𝔈1. ... 𝔊 = *cum d i i s undique cons u l t ab o.* E = *cum de o u t i q u e e t c o n s c i a m l u c tabor.* Codd. Lips. = *cum d e o u b i q u e c o n s c i a l u c tabor.* Mur. lib. Sic. ci. Lips. (Electt. II, 9.) 𝔐 ... 𝔙o ∾. V + *fastigio m e.* B = *con i u g e protinus.* A = *coniunge . . protinus* (duabus litteris abrasis). G D (cr. ∾) E 𝔗𝔙 = *coniung e r e protinus.* G = *mutation e alien a m.* BA P3. = *in alien a m inpon a m.* DE = *in d o m u m alien am impon a m.* P2. 𝔗𝔙 = *alien a m impon a m* sine *in.* P4. = *Alienum impon a m.* Col. ∾.

fer i culum = BGA 𝔗𝔙. DE = *fe n iculum.* sD P4. = *fe r r iculum.* V mD P3. Ort. = *v e h i c u lum.* Col. P2. 𝔈1. ... 𝔙o = *fer culum.* V = *superbi ac feri victoris.* GD (cr. ∾) E = *sub alieno curru ag a t.* G (cr. ∾) = *in m e d i o steteram.*

5. *m e l i o r a sumam* = BGVADE Gr. 𝔗 ... 𝔊 𝔅2. 𝔐 ... 𝔑u 𝔙o = *m o l l i ora sumam.* V = *iucundiora ac faciliora.*

existimes ullam esse sine labore virtutem = AmD 𝔈2. ... 𝔊 𝔅2. (𝔈2. ... 𝔊 = *a e stimes*). BGVDE Gr. 𝔗 ... 𝔈1. — *esse* (𝔗 ... 𝔈1. = *a e stimes*). 𝔐 ... 𝔑u 𝔙o = *ullam existimes esse s. l. v.* V = *frenis, quaedam stimulis.*

in pro c l i v i retineri = BGADE 𝔐. sGV 𝔗 ... 𝔊 𝔏 ... 𝔙o = *in procli v o ret.*

a d v e r s u s ardua = VAmDE P3. Col. B = *adversu m ardua.* G = *a n i m u s q u e* [s in] *ardua.* D = *a n i m u s ardua.* P2. Ort. 𝔗 ... 𝔈1. = *a n i m u s in ardua.* P4. = *a n i m u s q u e in ardua.* 𝔈2. ... 𝔙o = *in ardua.* Steph. (ad Dal. Ep. 7.) ci. = *i n ardu o.* V = *quaedam ita.* sG = *in procli v o sunt.* Rell. ∾. V mG = *quaedam i n a l t u m* [mG = *in alt o*] *t e n d u n t.*

dubium sit, quin escendat, nitatur, obluctetur patientia, forti-
tudo, perseuerantia et quaecumque alia duris opposita uirtus est
et fortunam subigit? Quid ergo? non aeque manifestum est per
deuexum ire liberalitatem, temperantiam, mansuetudinem? In
his continemus animum, ne prolabatur: in illis exhortamur in-
citamusque. Acerrimas ergo paupertati adhibebimus, illas quae
pugnare sciunt, fortiores: diuitiis illas diligentiores quae suspen-
sum gradum ponunt et pondus suum sustinent. XXVI. Cum
hoc ita diuisum sit, malo has in usu mihi esse quae exercendae
tranquillius sunt quam eas quarum experimentum sanguis et su-
dor est. Ergo non ego aliter, inquit sapiens, uiuo quam lo-
quor, sed uos aliter auditis. Sonus tantummodo uerborum ad
aures uestras peruenit: quid significet non quaeritis. Quid ergo
inter me stultum et te sapientem interest, si uterque habere
uolumus? Plurimum. Diuitiae enim apud sapientem uirum in
seruitute sunt, apud stultum in imperio. sapiens diuitiis nihil
permitit, uobis diuitiae omnia. Uos, tamquam aliquis uobis 2
aeternam possessionem earum promiserit, adsuescitis illis et
cohaeretis: sapiens tunc maxime paupertatem meditatur, cum
in mediis diuitiis constitit. Numquam imperator ita paci credit,
ut non se praeparet bello: quod etiam si non geritur indictum

6. *quin escendat* = A 𝔐 𝔊ro . . . 𝔑u 𝔙o. BGA(s.m.) D 𝔗 . . . 𝔊𝔏 . . . 𝔏4. 𝔅2. = *quin ascendat.* Col. = *qui ascendat.* E = *quin ascendit.* VP3. = *qui in altum tendit nitatur.* Ort. = *quin in altum ascendat.* P2. + *et nitatur.* P4. = *vertatur.* Col. = *vincatur.* mG = *continemus corpus.* D (s.m.) Col. = *incitamurque.* GA = *Acerrimus.* BVA (s.m.) DE P2. 3. 4. Col. Ort. 𝔗 . . . 𝔈1. = *acerrimis. Ergo.* A = *paupertatis.* VP3. Col. = *paupertates.* G(s∾) V P3. 4. = *adhibemus.* P2. 𝔗 . . . 𝔊 𝔊ro . . . 𝔙o = *quae impugnatae fiunt.* G = *pugnare fiunt.* V = *sciant.* P4. — *sciunt.* Rell. etiam Gr. ∾. Lips. ci. = *pugnare sunt fortiores.* Ort. = *digentioresque.* E = *suspensum gradus.*

Cap. XXVI.

V — *ita* ante *divisum.* G = *divisam.* BG = *quam exercendi tranquillius sint.* A = *quae exercendi tranquillius sunt.* V ex. Fac. et Prim. P3. = *quae exercendo tranquillae sunt.* D = *mihi* [m *esse*] *quam* [cr. ∾] *exercende tranquillius sunt* (p.m. *sint*). E = *quam* [n.] *exercende tr. sint.* Col. = *quae exercendi tr. sint.* P2. 4. 𝔗 . . . 𝔙o = ∾ *sint.* Ort. ∾. V — *ego* post *Ergo non.*

aliter, inquit sapiens = BGVADE. 𝔗 . . . 𝔈1. = *inquit aliter sapiens.* 𝔈2. . . . 𝔙o = *inquit sapiens, aliter.* BG P2. 4. Col. Ort. 𝔗 . . . 𝔊 = *aliter audistis.* VADE P3. ∾. BGAD(cr. ∾) E = *quod significet.* D — *me* ante *stultum.* V — *uterque.* 𝔗𝔅 = *divitiae autem.* 𝔈1. 2. — *enim.* Rell. etiam ex. Fac. et Prim. Gr. ∾.

2. BGVE Pall. 𝔗 . . . 𝔊 = *et haeretis.* probat Grut. D = *et* [m co] *horetis.* Ort. = *et habetis.* ACol. ∾. BGDE (s.m.) P2. 4. Ort. 𝔗 . . . 𝔊 = *tunc paupertatem praecipue.* E = *tunc praecipue paupertatem.* V A (P3. Col.) ∾. VD (s.m.) E = *in mediis divitiis consistit.* D = *consistis.* V = *se bello praeparet.* V = *quod etsi non geritur tamen.*

est. Uos domus formosa, tamquam nec ardere nec ruere pos-
sit, insolentes, uos opes, tamquam periculum omne transcen-
derint maioresque sint uobis quam quibus consumendis satis
3 uirium habeat fortuna, obstupefaciunt. Otiosi diuitiis luditis
nec prouidetis illarum periculum: sicut barbari plerumque in-
clusi et ignari machinarum segnes laborem obsidentium spectant
nec quo illa pertineant quae ex longinquo struuntur intellegunt.
Idem uobis euenit. marcetis in uestris rebus nec cogitatis quot
casus undique inmineant iam iamque pretiosa spolia laturi. Sa-
pienti quisquis abstulerit diuitias omnia illi sua relinquet: uiuit
4 enim praesentibus laetus, futuris securus. Nihil magis, inquit
ille Socrates aut aliquis alius cui idem ius aduersus humana atque
eadem potestas est, persuasi mihi quam ne ad opiniones uestras
actum uitae meae flecterem. Solita conferte undique uerba:
non conuiciari uos putabo, sed uagire uelut infantes miserri-
mos. Haec dicet ille cui sapientia contigit, quem animus uitio-
rum inmunis increpare alios, non quia odit, sed in remedium
5 iubet. Adiciet his illa: Existimatio me uestra non meo nomine,

B — *est* post *indictum*. G = *tanquam mehercule nec ruere*. Amicus Grut. ci. = *nec ruere possit, insolescitis*.

maioresque sint vobis quam = B GVAD (s.m.) E Pall. Ort. D = *m. sunt vobis quam*. Col. = *maioresque vobis sint* om. *quam*. 𝔗𝔅 = *sint nobis quam*. 𝔈1. . . . 𝔅o — *vobis*. G = *consumendum satis*.

3. D = *barbari plerique*. 𝔗 . . . 𝔈1. = *spectent*. VP3. = *nec quo illa ex longinquo* rell. om. A = *nec quo illã pertinendã quae* (s.m. *illa pertinenda quae*). B = *nec quo illa pertinendave ex long*. G (m∽) = *nec quo illa pertinenda* [cr. *perfigenda*] *nec longinquo*. P2. = *illa pertinenda. nec ex long*. D (cr.) Col. Ort. P4. = *illa pertinenda quae*. E = *illa pertimenda quae*. sP4. 𝔗 . . . 𝔈1. = *illa pertingenda quae*. 𝔈2. . . . 𝔊 = *illa pertingant quae*. Pinc. v. l. ∽. 𝔗 . . . 𝔏4. = *instruuntur* contra mstos etiam Pinc. Gr. Trist. Scal. Dal. A = *intellegant*. B = *quod casus*. 𝔅1. ℜu 𝔅o — *iam* ante *iamque* contra mstos etiam Gr. P2. = *pretio*. A = *spoliatur sapiens*. A (s.m.) BGVDE Pall. Ort. 𝔗𝔅 = *spolia laturo: Sapienti*. Col. = *spolia ablaturus*. Pinc. ci. = *spolia daturi*. V = *quisque abstulerit*. V = *relinquent*.

futuris securus = BGVADE Gr. 𝔗 . . . 𝔈1. 𝔈2. . . . 𝔅o = *futuri securus*.

4. P3. = *Nihil magni*.

inquit ille Socrates = A. GVD E P3. 4. Col. Ort. = *Socrates ille inquit*. B = *soc' ille inquit*. mG = *sac' ille*. P2. = *Socrate ille inquit*. 𝔗𝔅 = *facit ille inquit*. 𝔈1. . . . 𝔅o = *Socrates inquit*. B = *cui de adversus*. GADE — *ius*. V = *cui eadem adversus humana potestas est*. 𝔗 . . . 𝔅o ∽. D (cr.∽) E (n.) = *ad opiniones nostras*. P2. = *actu*. Steph. (Prood. I, 7.) ci. = *ullum vitae meae actum*. V = *flectere*. E = *flecterent*. P4. = *in solita*. D (cr.∽) E Gr. 𝔗𝔅 = *conferre*. B (cr.∽) = *conviciari vos vitabo*. 𝔐 — *miserrimos* contra mstos etiam Gr. G = *Hic dicet ille*. BG(s∽) AD(s∽) mE = *cui sapienti*. VE 𝔗 . . . 𝔅o ∽. B GVDE 𝔗 . . . 𝔈1. = *contingit*. A ∽. G (m∽) D(m∽) P2. 4. = *non quia dat sed*.

5. 𝔗 . . . 𝔊 = *aestimatio me*. sG = *Existimatio mea*. V = *Existim. mei*. G (cr.∽) D = *non modo nomine*. E = *nostra non modo nomine*.

sed uestro mouet, quia calamitates odisse et lacessere uirtutem bonae spei eiuratio est. Nullam mihi iniuriam facitis: sed ne dis quidem hi qui aras euertunt. Sed malum propositum adparet malumque consilium etiam ibi ubi nocere non potuit. Sic uestras hallucinationes fero quemadmodum Iupiter optimus maximus ineptias poetarum: quorum alius illi alas inposuit, alius cornua, alius adulterum illum induxit et abnoctantem, alius sae- 6
uum in deos, alius iniquum in homines, alius raptorum ingenuorum corruptorem et cognatorum quidem, alius parricidam et regni alieni paternique expugnatorem. quibus nihil aliud actum est, quam ut pudor hominibus peccandi demeretur, si tales deos credidissent. Sed quamquam ista me nihil laedant, uestra uos moneo causa: Suspicite uirtutem. credite iis qui illam diu 7
secuti magnum quiddam ipsos et quod in dies maius adpareat sequi clamant. et ipsam ut deos et professores eius ut antistites colite. et quotiens mentio sacra literarum interuenerit,

𝔗𝔅 = *monet.*
quia calamitates odisse = B VADE Pinc. v. l. P3. 4. Col. Ort. 𝔅2. (AP3. = *calamitatis*). G = *movetque calamitates odisse.* P2. = *quia calamitatis est odisse.* 𝔗 . . . 𝔊 = *quia calamitas est odisse.* 𝔐 . . . 𝔑u 𝔅o — *quia calamitates.* m𝔈 = *at lacessere.* V P2. 3. Col. Ort. 𝔗 . . . 𝔈1. = *bonae spei evitatio est.* D = *bonae spei curatio est.* P4. = *iniuratio est.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *eviratio est.* Rell. etiam Pinc. ∞. G = *mihi iuriam facitis.*
sed ne dis quidem = BGVADE Gr. 𝔈1. 2. 𝔗𝔅 = *sed ne quidem diis.* Pinc. ci. 𝔈 . . . 𝔅o = *sicut ne diis quidem.* G = *hiis qui aras evenit* (m *evertunt*).
etiam ibi ubi = BAD P2. 3. Col. V — *ubi.* GP4. 𝔗 . . . 𝔅o — *ibi.* Ort. = *et ubi nocere.* A = *hallucina nationes* (m *habominationes*). VD E = *alutinationes.* G = *alucinationes.* 𝔗𝔅 = *allucinationes.* D (s.m.) = *abominationes.* B = *abucinationes.* 𝔗𝔅 = *inertias poetarum.* V = *quorum illi alius.* D (cr.∞) E (n.) = *quorum alius alii.* G = *alius ad ultimum illum indixit* (hoc cr.∞). 𝔗𝔅 = *illum adulterium indixerit.* 𝔈1. = *induxerit.* V = *et abnocentem.* P3. = *et obnemeritatem.* P4. = *et obnectantem.* 𝔗𝔅 = *obnotantem.* ADE Pinc. v. l. P2. Col. Ort. = *et obnoctantem.*
6. *raptorum ingenuorum corruptorem* = GAmD P2. 𝔊ro . . . 𝔅o. Col. = *raptarum ingenuarum corruptorem.* V ex. Fac. et Prim. — *raptorum.* BsG P4. Ort. 𝔗 . . . 𝔈2. = *raptorem ingenuorum corruptorem.* D = *raptorem ingenuorum correptorem.* E = *raptorem ingeniorum corruptorem.* 𝔈 . . . 𝔏4. = *raptorem ingenuorum corruptoremque.* Ort. (s∞) — *et* ante *cognatorum.* Col. = *et cognatarum.* E = *et conatorum.* V = *peccandi hominibus.* 𝔗𝔅 — *deos.* A (cr.∞) = *me a nihil laedant.* E — *nihil.* P4. = *vos movet causa.* Ex. Fac. et Prim. = *nos movet causa.* V = *suscipite virtutem.*
7. *credite iis qui* = A. BGVD E = *Cr. hiis qui.* 𝔗𝔅 = *Cr. his qui.* V = *secuti diu.* G = *magnum quidem ipsos* (s *ipsis*). 𝔊ro . . . 𝔅o = *magnum quoddam* contra mstos. 𝔗𝔅 = *in diem magnus.* GE = *in diem maius.* V = *ac professores.* P2. = *et antistites.* 𝔗 . . . 𝔊 = *sacrarum litterarum* contra mstos etiam Pinc. Gr. Steph. (ad Dal. Ep. 17.) suspectam habet vocem *literarum,* nec tamen audet substituere *mysteriorum:* alioquin libenter scriberet *sacrorum mysteriorum.*

ſauete linguis. Hoc uerbum non, ut plerique existimant, a fa-
uore trahitur: sed imperatur silentium, ut rite peragi possit
sacrum nulla uoce mala obstrepente. XXVII. Quod multo
magis necessarium est imperari uobis, ut quotiens aliquid ex illo
proferetur oraculo, intenti et conpressa uoce audiatis. Cum
sistrum aliquis concutiens ex imperio mentitur, cum aliquis se-
candi lacertos suos artifex brachia atque humeros suspensa manu
cruentat, cum aliquis genibus per uiam repens ululat laurumque
linteatus senex et medio lucernam die praeferens conclamat
iratum aliquem deorum: concurritis et auditis et diuinum esse
2 eum inuicem mutuum alentes stuporem adfirmatis. Ecce So-
crates ex illo carcere quem intrando purgauit omnique honestio-
rem curia reddidit proclamat: Quis iste furor? quae ista inimica
dis hominibusque natura est infamare uirtutes et malignis ser-
monibus sancta uiolare? Si potestis, bonos laudate: si minus,
transite. Quod si uobis exercere tetram istam licentiam placet,
alter in alterum incursitate: nam cum in coelum insanitis, non
dico sacrilegium facitis, sed operam perditis. Praebui ego ali-
quando Aristophani materiam iocorum: tota illa comicorum poe-
3 tarum manus in me uenenatos sales suos effudit. Inlustrata est
uirtus mea per ea ipsa per quae petebatur. produci enim illi

E = *literarum v e n e rit.* A = *favete linguis h u i c. verbum non.* E = *Hoc n o n b e n e non plerique.* V = *Hoc verbum ut plerique existimant non.* Iac. Lectius, Dalech., Ios. Castalio (Obss. p. 118 sq.) verba *Hoc verbum ... obstrepente* pro glossemate habent: atque idem sentit Fr. Haase. At leguntur in omnibus libris etiam Gr., et respicit ad ea initium capitis proximi. Col. = *a favore trah u n t.* Lips. ci. = *a d favor e m trahitur s. trah i t.* E = *possit s a t i u m.* E = *obstrepen t e m.*

Cap. XXVII.

D (cr.∾) E = *imperari n o bis.* V DP2. Ort. 𝔑 . . . 𝔊 = *ex illo prof e r tur.* G = *cum sist u m.* E = *ali q u i d.* V = *aliquis i n cutiens.* sG = *aliquis int u e n s.* G (m∾) = *ex imperit u s mentitur.* E = *m e titur. Cum aliqui d.* B = *atque humer o.* 𝔑 . . . 𝔙 = *per viam rep e r i e n s.* G V = *u l l u tat.* D(cr.∾) = *laurumque l a u reatus.* sG = *linteat u m.* V = *medioq u e lucernam.* P2. 𝔑 . . . 𝔙 = *p e r ferens.* 𝔈1. 2. = *p r o ferens.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. 𝔑 . . . 𝔙 = *concurr e t is.* BG 𝔑𝔗 = *a c divinum esse.* Amicus Grut. maluit *in vicem.*

2. 𝔑 . . . 𝔙o = *Ecce soc e r ex illo.* sG = *ex u n o l' i m o carcere.* Germ. Dal. = *ex i m o carcere.* G = *cu ri a m reddidit.* D(cr.∾) E = *cur a m redd i t.* 𝔑 . . . 𝔙 = *cur a reddidit.* 𝔑u . . . 𝔙o = *reddidit! Proclamat.* A (s.m.) = *Q u i iste furor.* D(s∾) E = *hominibus* sine *que.* G𝔑 . . . 𝔊 — *est* post *natura.* V = *excer p ere istam tetram licentiam.* D(cr.∾) E(u.) 𝔑 . . . 𝔙 = *t e r r a m istam licentiam.* V = *alterum incu r s a te.* DE 𝔙 = *aristo phã.* 𝔑𝔗 = *aristoph a m.* BGDE = *materiam l o c orum.*

c o m i corùm poetarum = BGVAD E 𝔑 . . . 𝔊ro 𝔙2. 𝔙1. 𝔑u 𝔙o = *m i m i corum poetarum.* probat censor 𝔑u (in Supp. Ann. Litt. Hall. a. 1806. p. 412.) tanquam scripturam elegantiorem. G (s∾) D(cr.∾) E = *poetarum ma n e t.* V = *ven a t o s sales.*

3. B = *Illust r a est* [GDE P2. 4. 𝔑 . . . 𝔊 =] *m a n u s mea.* Germ. m𝔈2. = *m e n s mea* (in m𝔍u legitur *me u s*).

et temptari expedit. nec ulli magis intellegunt quanta sit quam qui uires eius lacessendo senserunt. Duritia silicis nullis magis quam ſerientibus nota est. Praebeo me non aliter quam rupes aliqua in uadoso mari destituta quam fluctus non desinunt undecumque moti sunt uerberare: nec ideo aut loco eam mouent aut per tot aetates crebro incursu suo consumunt. Adsilite, ſacite 4
inpetum: ferendo uos uincam. In ea quae firma et inexsuperabilia sunt quicquid incurrit malo suo uim suam exercet. Proinde quaerite mollem cedentemque materiam in qua tela uestra ſigantur. Uobis autem uacat aliena scrutari mala et sententias ferre de quoquam? Quare hic philosophus laxius habitat, quare hic lautius coenat? Papulas obseruatis alienas obsiti plurimis ulceribus. Hoc tale est quale si quis pulcherrimorum 5
corporum naeuos aut uerrucas derideat quem ſera scabies depascitur. Obicite Platoni, quod petierit pecuniam, Aristoteli, quod acceperit, Democrito, quod neglexerit, Epicuro, quod consumpserit. mihi ipsi Alcibiadem et Phaedrum obiectate.

Rell. etiam ex. Fac. et Prim. P3. Col. Ort. ∾. GD(m∾) E — *ipsa* post *per ea*. V — *qui* ante *vires eius*. G = *duricia felicis*.

nullis magis = BGVAD. E 𝔑 ... 𝔅o = *nulli magis*. G (s∾) = *Praebe me non aliter*. V (cr. ∾) — *me*. AE = *invadoso mari*. Lips. ci. = *in undoso*. 𝔅1. = *in cursu suo*.

4. DE 𝔑 ... 𝔈1. = *A silice facite*. sDG = *Asilite*. V = *impetum facite*. 𝔑 ... 𝔅 = *feriendo vos vincam*. E(n.) = *ferendo vos succam*.

et inexsuperabilia = ADE 𝔑. 𝔗𝔅 = *et exuperabilia*. BGV 𝔈1. ... 𝔅o = *et insuperabilia*. G (cr.∾) = *sicut quicquid*. G (n.) E P2. 4. Ort. 𝔑 ... 𝔅 + *in malo suo*. 𝔑 ... 𝔅 + *exercet. qui firma et insuperabilia aggreditur*. 𝔑 ... 𝔊 = *aliquem mollem*. BGADE = *aliquam molem*. V ∾.

in qua tela vestra = BGVADE 𝔑 ... 𝔅. 𝔈1. ... 𝔅o = *in quam tela vestra*. D = *sententiam*. B = *saxius habitat*. 𝔑 ... 𝔅 = *lapsius habitat*. 𝔈1. ... 𝔊 = *latius habitat*. Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. V = *quomodo hic splendide coenat*. V = *Pabulas*. Liber Sicul. Mur. + *ibsi obsiti* („Alii putarunt, *ibsi obsi*, per errorem a librariis scriptum." Mur.). 𝔐 ... 𝔏4. 𝔅1. 𝔑u 𝔅o + *ipsi obsiti* contra mstos etiam Gr. A(cr.∾) = *opsiti*. B — *obsiti*. D (cr. ∾) = *obliti*. B = *plurimus*. E = *pluribus*. V = *ulceribus plurimis*.

5. VmG 𝔑 ... 𝔅 = *nervos aut verrucas*. B = *ne vos aut v.*

quem fera scabies = VA Bong. ex. Fac. et Prim. P3. Ort. (s.m.) m𝔈2. 𝔐 (V = *quas*). G = *que vera scabies*. BP2. 4. Ort. 𝔈1. 2. = *quem vera scabies*. 𝔑 ... 𝔅 = *quam vera scabies*. DE = *quem scabies feda*. Ex. Pinc. Col. 𝔏 ... 𝔅o = *quem foeda scabies*. 𝔈𝔊 = *quem scabies* om. *fera*. V = *depascatur*. G (m∾) = *Obicere Platoni*. V — *Democrito, quod neglexerit*. G = *Demetrio*. B = *neglexerint*. G (s∾) = *quod sumpserit*. V — *mihi ipsi ... obiectate*. A = *mihi ipsi ali ubi ad se et paedrum*. B = *mihi ipse alubi ad se et paedrum*. G = *mihi ipse* [s i] *abibi* [s *alicui*] *ad se pedium* (haec lineola ab al. m.). D = *mihi ipse* [cr. *ipsi*] *aliquod fedum obiectate*. E = *mihi atiquod ipse fedum obiectate*. Cod. optimus Lips. = *mihi ipsi aliquid foedum obiectate*. quod probaret Lips., si in persona Senecae haec dicta essent. Tres codd. N. Fabri = *alicubi as-*

6 O nos usu maxime felices, cum primum nobis imitari uitia nostra contigerit! Quin potius mala uestra circumspicitis quae uos ab omni parte confodiunt, alia grassantia extrinsecus, alia in uisceribus ipsis ardentia? Non eo loco res humanae sunt: etiam si statum uestrum parum nostis, et uobis tantum otii supersit, ut in probra meliorum agitare linguam uacet? XXVIII. Hoc uos non intellegitis et alienum fortunae uestrae uoltum geritis: sicut plurimi quibus in circo aut theatro desidentibus iam funesta domus est nec adnuntiatum malum. At ego ex alto prospiciens uideo quae tempestates aut inmineant uobis paulo tardius rupturae nimbum suum aut iam uicinae uos ac uestra rapturae propius accesserint. Quid porro? nonne nunc quoque, etiam si parum sentitis, turbo quidam animos uestros rotat et inuoluit fugientes petentesque eadem et nunc in sublime adleuatos nunc in infima adlisos? ******

sem et pedrum. Unus eiusdem et Ort. = *alicubi assem et praedium.* quod solum purum putum arbitratur Faber nec improbat Grut. Refutat eos Lips.: potius scribendum fuisse *aes et praedia.* P2. = *mihi ipse alibi ad se et pedium obiectate.* P3. = *mihi ipsi aliubi assem et pedrum obi.* P4. = *mihi ipse alubi ad se et pedium obi.* Col. = *mihi ipsi aliubi assem et pedum obiectare.* 𝔑 . . . 𝔈1. = *mihi ipsi* [𝔅 = *ipsa*] *alibi et se et pedium obiectare* (𝔈1. = *obiectate.* m𝔈1. = *foedum*).

6. 𝔐 — *usu* ante *maxime* contra mstos etiam Gr. Lips. ci. = *O vos isti maxime.* Gron. ci. = *O vos tum maxime.* E 𝔑 . . . 𝔅 = *vitia vestra.* sG = $\overset{\text{va}}{\textit{contigerit}}$ . . . $\overset{\text{cat}}{\textit{vestra}}$. B = *contingerit.* A(s∾) = *qui potius.* V = *circumspicite.* quod valde placet. B G𝔑 = *crassantia.* D(m∾) E = *Num eo loco.*

et vobis = BGVADE Pinc. v. l. Gr. 𝔑 . . . 𝔅. 𝔈1. . . 𝔅o = *ut vobis . . . vacet.* sine interrogationis nota. BG P2. 4. 𝔑 . . . 𝔅 = *tantum ocius* [sG = *otii*] *supersunt* (sP4. = *id est subito*). VP3. = *tantum otia supersunt.* Ort. = *tantum otiosa supersunt.* 𝔈1. = *tantum otium supersit.* ADE Col. ∾. E = *ut improbam meliorum.* V = *in probra melius.* 𝔑 . . . 𝔅 = *lingua.*

Cap. XXVIII.

𝔑 . . . 𝔊 = *Haec vos non.* E = *ut alienum.* 𝔑 . . . 𝔅 = *sic plurimis quibus.* E — *in circo.* D(cr.∾) = *id circo.*

aut theatro = BGVAD. E𝔑 . . . 𝔅o + *aut in theatro.* B — *domus.* 𝔑 . . . 𝔅 = *rupturae in cerebrum suum.* D = *rupturae membrum suum.* BGVADE Gr. 𝔑 . . . 𝔐 = *aut tam vicinae.* Pinc. v. l. ∾. V = *vos et vestra tracturae propius accesserunt.* Pinc. v. l. Col. = *vos ac vestra tracturae.* P2. 𝔑𝔈1. + *ut vos ac vestra rapturae.* P3. = *vos et* [= Ort.] *vestra casurae.* P4. = *nos ac nostra rupturae.* 𝔗𝔅 = *ut vos ac vestra rupturae.* 𝔈2. . . . 𝔐 + *ut vos ac vestra rapturae sint, si propius acc.* BAD(cr.∾) E tres Gr. = *non nuncne quoque.* G = *non nunc nemoque.* 𝔑 . . . 𝔅 = *nonne hunc quoque.* VP4. ∾. G(s∾) = *turbas quidam.* E𝔅1. 𝔑u 𝔅o = *turbo quidem.* G — *in* ante *infima.* V ex. Fac. et Prim. P3. + *adlisos magno vos* [P3. = *nos*] *consensu* [Pinc. ci. = *concussu*] *in vitia rapit* (cf. initium libri *de Otio*). mG 𝔑 . . . 𝔅o + *allisos rapit.* Rell. etiam P2. 4. Cok codd. Lips. ∾. Clausula libri *de Vita Beata* perdita est. cf. comm. crit. ad initium libelli proximi.

AD SERENUM

DE OTIO.

AD SERENUM

DE OTIO.

I. [28.] ****** cur nobis magno consensu uitia commendant? Licet nihil aliud quod sit salutare temptemus, proderit tamen per se ipsum secedere: meliores erimus singuli. Quid,

BGE P2. 4. Ort. 𝔗 . . . 𝔈1. = *sive patiatur.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *sive politur.* 𝔐 = *sive spargitur.* Ex. Fac. et Prim. 𝔏 . . . 𝔏4. = *sive exspatiatur.* VAD Bong. P3. Col. 𝔊ro . . . 𝔚o ∾.

et se utitur suo iure = BAE Bong. Col. P2. 4. Ort. 𝔐 𝔊ro . . . 𝔚o. GVD P3. — *se.* 𝔗 . . . 𝔈1. = *et sentitur suo iure.* 𝔈2. . . . 𝔊 𝔏 . . . 𝔏4. = *et fruitur suo iure.*

excessus = BGVADE 𝔗 . . . 𝔈1. 𝔈2. . . . 𝔚o = *accessus.* D (s∾) = *cogitur* om. *que.* E = *cogitaturque.* G(s∾) — *et* ante *angusto.*

circumsepta = BA Tronc. (A = *circumsaepta*). GDE = *circumspecta.* V𝔗 . . . 𝔚o = *circumscripta.* D(s.m.) = *adoperta.* BGAD (m∾) EP2. 4. Col. 𝔗 . . . 𝔈2. = *prosit.* de quo vide. V ex. Fac. et Prim. P3. Ort. ∾.

12. Ex. Fac. et Prim. 𝔐 . . . 𝔏4. = *Longe, inquam* contra mstos etiam Gr. A = *prohibebitur.* de quo vide.

locus honestae sit = BADE P2. 4. Ort. 𝔗 . . . 𝔊. G (s∾) — *sit.* Col. = *actioni honeste habitus sit.* V ex. Fac. et Prim. P3. 𝔐 . . . 𝔚o = *honestae locus sit.* V(cr.∾) = *Num quid potest.* G = *trescentos.* V — *ideo.*

faciebant = BGVADE 𝔗 . . . 𝔈1. 𝔈2. . . . 𝔚o = *faciebat.*

erat Areos pagos, religiosissimum iudicium, in qua senatus po-
pulusque senatu similis coibat cotidie carnificum triste collegium
et infelix curia tyrannis angusta. Poteratne illa ciuitas con-
quiescere in qua tot tyranni erant quot satellites essent? Ne
spes quidem ulla recipiendae libertatis animis poterat offerri.
nec ulli remedio locus adparebat contra tantam uim malorum:
14 unde enim miserae ciuitati tot Harmodios? Socrates tamen in
medio erat et lugentes patres consolabatur et desperantes de re-
publica exhortabatur et diuitibus opes suas metuentibus ex-
probrabat seram periculosae auaritiae poenitentiam et imitari
nolentibus magnum circumferebat exemplar, cum inter triginta
dominos liber incederet. Hunc tamen Athenae ipsae in carcere
occiderunt. et qui tuto insultauerat agmini tyrannorum eius li-
bertatem libertas non tulit: ut scias et in adflicta republica esse
occasionem sapienti uiro ad se proferendum et in florenti ac bea-
15 ta pecuniam, inuidiam, mille alia inermia uitia regnare. Ut-
cumque ergo se respublica dabit, utcumque fortuna permittet,
ita aut explicabimus nos aut contrahemus: utique mouebimus
nec adligati metu torpebimus. Immo ille uir fuerit qui periculis
undique imminentibus, armis circa et catenis frementibus non

13. *Areos pagos* = BA. D = *Arios pagos*. sG = *Areopagos*. G V 𝔈1. . . . 𝔅𝔬 = *Ariopagos*. E = *Arispagos*. 𝔗𝔅 = *arnophagos*.
senatu similis = A. BGVDE 𝔗 . . . 𝔅𝔬 = *senatui similis*. G = *cohibat*. G (s∾) = *civitas quiescere*. Pinc. ci. = *in qua quot tyranni tot satellites erant*. 𝔗𝔅 = *in qua tot tyranni erant quot satellites erant*. 𝔈1. . . . 𝔊𝔏 . . . 𝔏4. = *in qua tot tyranni, quot satellites erant*. 𝔐 = *in qua tot tyranni, tot satellites erant*. Mss. etiam Gr. cod. Lips. ∾. V = *poterat afferri*. mG = *circa tantam vim*. V = *vim malorum tantam*. G = *miser civitati*. G = *Armodios*. V = *Armadios*.

14. G = *Socra tamen*. 𝔗 . . . 𝔊 = *opes suas moerentibus* contra mstos etiam Bong. ex Cui. omnes Pinc. Gr. V = *exprobabat*. BGAE = *feram periculosae*. G = *et inmitari*. D (cr.∾) E = *exemplum*. BG D (cr.∾) E = *inter triginta domos*. V = *inter triginta duos*. 𝔗𝔅 = *incideret*. BG (m ∾) P2. Ort. 𝔗𝔅 = *cuius libertatem*. ADE Col. 𝔈1. = *civis libertatem*. V P3. 4. ∾. 𝔐 . . . 𝔏4. = *libera civitas non tulit* contra mstos etiam Gr. D = *vero* [m *non*] *tulit*. BGmD Gr. 𝔗𝔅 + *Et ut scias*. V = *hec ut scias in affl. rep. esse actionem*. ADE ∾. Pinc. ci. 𝔈 . . . 𝔐 = *impotentiam, invidiam*. Lips. ci. = *petulantiam, invidiam*. Col. = *pecuniae invidiam*. P3. ambigue scribit, ut legi possit *peniniam*. Mss. etiam P3. 4. Ort. ∾. V + *mille etiam alia*.
alia inermia vitia = BGVAD(s.m.). E — *alia*. D = *alia inermia* [m *inercia*] *enim* [n.] *vicia*. P4. = *ineruna*. mP4. = *enormia*. Col. = *inhaerentia*. P2. 3. Ort. (?) 𝔗 . . . 𝔅𝔬 = *vitia inermia*.

15. G = *Ut quocunque*. G(m∾) = *si resp*. P2. = *res se publica*. probat Grut. G = *fortuna perimet*. A = *contrahimus*. E + *movebimus nos*. BG = *vir ille fuerit*. B — *armis*. Col. — *armis . . . frementibus*. G

adhiserit uirtutem nec absconderit. Non est enim seruare se
obruere. Ut opinor, Curius Dentatus aiebat *Malle esse se* 16
mortuum quam uiuere. Ultimum malorum est uiuorum nu-
mero exire, antequam moriaris. Sed faciendum erit, si in rei-
publicae tempus minus tractabile incideris, ut plus otio ac lite-
ris uindices. nec aliter quam in periculosa nauigatione subinde
portum petas nec exspectes, donec res te dimittant, sed ab illis
te ipse diiungas. IV. Inspicere autem debebimus primum nos-
metipsos, deinde ea quae adgrediemur negotia, deinde eos quo-
rum causa aut cum quibus. Ante omnia necesse est se ipsum
aestimare, quia fere plus nobis uidemur posse quam possumus.
Alius eloquentiae fiducia prolabitur. alius patrimonio suo plus
imperauit quam ferre posset. alius infirmum corpus laborioso
pressit officio. Quorumdam parum idonea est uerecundia rebus 2

= *armis cura.* P2. + *circa se.* Ort. — *circa.* 𝔈1....𝔐 = *armis et catenis circumfrementibus.* Rell. etiam Bong. P3. 4. ∾.

Non est enim servare se obruere = A𝔐. B = *Non enim servare se obruere* om. *est.* V P2. 3. 𝔗...𝔈1. = *Non enim debet servare se vel* [𝔈1. = *nec*] *obruere, ut opinor.* GE P4. Ort. = *Non enim servare se voluit nec obruere, ut opinor* (P4. = *nec opinor. Curius*). D = *Non enim servare se debet nec obruere.* Col. = *non enim debet servare; voluit se vel obruere, ut opinor. Curius.* Agric. ci. = *Non enim debet servantem se velo obruere.* 𝔈2. ... 𝔊𝔏 ...𝔏4. = *Non enim debet servantem se obruere, ut opinor* (𝔏...𝔏4. = *Ut opinor*). Erm. ci. = *Non enim debet celare se nec obruere.* Lips. ci. = *Non enim cernuare se vult, nec obruere.* 𝔊ro...𝔅1. = *Non enim debet; cernulare se voluit nec obruere.* 𝔑u...𝔚o = *Non enim debet; servare se voluit nec obruere.*

16. D (cr.∾) = *Curius dendatus.* E = *Curius dampnatus agebat* (*si*). 𝔗𝔚 = *Curius dictatus.* V = *se mortuum esse.* A(cr.∾)DE = *se esse mortuum.* 𝔈2....𝔊 + *non vivere.* Pinc. ci. 𝔐 = *Malle esse se quam vivere mortuum.* probat Grut. Rell. etiam Gr. ∾.

e vivorum numero = VADE Bong. BG = *e vitiorum numero.* 𝔗... 𝔈2. = *ex vir orum numero.* A(s.m.) 𝔊...𝔚o = *ex vivorum n.* Pinc. notat tantum in suis libris legi *vivorum,* non *virorum.* P2. = *ex vivorum numero non exire.* P4. = *vitiorum numero non exire* om. *e.* DE + *Sed hoc fac.* P2. 4. + *te vindices.* E = *Non aliter quam.* P2. 3. Col. + *in periculosa.* VP3. = *summum portum petas.* P2. Col. 𝔗...𝔈2. = *submersus portum petas.* Rell. etiam Pinc. P4. Ort. ∾. V — *te* ante *dimittant.*

diiungas = A. BGVDE 𝔗... 𝔚o = *dis iungas.*

Cap. IV.

debebimus = BADE. GV𝔗... 𝔚o = *debemus.*

ea quae adgrediemur = BGADE P2. 4. Col. 𝔗𝔚 = *ea quae* [= Tronc. Germ. Scal.] *aggredimur.* V = *deinde quae aggrediamur.* Ort. = *deinde quae aggrediuntur.* 𝔈1. ...𝔚o = *deinde quae aggredimur.*

aut cum quibus = BVA P2. 3. Col. 𝔗...𝔈2. GmVDE Pinc. v. l. P4. Ort. 𝔊...𝔚o + *aut cum quibus agendum est.* V = *semet ipsum aestimare.* D (cr.∾) E = *quia ferre plus.* A(cr.∾) = *eloquentia fiducia.* 𝔊 = *imperabit.*

ferre posset = BGVADE. 𝔗... 𝔚o = *ferre possit.*

laborioso pressit = BGADE Pinc.

ciuilibus quae primam frontem desiderant. quorumdam contumacia non facit ad aulam. quidam non habent iram in potestate et illos ad temeraria uerba quaelibet indignatio offert. quidam urbanitatem nesciunt continere nec periculosis abstinent salibus. Omnibus his utilior negotio quies est: ferox inpatiensque natura inritamenta nociturae libertatis euitet. V. Aestimanda sunt deinde ipsa quae adgredimur et uires nostrae cum rebus quas temptaturi sumus conparandae. Debet enim semper plus esse uirium in actore quam in onere: necesse est opprimant onera quae ferente maiora sunt. Quaedam praeterea non tam magna
2 sunt negotia quam fecunda multumque negotiorum ferunt: et haec refugienda sunt ex quibus noua occupatio multiplexque nascetur. Nec accedendum eo unde liber regressus non sit: iis admouenda manus est quorum finem aut facere aut certe sperare possis. relinquenda quae latius actu procedunt nec ubi propo-

v. l. P3. Ort. Col. Tronc. Anic. Rom. Scal. V = *laborioso p r a e s t i t i t.* P2. = *laborio s e pre s it.* P4. = *laborio s e pressit.* 𝔗 . . . 𝔙o = *laborioso o p p ressit.*

2. *quae p r i m a m frontem desiderant* = BGADE Gr. cod. Lips. Anic. Scal. 𝔗 . . . 𝔈1. 𝔅2. Lipsius interpretatur: „aut eximiam et notabilem in duritie: aut primo et ante omnia assumendam talem frontem." Ego malim: primam frontis partem eamque duriorem. V = *q u i primam fr. d.* 𝔈2. . . . 𝔑u 𝔙o = *quae f i r m a m frontem des.* quod magis placet. BG (s∾) VD (m∾) E 𝔗 . . . 𝔈1. = *q u o r u m contumacia.* A ∾. E — *non* ante *facit.* mG = *non facit ad i l l a s.*

indignatio o f fert = BGAmDE Pall. Col. mGVD Ort. = *indignatio a f fert.* 𝔗 . . . 𝔙o = *ind. e f fert.* B = *nec perico l i s abstinet a salibus.* V P2. 3. Ort. 𝔗 . . . 𝔈1. 𝔅2. + *a salibus.* Grut. probat. G = *nec peri c u l i s abstinent a b i n a n i b u s.* D = *nec peri c u l i s a b i n a n i b u s abstinent salibus.* E = *nec peri c u l i s abstinent a b i n a n i b u s salibus.* Tronc. = *nec i n peri c u l i s.* P4. = *abstinent a b i n a n i b u s.* Col. = *abstinent a t alibus.* A ∾. V = *omnibus i i s utili u s negotium quies est.* B = *utilio r i negotio.* E(n.) = *neg o t i a tio.* B = *impatiensque t u r t u r a irrit.* G = *impatiens t u r tura irrit.* mD = *impatiensque t o r t ura.* V 𝔗 . . . 𝔊 = *nocitu r a liberta t i evitet* (hoc apud V in lit.). A = *nociturae libertatis sevit.* et. Col. = *nociturae liberta t i s e v i t. E t aestim e t.* P3. = *nocitur a liberta l i s e v i t extimanda sunt.* Rell. etiam Bong. Pinc. v. l. P2. 4. Ort. ∾.

Cap. V.

G — *cum* ante *rebus.* G — *enim semper.* BDE — *semper.*

in a c t o r e = BGADE Gr. 𝔈1. . . . 𝔊 𝔑u . . . 𝔙o. V = *in a u ctore.* 𝔗 𝔅 m𝔈2. = *in actio n e.* mD = *in l a c tore.* Pinc. ci. 𝔐 . . . 𝔏4. = *in l a t ore.* Dalech. Gron. cii. 𝔊ro . . . 𝔅1. = *in v e c tore.* BGDE 𝔗 . . . 𝔊 = *quam in p o n dere.* Ort. = *quam p o n d ere.* VA (Pall. Col.) ∾. V = *maiora ferente.* A = *non i a m magna sunt.* D (m∾) — *multumque . . .* (2) *refugienda.* 𝔐 = *negotiorum s e r unt* contra mstos etiam Gr.

2. V = *liber e g ressus.*

i i s admovenda = A. BGVDE = *hiis admovenda.* 𝔗 . . . 𝔙o = *h i s adm.* V = *aut sperare certe.* 𝔗𝔅 = *aut sperare possis certe. Relinq.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *aut sperare possis. Certe relinq.* 𝔐 — *certe.* Rell. etiam Bong. Gr. ∾. D + *Relinquenda s u n t.* E + *Relinquenda s u n t e t i a m.* A = *latius ac tu.* E = *proposuer i t.*

sueris desinunt. VI. Hominum utique delectus habendus est: an digni sint quibus partem uitae nostrae inpendamus, an ad illos temporis nostri iactura perueniat. Quidam enim ultro officia nobis nostra inputant. Athenodorus ait *Ne ad coenam quidem se iturum ad eum qui sibi nil pro hoc debiturus sit.* Puto intellegis multo minus ad eos iturum qui cum amicorum officiis paria mensa faciunt, qui fericula pro congiariis numerant,
quasi in alienum honorem intemperantes sint. Deme illis testes 2
spectatoresque, non delectabit popina secreta. Considerandum est utrum natura tua agendis rebus an otioso studio contemplationique aptior sit et eo inclinandum quo te uis ingenii feret. Isocrates Ephorum iniecta manu a foro subduxit utiliorem conponendis monumentis historiarum ratus. Male enim respondent coacta ingenia: reluctante natura inritus labor est. VII. Nihil tamen aeque oblectauerit animum quam amicitia fidelis et dulcis.

Cap. VI.

BV (lit.) D (cr. ∾) E P2. Ort. 𝔗 . . . 𝔈1. = *Hominum namque.* P4. = *Hominum vanique.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *Hominum quoque.* Rell. etiam Pinc. P3. ∾. V (lit.) 𝔗𝔅 = *dilectus.* G = *est habendus.* DE = *digni sunt.* G = *qui partem.* BG = *iactura temporis nostri.*

Quidam enim ultro officia nobis nostra = BGVADE Gr. (V = *ultra*). 𝔗 . . . 𝔏4. = *Quidam ultro officia nostra nobis.* 𝔊ro . . . 𝔅o = *Quidam enim ultro officia nostra nobis.* GV = *Antenodorus.* B = *Anthenodorus.* E = *quidam se.* GE = *qui sibi nichil pro hoc.* D = *qui nichil sibi pro hoc.*

paria mensa faciunt = BGABong. ci. Lips. DE cod. Lips. 𝔈1. . . . 𝔏4. + *paria in mensa faciunt.* P2. 4. Col. 𝔗𝔅 𝔊ro . . . 𝔅o = *parem mensam faciunt.* probant Grut. Gron. mGVmD ex. Fac. et Prim. P3. Ort. Scal. = *pares mensas faciunt.*

fericula = A. A (s.m.) BGVDE 𝔗 . . . 𝔅o = *fercula.* G (m∾) — *numerant.*

2. BCol. = *deinde illis testes.* D (m∾) = *De illis testes.* E = *De me illis testes.* 𝔗𝔅 = *deinde illi testes.* 𝔈1. . . . 𝔊 = *Deinde illi sint testes.* V = *Deme testes illis.* Rell. etiam Bong. ex Cui. Pinc. v. l. Pall. Ort. ∾. E + *delectabit me.*

Considerandum. Lips. hic hiatum suspicatur. B = *otiosa studio.* Col. 𝔗 . . . 𝔊 = *otio, studio.* Rell. etiam Bong. Pinc. Pall. Ort. ∾. V + *et in eo inclinandum.*

quo te vis ingenii feret = A. BGVDE Gr. 𝔗 . . . 𝔈1. 𝔊ro . . . 𝔅1. 2. = ∾ *refert.* probat Grut. 𝔈2. . . . 𝔏4. ℜu 𝔅o = ∾ *defert.* A = *Socrate sephorum.* A (s.m.) BDE P2. (immo 3.) 4. Ort. 𝔈1. = *Socrates Ephorum.* G = *Socrates Efforum.* V = *Socrates emphorum* (hoc cr. ∾). P2. = *Socrates ethorum.* 𝔗𝔅 = *Socrates aethorum.* Col. = *Socrates pro novephorum* (i. e. *philosophorum*). BGADE Col. = *lecta manu.* VP2. = *leta manu.* P2. (immo 3.) 4. Ort. 𝔗𝔅 = *laeta manu.* E (n.) = *Ultiorem componendis.*

Cap. VII.

Cum haec prioribus non bene connexa sint, Lips. suspicatur hiulca esse: 𝔏4. ℜu 𝔅o hiatum stellulis significant. 𝔗 . . . 𝔈 praefigunt: *De his quae animum delectant: et de commodis amicitiae: et quod amicus cupiditatibus vacuus eligatur.* D (s.m.) = *Nihil tam.* 𝔗 . . . 𝔐 — *et dulcis*

Quantum bonum est, ubi sunt praeparata pectora in quae tuto
secretum omne descendat, quorum conscientiam minus quam
tuam timeas, quorum sermo sollicitudinem leniat, sententia con-
silium expediat, hilaritas tristitiam dissipet, conspectus ipse de-
lectet? Quos scilicet uacuos, quantum fieri poterit, a cupidita-
2 tibus eligemus. Serpunt enim uitia et in proximum quemque
transsiliunt et contactu nocent. Itaque, ut in pestilentia curan-
dum est, ne correptis iam corporibus et morbo flagrantibus ad-
sideamus, quia pericula trahemus adflatuque ipso laborabimus:
ita in amicorum legendis ingeniis dabimus operam, ut quam mi-
nime inquinatos adsumamus. Initium morbi est aegris sana
miscere. Nec hoc praeceperim tibi, ut neminem nisi sapientem
sequaris aut adtrahas: ubi enim istum inuenies quem tot seculis
3 quaerimus? pro optimo est minime malus. Uix tibi esset fa-
cultas delectus felicioris, si inter Platonas et Xenophontas et
illum Socratici fetus prouentum bonos quaereres, aut si tibi po-
testas Catonianae fieret aetatis quae plerosque dignos tulit qui
Catonis seculo nascerentur, sicut multos peiores quam umquam
alias maximorumque molitores scelerum. Utraque enim turba
opus erat, ut Cato posset intellegi: habere debuit et bonos qui-
bus se adprobaret et malos in quibus uim suam experiretur.

contra mstos etiam Gr. BGV = *praeparata sunt.* sE + *amicorum pectora.* G(s∾) = *in quo tuto.* V = *descendit.* G — *quorum ... timeas.* V = *illaritas tristitiam.* sE P4. = *hilaritas tristia.* P2. = *hil. tristissima.* B = *quam tum fieri poterit.* G = *fieri potuit.*

2. BGVAD Bong. Pall. Ort. 𝔗 ... 𝔈1. + *ut quod in pestilentia* [Scal. =] *curandum est* (D p.m. = *currandum*). Grut. ci. = *id quod in pest.* 𝔈2. ... 𝔏4. = *ut in pest. cavendum est.* E Col. ∾.

ne correptis iam corporibus = A (s.m.) Bong. ci. Lips. A = *nec correptis iam corp.* BGDE = *ne corruptis corporibus.* V 𝔗 ... 𝔚o = *ne corruptis iam corp.* V = *ex morbo fragrantibus.* 𝔗 ... 𝔈2. + *afflatu ipso in proximo* contra mstos etiam Pinc. Gr. A(cr.∾) = *ut operam quam minime.* BGVD (m∾) E Pall. 𝔗𝔚 = *operam quam ut minime.* Ort. = *operam ut minime.* B = *Vitium morbi est.* B = *Ne hoc praeceperim tibi.* 𝔗𝔚 = *ne hoc praeciperim tibi.* BA P2. 3. = *istud invenies quem.* Col. 𝔗 ... 𝔈2. = *istud invenies quod.* Rell. etiam Pinc. v. l. P4. Ort. ∾. Bong. = *Qui minimis urgetur, optimus ille est* pro illis: *Pro optimo est minime malus.*

3. B = *dilcctus felicioris.* E = *dilectus celitioris.* Lips. ci. + *delectus huius felicioris.* V = *et exenophontas.* GE = *Socratis fetum* (G cr. *fetus*). B = *Socranti fetus.* D(cr.∾) = *Socrati fetus.* mA = *Socratici cetus.* B = *bonos quaerens.* V = *at si tibi potestas.* E — *potestas.* G = *quae populosque dignos.* G = *que Catonis.* BG(m∾) DE P4. Ort. = *maiorumque molitores.* non displicet Grutero. Rell. ∾. D = *Utraque enim natura.* G (m∾) = *in quibus vim suam cogeretur.*

Nunc uero in tanta bonorum egestate minus fastidiosa fiat ele- 4
ctio: praecipue tamen uitentur tristes et omnia deplorantes qui-
bus nulla non causa in querelas placet. Constet illi licet fides
et beneuolentia, tranquillitati tamen inimicus est comes pertur-
batus et omnia gemens. VIII. Transeamus ad patrimonia, ma-
ximam humanarum aerumnarum materiam. Nam si omnia alia
quibus angimur conpares, mortes, aegrotationes, metus, desi-
deria, dolorum laborumque patientiam cum iis quae nobis mala
pecunia nostra exhibet, haec pars multum praegrauabit. Itaque
cogitandum est quanto lenior dolor sit non habere quam perdere:
et intellegemus paupertati eo minorem tormentorum quo minorem
damnorum esse materiam. Erras enim, si putas animosius 2
detrimenta diuites ferre: maximis minimisque corporibus par
est dolor uolneris. Bion eleganter ait *non minus molestum
esse caluis quam comatis pilos uelli.* Idem scias licet de pau-
peribus locupletibusque, par illis esse tormentum: utrisque enim
pecunia sua obhaesit nec sine sensu reuelli potest. Tolerabi-
lius autem est, ut dixi, faciliusque non adquirere quam amitte-
re: ideoque laetiores uidebis quos numquam fortuna respexit
quam quos deseruit. Uidit hoc Diogenes, uir ingentis animi, 3
et effecit ne quid sibi eripi posset. Tu istud paupertatem, in-
opiam, egestatem uoca, quod uoles ignominiosum securitati no-

4. D (m∾) — *non causam.* GD (cr.∾) E = *in querelis.* G(m∾) — *tamen.* sG = *et omnia timens.*

Cap. VIII.

𝔗...𝔈 praescribunt: *De mutatione animi.* G = *et* [n.] *maxima humanarum.* D(cr.∾)E = *maxima humanarum.* BG = *cum hiis quae nobis.* V𝔗𝔅 = *cum his quae nobis.* 𝔈1. = *cum is quae nobis.* V + *exhibet conferamus.* BGDE = *quantum levior.* GD(cr.∾)E = *intelligimus.* 𝔗 ... 𝔈1. = *et intelligamus paupertatem eo minorum.* 𝔈2. ... 𝔊 = *paupertatem.* V = *paupertatem eo mitiorem.* E = *paupertate minorem.*

2. BG = *divites detrimenta.* G(m∾) = *par est tormentum vulneris.* D (s∾) sE = *par est vulnus.* 𝔐 = *comatis quam calvis pilos velli* contra mstos. Ort. = *capillos velli.* sG = *pilos evelli.* G = *Idem fiat licet.* BVA Col. P2. 𝔗 ... 𝔈2. = *Utrique enim pecunia.* P3. = *Utrique pecunia.* G = *unde enim pecunia.* Ort. = *Uti enim pecunia.* 𝔍𝔫 ed. Par. a. 1613. = *Utriusque enim p.* DE Pinc. v. l. P4. ∾. VP2. 𝔗 ... 𝔐 = *adhaesit.* Rom. Scal. = *obhaeret.* Rell. etiam Pinc. P3. 4. Col. Ort. ∾.

revelli potest = BGVADE P3. 4. Col. Ort. 𝔊𝔯𝔬 ... 𝔅𝔬. probat Grut. P2. 𝔗𝔅 = *evelli potest.* 𝔈1. ... 𝔏4. = *avelli potest.* V = *Tolerabilius est autem.* V + *quam non amittere.* V = *ideo laetiores* om. *que.*

3. V = *Vir ingentis animi Diogenes hoc vidit.* G = *ne quis sibi eripi.*

voca, quod voles = BGAD (s.m.) Gr. V𝔗 ... 𝔈1. = *vocas: quod voles* (𝔈1. = *vocas?*). D = *vota quod voles.* E = *nota quod voles.* Anic. 𝔈2. ... 𝔊 𝔊𝔯𝔬 ... 𝔅𝔬 + *voca,*

men inpone: putabo hunc non esse felicem, si quem mihi alium
inueneris cui nihil pereat. Aut ego fallor aut regnum est inter
auaros, circumscriptores, latrones, plagiarios unum esse cui
noceri non possit. Si quis de felicitate Diogenis dubitat, potest
idem dubitare et de deorum inmortalium statu, an parum beate
degant, quod illis nec praedia nec horti sint nec alieno colono
4 rura pretiosa nec grande in foro fenus. Non te pudet quisquis
diuitiis adstupes? respice agedum mundum: nudos uidebis deos,
omnia dantes, nihil habentes. Hunc tu pauperem putas an dis
inmortalibus similem qui se fortuitis omnibus exuit? Feliciorem
tu Demetrium Pompeianum uocas quem non puduit locupletiorem
esse Pompeio? Numerus illi cotidie seruorum uelut imperatori
exercitus referebatur cui iam dudum diuitiae esse debuerant duo
5 uicarii et cella laxior. At Diogeni seruus unicus fugit nec eum
reducere, cum monstraretur, tanti putauit. *Turpe est*, inquit,
*Manen sine Diogene posse uiuere, Diogenen sine Mane
non posse.* Uidetur mihi dixisse: Age tuum negotium, fortuna.
nihil apud Diogenen iam tui est. Fugit mihi seruus? immo liber abiit. Familia petit uestiarium uictumque. tot uentres

et quod voles. 𝔐 . . . 𝔏4. = *voca, et quam voles.* G = *sed quem mihi* ∾ *cui nihil parcat.* G = *aut regimen inter avaros.* P4. — *est* post *regnum.* V (m∾) — *plagiarios.* D (m∾) — *esse* post *unum.* sGV = *dubitet.* E = *cogitat, potest idem.*

quod illis nec praedia nec horti sint = A. V = *quod illis nec praedia nec orti sunt.* B = *quod illis non praedia nec orti sunt.* G = *quod illi non praedia nec orti sunt.* DE = *quod illis non* ∾ *sunt.* 𝔗 . . . 𝔅o = *quod illis non* ∾ (𝔗𝔅 = *orti*).

4. V = *Non pudet te.* P4. = *quisquis divitiis obstupes.* 𝔈1. = *divitias stupes.* Col. = *quisquis divitiis ad stipes.* BG = *respice dum mundum.* mD = *respice nudum mundum.* E 𝔗𝔅. = *agendum mundum.* V + *nihil autem habentes.* G (s∾) = *pauperem putes.* G = *immortalibus simul est.* B = *qui te fortuitis.* GDE = *Numerus enim cotidie.* V = *Numerus ille servorum cotidie.* E = *imperatoris.* G = *divitiae exire debuerant.* Ad vocem *vicarii* mA haec habet: *.s. servi servorum.*

5. G = *Aut Diogeni.* A *At* habet a s.m., prius fortasse fuit *ad.* G = *fugit nec eum recludere.* BG — *inquit.* BGVADE P3. 4. Col. Ort. 𝔗 . . . 𝔈1. = *Mathen sine D.* P2. = *Matheum sine D.*

Diogenen = A Bong. BGVDE 𝔗 . . . 𝔅o = *Diogenem* (aut ambigue *Diogenẽ*). 𝔈𝔖 + *iam sine M.* Bong. + *vero sine M.* BVAD = *sine Mathe.* G Ort. Col. P3. 4. 𝔗 . . . 𝔈1. = *sine Mathen.* P2. = *sine Matheum.* E = *sine Matheusio posse.* D (m∾) E = *Age tutum negotium.* mA hanc habet glossam: *Libellus repudii. Age tuum negotium fortuna. ut viri uxoribus libellum repudii remittentes scribunt. Age. habe tibi mulier res tuas.*

apud Diogenen iam tui est = VA (V = *Diogenẽ*). P2. 3. Col. mOrt. 𝔗 . . . 𝔈2. = *apud Diogenem iam tui est.* BGDE P4. Ort. Pinc. ci. 𝔈 . . . 𝔅o = *apud Diogenem iam tuum est* (partim scribunt *Diogenẽ*). Pinc. v. l. = *iam tutum est.*

petit vestiarium victumque = BG

auidissimorum animalium tuendi sunt. emenda uestis et custodiendae rapacissimae manus et flentium detestantiumque ministeriis utendum. Quanto ille felicior qui nihil ulli debet, nisi quod 6
facillime negat sibi? Sed quoniam non est nobis tantum roboris, angustanda certe sunt patrimonia, ut minus ad iniurias fortunae simus expositi. Habiliora sunt corpora in bello quae in arma sua contrahi possunt quam quae superfunduntur et undique magnitudo sua uolneribus obiecit. Optimus pecuniae modus est qui nec in paupertatem cadit nec procul a paupertate discedit. IX. Placebit autem haec nobis mensura, si prius parsimonia placuerit sine qua nec ullae opes sufficiunt nec ullae non satis patent, praesertim cum in uicino remedium sit et possit ipsa paupertas in diuitias se aduocata frugalitate convertere. Adsuescamus a nobis remouere pompam et usus rerum, non ornamenta metiri. Cibus famem domet, potio sitim, libido qua necesse est fluat. Discamus membris nostris inniti, cultum uictum-

(s.m.) VAD (A tres syllabas *arium* habet a s.m. prioribus abrasis). E = *p. v. victum* om. *que*. G = *p. v. nidumque*. 𝔗 . . . 𝔅𝔬 = *vestiarium petit victumque*. GD + *et emenda sunt*. V + *.s. emenda sunt*. E = *etenim da sunt*. E = *et custodiendum*.

6. G = *Quanto ille fortior est qui*. DE + *felicior est*. G — *ulli*. DE = *illi debet*.

nisi quod facillime negat sibi = BGVDE P2. 3. 𝔗 . . . 𝔊. Col. = *nisi quod facillime negant sibi*. Ort. = *nisi quod facillissime negat sibi*. A = *nisi quid fac. negat sibi*. P4. = *nisi quae fac. negat sibi*. 𝔐 . . . 𝔅𝔬 = *nisi cui facillime negat, sibi*.

nobis tantum roboris = BGVADE (sE = *ruboris*). 𝔗 . . . 𝔅𝔬 = *tantum roboris nobis*. E = *angustanda sunt. Certe*. G(m∾) Scal. = *ut micius ad iniurias*. V(m∾) = *ut minus adiurias*. BGD(m∾) E — *sunt* post *Habiliora*.

in bello = Col. Ort. Pinc. ci. 𝔊𝔯𝔬 . . . 𝔅l. 2. BVAmD P3. = *inbecillo* (A prius fortasse *inbecilla*). Ex. Fac. et Prim. = *imbecillo*. DP2. = *inbecilla*. GE = *imbecilla*. P4. = *inbecillia*. 𝔈2. . . . 𝔏4. 𝔑𝔲 𝔅𝔬 = *pusilla*. Pinc. ci. etiam = *in bella*. probat Lips. V + *contrahi possunt magis quam*. DE + *et que undique*. G = *abiecit*. Rom. = *obiicit*. D(m∾) — *cadit nec procul a paupertate*. V = *recedit*.

Cap. IX.

𝔗 . . . 𝔈 praescribunt *De gloria removenda*. 𝔗 . . . 𝔈2. — *haec* ante *nobis mensura* contra mstos etiam Pinc. 𝔏 . . . 𝔅𝔬 = *parcimonia* contra mstos. G = *nec illae opes*. B = *nec ullae non patent satis*. V𝔐 — *non* ante *satis*. Rell. etiam Gr. ∾. Guidom. de Plestin in mG adscripsit: *credo quod debeat dici vero nisi dicitur non*. D (cr.∾) = *presenti cum in*. E = *presentium cum in*. V = *amovere pompam*. BG = *pompam removere*.

et usus rerum, non ornamenta metiri = BGVAmDE Pinc. v. l. Gr. Scal. Tronc. 𝔊𝔯𝔬 . . . 𝔅𝔬. D = *et usus rerum in ornamenta mentiri*. 𝔗𝔙 = *et usus rerum ornamenta metiri*. 𝔈1. . . . 𝔏4. = *et usu rerum ornamenta metiri*. V = *sitim potio*. 𝔗𝔙 = *libidoque necesse est*. 𝔈1. 2. + *libidoque qua necesse est*. D(cr.∾) Pall. Ort. = *quam necesse*. E = *cum necesse est*. 𝔗 . . . 𝔊 = *effluat*. 𝔗 . . . 𝔊 = *membris nostris invitis*. P3.

que non ad noua exempla conponere, sed ut maiorum mores
2 suadent. Discamus continentiam augere, luxuriam coercere, gulam temperare, iracundiam lenire, paupertatem aequis oculis adspicere, frugalitatem colere, etiam si similes nos pudebit esse populo, desideriis naturalibus paruo parata remedia adhibere, spes effrenatas et animum in futura eminentem uelut sub uinculis habere, id agere, ut diuitias a nobis potius quam a fortuna petamus. Non potest umquam tanta varietas et iniquitas casuum ita depelli, ut non multum procellarum inruat magna armamenta pandentibus: cogendae in artum res sunt, ut tela in
3 uanum cadant. Ideoque exilia interdum calamitatesque in remedium cessere et leuioribus incommodis grauiora sanata sunt, ubi parum audit praecepta animus nec curari mollius potest. Quidni consulitur, si et paupertas et ignominia et rerum euersio ad-

= *incili.* Tres Gr. = *inviti.* Rell. etiam Pinc. ∞. 𝔗𝔚 = *ad nova extra componere.*

mores suadent = BGVADE. 𝔗 . . . 𝔅𝔬 = *suadent mores.*

2. *coercere gulam* = A𝔗 . . . 𝔅𝔬 (A = *glam*). BGV = *coercere gl'iam* i. e. *gloriam* = DE cod. Lips. V = *paupertatem letis oculis aspicere, iracundiam lenire.*

etiam si similes nos pudebit esse populo = Pinc. ci. 𝔅2. (𝔅2. = (*etiam si . . . populo*)). Ort. = *etiam similes nos pudebit esse populo et similes hos pudebit ei plus desideriis.* A = *etiam simulos* [h s.m.] *pudebit ei plus desideriis.* BP4. = *etiam simul hos pudebit ei plus desideriis.* G = *etiam sil'is hos* [m *nos*] *pudebit rei plus* [m *populo*] *desideriis.* Quaedam exx. Pinc. = *etiam simul hos pudebit.* Alia = *etiam simules nos pudebit ei plus.* Pinc. ci. etiam = *etiam si milies nos pudebit.* DE 𝔈1. = *etiamsi hos pudebit desideriis.* P2. = *et his similis pudebit enim naturalibus desideriis.* P3. = *et similis os pudebit ei plus desid.* Col. = *etiam similis os pudebit ei plus desid.* 𝔗𝔚 = *et simul hos pudebit ei plus desid.* 𝔈2. . . . 𝔑𝔲 𝔅𝔬 = *etiamsi nos pudebit desid.* rell. om. V — *etiam si . . . adhibere:* eadem 𝔑𝔲 𝔅𝔬 uncis includunt. GDE = *spem effrenatam.* D (n.) + *sub vinculis habere dicendum est.*

Non potest umquam = BGVADE P3. 4. Col. Ort. Anic. Scal. Iur. P2. 𝔗 . . . 𝔅𝔬 = *Non potest, inquam.* V + *tanta rerum varietas.* mG + *tanta varietas rerum.* G = *pendentibus.* D (m ∞) E + *armamenta sunt vela* [D = *vella*] *pandentibus.* 𝔈1. + *vela pandentibus.* G = *congerendae in artum.*

3. *Ideoque exilia interdum calamitatesque* = Ort. 𝔗 . . . 𝔐. V = *Ideoque exilia interdum et calamitates.* P3. = *exilium interdum.* BA = *Ideoque ex illa iterum calamitates quae.* GDE = *Ideoque exilia iterum calamitatesque* (E = *calamitates que*). P4. = *interim calamitates.* mD 2 . . . 𝔅𝔬 = *Ideoque exilia interim calamitatesque.* P2. = *Ideoque ex illa iterum calamitates.* Col. = *Ideoque exilia et rerum calamitates.* DE — *et* ante *levioribus.* D = *molius potest.* V Pinc. v. l. = *melius potest.* mD = *molibus potest.* Quaedam exx. Pinc. Ort. 𝔐 = *mollibus potest.* Rell. etiam Pall. ∞. 𝔗𝔚 = *etsi paupertas et ignominiosa rerum eversio.* 𝔈1. 2. = *Quidni, durius enim consulitur, etsi paupertas et ignominiosa rerum eversio.* 𝔈𝔊 ≐ ∞ *et ignominiosa rerum eversio.* GA Col. P2.

hibetur? malo malum opponitur. Adsuescamus ergo coenare posse sine populo et seruis paucioribus seruiri et uestes parare in quod inuentae sunt, habitare contractius. Non in cursu tantum circique certamine, sed in his spatiis uitae interius flectendum est. Studiorum quoque quae liberalissima inpensa est tam- 4
diu rationem habet quamdiu modum. Quo innumerabiles libros et bibliothecas quarum dominus uix tota uita indices perlegit? Onerat discentem turba, non instruit: multoque satius est paucis te auctoribus tradere quam errare per multos. Quadraginta milia librorum Alexandriae arserunt, pulcherrimum regiae opulentiae monumentum. alius laudauerit, sicut et Liuius qui *elegantiae regum curaeque egregium id opus* ait *fuisse.* Non 5
fuit elegantia illud aut cura, sed studiosa luxuria: immo ne studiosa quidem, quoniam non in studium, sed in spectaculum conparauerant, sicut plerisque ignaris etiam seruilium literarum libri non studiorum instrumenta, sed coenationum ornamenta sunt. Paretur itaque librorum quantum satis sit, nihil in adpa-

— *et* ante *rerum eversio.* P3. = *rerum versio* om. *et.* Ort. = *rerum que eversio.* P4. = *etiam rerum eversio.* V Pinc. v. l. ∾. GD (s∾) E = *Assuescam* [G cr. *as*] *ergo.* V = *posse coenare.* E (n.) = *cenari posse.* G (n.) E + *et paucioribus.* G (n.) A = *servire.* B = *parare inquid.* P2. 3. Col. + *et habitare.* GD (cr. ∾) E P4. Ort. Scal. = *tritoque* [mG = *circi l' si*] *certamine.* P2. 3. Col. = *certique certamine.* 𝔗𝔅 = *circique certamen.* 𝔈1. 2. — *his* ante *spatiis* contra mstos etiam Pinc. BA = *interius flectentium est.*

4. G = *Structorum quoque.* Ex. Fac. et Prim. — *quae* ante *liberalissima.* E = *quae liberalis iam impensa.*

rationem habet = BVADE Gr. 𝔗 ... 𝔖. G = *rationem haberet.* Ex. Fac. et Prim. = *rationem habent.* Pinc. ci. 𝔐 ... 𝔅o = *rationem habebo.* P2. + *quam diu modum. Reprehensibilis vero si excedit modum.*

Quo innumerabiles libros = BGVA. DE + *Quo per innumerabiles libros.* 𝔗𝔅 + *in quo innum. libros.* 𝔈1. ... 𝔅o + *Quo mihi innum. libros.* 𝔗𝔅 = *quarum dictis.* E + *dominus dimidium vix.*

tota vita indices perlegit = BGAD. mA = *Indices. id est. litteras.* E = *tota vita iudices* (*s perlegit*). 𝔗 𝔅 = *tota vita sua codices perl.* V + *tota sua vita indices perl.* 𝔈1. ... 𝔅o + *tota vita sua indices perl.* B = *Onerat discedentem turba.* V + *turba librorum.*

Quadraginta milia librorum = BGVADE Gr. 𝔗 ... 𝔐 (A = $\overline{\text{xl}}$. *librorum:* virgula superducta significat numerum millenarium et neglecta saepe fuit causa, cur excideret vox *millia.* cf. Gron. ad Liv. XXXIV, 10, 4.). Bong. = *Quadraginta librorum.* Pinc. ci. 𝔏 ... 𝔅o = *Quadringenta millia librorum.* E = *Alexandri asserunt.*

sicut et Livius = BGADE 𝔗𝔅. V𝔈1. ... 𝔅o — *et.* D (cr. ∾) = *curre egregium.*

5. B = *sed studios3 luxuria.* V = *nec studiosa q.* B = *quidam.* G — *in* ante *studium.* DE = *comparaverat.* 𝔅1. ... 𝔅o = *comparaverunt* contra mstos. E = *pleris ignaris* om. *que.* E = *studiorum elementa.* V = *quantum sit satis.* V P2. 3. Col. Ort. = *nihil in apparatu* (P2. 3. Col. haec proximis adnectunt).

6 ratum. Honestius, inquis, hocce inpensae quam in Corinthia pictasque tabulas effuderint. Uitiosum est ubique quod nimium est. Quid habes cur ignoscas homini armaria citro atque ebore captanti, corpora conquirenti aut ignotorum auctorum aut inprobatorum et inter tot milia librorum oscitanti, cui uoluminum

𝔗𝔚 = *nihil in apparatum honestius. Inquis.*

6. *Honestius, inquis, hocce inpensae quam in Corinthia pictasque tabulas effuderint.* Ita scribendum duco. BA Bong. ex Cui. = *Honestius inquis hoc te inpensae quam in Corinthia pictasque* [B = *pietasque*] *tabulas effuderint.* G = *Honestius inquis hoc te impense in Corinthia putasque* [m *pictasque*] *tabulas effuderint.* V = *Honestius inquis hoc te impensum esse quam in Corinthia pictasque tabulas. Vitiosum.* D = *Honestius inquis hoc te impense tanquam* [*tan* n.] *in Corinthia pictasque tabulas effunderunt* (s.m. *effuderunt*). E = *honestius inquis. In hoc te impense quam in Corinthia pictasque tabulas effuderunt.* Ex. Fac. et Prim. = *Honestius, inquis, in hos impensum esse quod in Corinthia pictasque tabulas effuderint.* P2. = *hac impensa quod in Corinthia pictae tabulae effuderint.* P3. = *hoc te impendit quam in Corinthia pictasque tabulas effunditur.* P4. = *hoc te impensae in Corinthia pictasque tabulas effunderint.* Col. = *huiusmodi impensae, quod in Corinthia pictae tabulae effuderint.* Ort. = *hoc impensum esse, quod in Corinthia pictasque tabulas effuderint.* 𝔗𝔚 = *hoc te impense quam in Corinthia pictas tabulas effuderint.* 𝔈1. = *hos impense quam in Corinthia pictas tabulas effuderint.* 𝔈2...𝔚o = *Honestius, inquis, in hos impensas, quam in Corinthia pictasque tabulas effunderim.* P4. = *Vitium est.* BGP2. 4. — *ubique.* P3. = *utque.* A (cr. ∞) = *quod minus est.*

cur ignoscas homini armaria citro atque ebore captanti, corpora conquirenti. Ita scribendum arbitror. A = *cur ingnoscas homini armaria citro atque eborc captante* [cr. *captanti*] *corpora conquirentia* (cr. ∞). Bong. = *cur ignoscas homini armario citro atque ebore captanti, corpora conquirenti.* Cod. Iur. = *cur minus ignoscas homini armario, citro atque ebore captanti.* Iur. ci. = *nomen marmore, citro atque ebore captanti.* V = *cur minus ignoscas homini armarium cedro atque ebore captanti corpora conquirenti.* D = *cur homini armatum* [s.m. *armaria*] *cedro atque ebore captanti corpora conquirenti.* E cod. Lips. 𝔑u...𝔚o = *cur ignoscas homini armarium cedro atque ebore captanti, corpora conquirenti.* Lips. ci. = *cur ignoscas homini armarium* [sive *armaria*] *cedro atque ebore aptanti, corpora conq.* 𝔊ro...𝔅1. = *cur ignoscas homini armaria cedro atque ebore aptanti, corpora conquir.* B = *cum ignoscas homini armario atque ebore captali corpora conquirenti.* G = *cum* [s *cur*] *ignoscas homini armario atque ebore captunti corpora conquerenti.* P2. = *cur ignoscas homini armario atque ebore captanti corpora conquaerenti.* P3. = *cur ignoscis homini armato cebro atque ebore captāti corpora conquirenti.* P4. Ort. = *cur ignoscas hominum* [Ort. = *homini*] *armario, atque ebore captanti corpora conquirenti* (Ort. = *conquerenti*). Col. = *cui ignoscas homini armaria cedro atque ebore captanti corpora conquirenti.* 𝔗𝔚 = *cur ignoscas homini et armario atque ebore captanti; corpora conquirenti.* 𝔈1. = *cur ignoscas homini, et armarium cedro, atque ebori captanti, corpora conquirenti.* 𝔈2...𝔏4. = *cur minus ignoscas nomen marmore atque ebore captanti quam opera conquirenti.* mG + *improbatorum opera.* Quidam codd. Pinc. — *et* ante *inter tot:* alii — *tot.* E = *librorum obsitanti.* P4. = *librorum hostiati* (s *hospitati*). P3. = *libro-*

suorum frontes maxime placent titulique? Apud desidiosissimos 7
ergo uidebis quicquid orationum historiarumque est, tecto tenus exstructa loculamenta. iam enim inter balnearia et thermas bibliotheca quoque ut necessarium domus ornamentum expolitur. Ignoscerem plane, si studiorum nimia cupidine oriretur: nunc ista conquisita, cum imaginibus suis descripta et sacrorum opera ingeniorum in speciem et cultum parietum conparantur. X. At ad aliquod genus uitae difficile incidisti et tibi ignoranti uel publica fortuna uel priuata laqueum inpegit quem nec soluere posses nec erumpere. Cogita conpeditos primo aegre ferre onera et inpedimenta crurum: deinde ubi non indignari illa, sed pati proposuerunt, necessitas fortiter ferre docet, consuetudo facile. Inuenies in quolibet genere uitae oblectamenta et remissiones et uoluptates, si nolueris malam putare uitam potius quam inuidio-

rum excilanti. V — *suorum* post *voluminum.*

7. D (cr. ∾) E (n.) = *Apud desiosissimos.* V = *quicquid historiarum orationumque.*

tecto tenus = BA P3. Ort. Col. V = *telrotenus.* 𝔗𝔚 + *quod est tecto tenus.* G = *et tectatenus.* D = *et recto lenus.* E = *et recla tenus.* mD (P2. 4. Ort.) 𝔈1. . . . 𝔚o + *et tecto lenus.* B = *extrula.* BVDE Gr. 𝔗𝔚 = *ioculamenta.* BA ∾. 𝔗𝔚 = *et bibliothecas quoque.* 𝔈1. + *et bibliotheca quoque.* E — *quoque.* mD = *ut celerum domus.*

si studiorum nimia = VA 𝔗 . . . 𝔈1. BG 𝔈2. . . . 𝔚o + *si e studiorum nimia.* DE + *si ex studiorum nimia.*

conquisita, cum imaginibus suis = BGVADE Bong. mG 𝔗 . . . 𝔈1. = *exquisita cum imag. s.* 𝔈2. . . . 𝔚o = *exquisita et cum imag. s.* B = *discripta.*

et sacrorum = BGVADE Gr. 𝔗 . . . 𝔈1. 𝔈2. . . . 𝔚o — *et.* V = [s *et*] *in cultum.*

Cap. X.

𝔗 . . . 𝔈 praefigunt: *De adversitate ferenda.*

At ad aliquod = BGVADE 𝔗𝔚. 𝔈1. . . . 𝔚o = *At in aliquod.* G = *non publica.* V — *vel.* G = *q̃m nec solvere.*

posses = BGVADE 𝔗𝔚. 𝔈1. . . . 𝔚o = *possis.*

nec erumpere = BADE Anic. Scal. 𝔗 . . . 𝔈1. V = *nec rumpere.* 𝔈2. . . . 𝔚o = *nec abrumpere.* B = *primo gre ferre.* V — *et* ante *inpedimenta.* V𝔗 . . . 𝔊 = *crurium.* G = *currium.* Rell. etiam Bong. ∾. D E(s∾) Rom. ex. Pinc. = *ubi non dedignari illa.* P4. = *sed compati proposuerunt.* GD + *Ast invenies.* E + *At invenies.* B + *facile ẽ. Invenies.* P2. 𝔗 . . . 𝔈2. = *voluptatem.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. VA = *si volueris mala putate* [V = *puta le*] *via potius quam invidiosa facere.* B G = *si volueris mala putare vita potius quam invidiosa facere* (mG = *tacere*). DE 𝔗 . . . 𝔈1. = *si volueris malam putate viam potius quam invidiosam facere.* P2. cod. Lips. = *si nolueris malam putare viam potius quam invidiosam facere.* Pinc. v. l. = *si volueris malam putare potius vitam quam invidiosam facere.* P3. = *si volueris mala putare via potius quam invidiosa facere.* P4. = *si volueris malam te puta viam potius quam invidiosam facere.* Col. = *si vis male puluvere de vita potius quam invidiosam facere.* Ort. = *si volueris. Male* [m *Mala*] *te puta via potius quam invidiosa facere.* Unus cod. apud Lips. = *si volueris male* [s *mala*] *te puta potius*

2 sam facere. Nullo melius nomine de nobis natura meruit, quam quod, cum sciret quibus aerumnis nasceremur, calamitatum mollimentum consuetudinem inuenit cito in familiaritatem grauissima adducens. Nemo duraret, si rerum aduersarum eamdem uim adsiduitas haberet quam primus ictus. Omnes cum fortuna copulati sumus: aliorum aurea catena est, aliorum laxa, alio-
3 rum arta et sordida. Sed quid refert? eadem custodia uniuersos circumdedit adligatique sunt etiam qui adligauerunt: nisi forte tu leuiorem in sinistra catenam putas. Alium honores, alium opes uinciunt, quosdam nobilitas, quosdam humilitas premit. quibusdam aliena supra caput imperia sunt, quibusdam sua. quosdam exilia uno loco tenent, quosdam sacerdotia. Omnis
4 uita seruitium est. Adsuescendum est itaque condicioni suae et quam minimum de illa querendum et quicquid habet circa se commodi adprendendum. Nihil tam acerbum est in quo non aequus animus solatium inueniat. Exiguae saepe areae in multos usus describentis arte patuerunt et quamuis angustum pedem dispositio fecit habitabilem. Adhibe rationem difficultatibus: pos-

quam invidiosa facere. Lips. ci. = *si nolueris malam putare vitam, potiusque invidiosam facere.* 𝔈2. . . . 𝔚o ∾. Defendit quidem et explicat scripturam vulgatam Gronovius: at vereor, ne sana non sit.

2. V = *natura meruit de nobis.* B GVADE P2. 4. Ort. 𝔗 . . . 𝔊 = *quam cum sciret* om. *quod.* Col. = *quam tum sciret.* P3. = *quam ut sciret.* Pinc. ci. = *quam quod sciens quibus.* G = *quilibet aerumnis nasceretur.* G(cr. ∾) = *calamitantium.* B = *calamitatium.* P3. 𝔗 . . . 𝔈2. = *consuetudine invenit.* Rell. etiam ex. Pinc. P2. 4. Col. Ort. ∾. Pinc. ci. = *consuetudinem invenerit.* V + *gravissima quaeque.* mD = *adducentem.* V = *si eandem vim rerum adversarum.* E = *copulati fuimus.* B — *aurea . . . laxa, aliorum.* DE Ort. Rom. = *arta catena est.*

aliorum laxa = GADE Gr. Rom. 𝔗 . . . 𝔈2. VsGD (s.m.) ex. Fac. et Prim. 𝔊 . . . 𝔚o = *et laxa.* V = *stricta et sordida.*

3. B = *Sed quid refertur.* BG = *et qui alligaverunt.*

nisi forte tu leviorem = BVAD. GD(s.m.) = *nisi fortem tu leviorem.* E (n.) = *nisi fortem cultivorem.* 𝔗 . . . 𝔚o = *nisi tu forte leviorem.* E = *cathena.* G (m∾) = *alium opes inveniunt.* E = *alium opes sumunt.* BA (cr. ∾) D = *quosdam ex illa uno loco tenent.* G = *quosdam ex illo suo loco tenent.* E = *quosdam vexilla uno loco tenent.* 𝔗 . . . 𝔈1. = *quosdam ex illis uno loco tenent sacerdotia.*

4. *Adsuescendum est* = VADE. G = *Ad vescendum* [m *asuescendum*] *itaque.* B 𝔗 . . . 𝔚o — *est.* 𝔗 . . . 𝔚o = *apprehendendum est.* B GVDE = *apprehendendum.* A (cr. ∾) = *adprendum.* A = *in qua non aequus.* V(m∾) — *usus:* sed videtur haec vox abrasa esse post *describentis.*

patuerunt = BGVAD. 𝔗 . . . 𝔚o = *patuere.* E = *posuerunt.* Trist. Scal. Pinc. ci. = *quemvis angustum pedem.* mD = *angustam edem.* Col. = *promit et angustam aedem.* V = *fecerit habitabilem.* E = *fecit habilitatem.* 𝔗 . . . 𝔊 (mm𝔈1. 2. ∾) = *fecit habitaculum.* BG = *difficultatibus rationem.*

sunt et dura molliri et angusta laxari et grauia scite ferentis mi-
nus premere. Non sunt praeterea cupiditates in longinquum 5
mittendae, sed in uicinum illis egredi permittamus, quoniam in-
cludi ex toto non patiuntur. Relictis his quae aut non possunt
fieri aut difficulter possunt prope posita speique nostrae adluden-
tia sequamur: sed sciamus omnia aeque leuia esse, extrinsecus
diuersas facies habentia, introrsus pariter uana. Nec inuidea-
mus altius stantibus: quae excelsa uidebantur praerupta sunt.
Illi rursus quos sors iniqua in ancipiti posuit tutiores erunt su- 6
perbiam detrahendo rebus per se superbis et fortunam suam quam
maxime poterunt in planum deferendo. Multi quidem sunt qui-
bus necessario haerendum sit in fastigio suo ex quo non possunt
nisi cadendo descendere: sed hoc ipsum testentur maximum
onus suum esse, quod aliis graues esse cogantur, nec subleua-
tos se, sed suffixos. iustitia, mansuetudine humana, larga et
benigna manu praeparent multa ad secundos casus praesidia quo-
rum spe securius pendeant. Nihil tamen aeque nos ab his ani- 7

G = *et angusta lapsari.*
scite ferentis = BA. D = *sic te* [cr. ∾] *ferentis* (s. m. *ferentes*). E = *sic te ferentis.* GV = *si te ferentis.* P2. 𝔗 . . . 𝔊 (mm𝔈1. 2. ∾) = *rite ferentes.* P3. = *scite.* P4. = *situ.* Col. = *stiri.* Ort. = *sic te.* 𝔐 . . . 𝔅o = *scite ferentes.*
5. BsGV = *in longinqua.* A(cr. ∾) = *mittenda.* BGD (cr. ∾) E = *illis aggredi.* V = *relictis illis.* V = *non possunt ferri.* P3. = *possunt proposita.* P2. = *possunt prope proposita.* 𝔗𝔅 = *prope praeposita.* V = *aeque hec levia esse.* mD = *pariter una.*
quae excelsa videbantur = BGVA Gr. 𝔗 . . . 𝔊 𝔊ro . . . 𝔅o. DE = *quae videbantur excelsa.* 𝔐 . . . 𝔏4. = *quae excelsa videntur.*
6. A = *Illi aursus* (s. m. *aversus*). G (m∾) = *quos nos inqua mancipia posuit.* Tronc. Germ. Scal. 𝔗𝔅 = *sors iniqua mancipia posuit.* A = *in ancipiti profuit.* P3. = *quam maxime poterit.* probat Grut. D = *quoniam maxime poterunt.* E = *que maxime poterunt.* Ort. 𝔈1. 2. = *quam maxime potuerunt.* Rell. etiam Pinc. P2. 4. Col. ∾. sG = *necessario inhaerendum sit.* B = *in fastidio suo.*
sed hoc ipsum testentur = GADE Gr. 𝔗 . . . 𝔈2. 𝔐 𝔊ro . . . 𝔅o. BV 𝔈𝔊 = *sed hoc ipsum testantur.* Pinc. v. l. = *sed hoc ipso testantur.* 𝔏 . . . 𝔏4. = *sed hoc ipso testentur.* V(m∾) — *esse* post *onus suum* G = *quos alii* [cr. ∾] *graves esse.* B — *se* post *sublevatos.* G(s∾) = *sed fixos.*
larga et benigna = VA Pinc. v. l. P3. = *mansuetudini humana large et benigna.* Ort. + *lege larga et benigna.* probat Grut. Col. 𝔈1. = *large et benigna.* BGDE P4. Ort. 𝔗𝔅 𝔈2. . . . 𝔅o = *lege et benigna.* Lips. ci. = *humanitate, larga et benigna manu.* G = *praeparent multos.*
ad secundos casus = BGVADE Col. Ort. P4. 𝔗 . . . 𝔈2. 𝔑u . . . 𝔅o. P3. = *ad seculos casus.* P2. scribit, quod et *secundos* et *seros* legi possit. Grut. ci. 𝔊ro . . . 𝔅1. = *ad sequiores casus.* Pinc. ci. 𝔈 . . . 𝔏4. = *ad sequentes casus.*
7. G = *Nihil tantum.* 𝔗𝔅 = *aeque nocet ab his.* 𝔈2. . . . 𝔅o (exc. 𝔏4.) = *aeque hos* contra mstos etiam Gr. (in Col. inter *aeque* et *nos* duae litterae crasae).

mi fluctibus uindicauerit quam semper aliquem incrementis terminum figere. nec fortunae arbitrium desinendi dare, sed ipsos multo quidem citra exempla hortentur consistere. Sic et aliquae cupiditates animum acuent et finitae, non in inmensum incertumque producent. XI. Ad inperfectos et mediocres et male sanos hic meus sermo pertinet, non ad sapientem. Huic non timide nec pedetentim ambulandum est: tanta enim fiducia sui est, ut obuiam fortunae ire non dubitet nec umquam loco illi cessurus sit. nec habet ubi illam timeat, quia non mancipia tantum possessionesque et dignitatem, sed corpus quoque suum et oculos et manum et quicquid cariorem uitam facturum seque ipsum inter precaria numerat uiuitque ut commodatus sibi et reposcentibus
2 sine tristitia redditurus. Nec ideo uilis est sibi, quia scit se suum non esse: sed omnia tam diligenter faciet, tam circumspecte quam religiosus homo sanctusque solet tueri fidei com-

E — *incrementis.* E + *dare desinendi dare.* G = *desiendi dare.*

sed ipsos = BmGADE P3. 4. 𝔐. V Ort. 𝔗 . . . 𝔅o (exc. 𝔐) + *sed se ipsos.* Col. P2. = *dare se ipsos.*

multo quidem citra exempla hortentur consistere = BAD P2. 4. Col. Ort. (P2. = *ortentur.* mCol. = *extrema*). G = *multo quidem citra exempla orirentur consistere.* V𝔗𝔅 = *quidem multos citra exempla hortentur consistere.* E = *multo quidem circa exempla hortentur consistere.* P3. = ∾ *hortetur consistere.* 𝔈1. = *quidem ultro citra exempla hortentur consistere.* 𝔈2. . . . 𝔖 = *quidem ultro citra extrema hortentur consistere.* 𝔐 = , *et quidem ultro, citra extrema consistere.* 𝔏 . . . 𝔅o = *multo quidem citra extremá hortentur consistere.* D = *aliquem cupiditates.*

et finitae = BGVAD Gr. 𝔗 . . . 𝔈2. 𝔅2. (𝔅2. = *et finitae non*). Ex. Fac. et Prim. 𝔈 . . . 𝔑ü 𝔅o = *sed finitae.* E = *acuerint non in inmn.* V(m∾) P2. 4. Ort. — *in* ante *inmensum.*

Cap. XI.

mD P2. 𝔗 . . . 𝔖 (mm𝔈1. 2. ∾) = *Ad imperitos et mediocres.* Cod. Lips. + *Ad imperitos imperfectos.* Rell. etiam P3. 4. Col. Ort. ∾. V = *et pedetentim.* E = *nec prodementi ambulandum est.* Trist. = *fiducia animi est.* V = *obviam ire fortunae.* D (cr. ∾) = *non dubitent.* V = *cessurus est.* Anic. = *nec habent ubi.* G(n.) + *non in mancipia tantum.* 𝔈1. . . . 𝔐 — *et manum* contra mstos etiam Gr.

et quicquid cariorem vitam facturum seque ipsum = P4 𝔅2. DE 𝔈1. . . . 𝔑ü 𝔅o + *et* [D p.m. — *et*] *quicquid est cariorem vitam facturum seque ipsum.* Germ. = *et si quid cariorem.* BGA P3. = *et quicquid cariorem* [B = *cariem*] *vitam facturus eque* [A = *aeque*] *ipsum.* V Ort. = *et quicquid cariorem vitam facturum eque se ipsum.* P2. = *et quicquid chariorem vitam facit saepe se ipsum.* Grut. hanc scripturam putat vero proximam. Col. = *et quicquid cariorem vitam facit seque ipsum.* 𝔗𝔅 = *et quicquid charius est in vita: facturus saepe ipsum.* Anic. = *numeret vivatque.* 𝔐 — *ut* ante *commodatus* contra mstos etiam Gr. D (m∾) — *sibi . . . redditurus.* Ort. + *reposcentibus se.*

2. *Nec ideo vilis est sibi* = GAD. B — *est.* V — *sibi.* E = *Nec ideo vilis est tibi.* 𝔗𝔅 = *Nec ideo est vilis quia.* 𝔈1. . . . 𝔅o = *Nec ideo est vilis sibi.* V = *quam religiosus homo tueri solet.* Etiam P3. — *sanctusque.* quod Grut. suspectum habet. BG

missa. Quandocumque autem reddere iubebitur, non queretur
cum fortuna, sed dicet: Gratias ago pro eo quod possedi habui-
que. Magna quidem res tuas mercede colui, sed quia imperas,
do, cedo gratus libensque. si quid habere me tui uolueris, et-
iam nunc seruabo: si aliud placet, ego uero factum signatum-
que argentum, domum familiamque meam reddo, restituo.
Adpellauerit natura quae prior nobis credidit, et huic dicemus: 3
Recipe animum meliorem quam dedisti. non tergiuersor nec
refugio. paratum habes a uolente quod non sentienti dedisti:
aufer. Reuerti unde ueneris quid graue est? male uiuet quis-
quis nesciet bene mori. Huic itaque primum rei pretium detra-
hendum est et spiritus in seruilia numerandus. *Gladiatores,* ut
ait Cicero, *inuisos habemus, si omni modo uitam inpetrare
cupiunt: fauemus, si contemptum eius prae se ferunt.* Idem
euenire nobis scias: saepe enim causa moriendi est timide mori.
Fortuna illa quae ludos sibi facit, Quo, inquit, te reseruem, 4
malum et trepidum animal? eo magis conuolneraberis et confo-
dieris, quia nescis praebere iugulum. At tu et uiues diutius et
morieris expeditius qui ferrum non subducta ceruice nec mani-
bus oppositis, sed animose recipis. Qui mortem timebit nihil

(cr. ∾) D(m∾) E P2. 4. 𝔗 . . . 𝔈2. = *solet intueri.* Rell. etiam ex. Fac. et Prim. P3. Col. Ort. ∾. BGD (cr. ∾) E 𝔗𝔚 = *reddere videbitur.* G = *non conqueretur.* A = *sed dicit.* V = *possedi et habui.* G = *res suas mercede.*

2 quid coepit et desinit. Mundo quidam minantur interitum et hoc uniuersum quod omnia diuina humanaque conplectitur, si fas putas credere, dies aliquis dissipabit et in confusionem ueterem tenebrasque demerget. Eat nunc aliquis et singulas conploret animas. Carthaginis ac Numantiae Corinthique cinerem et si quid altius cecidit lamentetur, cum etiam hoc quod non habet quo cadat sit interiturum. Eat aliquis et fata tantum aliquando nefas ausura sibi non pepercisse conqueratur. II. [21.] Quis tam superbae inpotentisque adrogantiae est, ut in hac naturae necessitate omnia ad eumdem finem reuocantis se unum ac suos seponi uelit ruinaeque etiam ipsi mundo inminenti aliquam domum subtrahat? Maximum ergo solatium est cogitare id sibi accidisse quod ante se passi sunt omnes omnesque passuri: et ideo mihi uidetur rerum natura quod grauissimum fecerat com-

ra si inter se compares. 𝔐 . . . 𝔅𝔬 = *nostra corpora compares f. s.* B = *si re dignas ad condicionem.* G = *si rem dignam a condicione naturae.* P4. = *si rem dignam a condictu naturae.* Ex. Fac. et Prim. = *ad condictum naturae.* P3. = *si redigas ad conditionem omnia naturae destruentis.* G = *immortalis.* V = *mortales manus* [mD P2. 4. Col. Ort. =] *fecerunt.* D = *manus mortales manus fecerunt.* Rell. etiam P3. ∾. G = *Sepe illa miracula.* Col. = *hic multa mirabiliora.* GDE P3 = *multa mirabiliora.* P4. = *multa numerabiliora.* Ex. schol. 𝔈 . . . 𝔐 — *multo.* V = *extrussit.* G = *aequata vixerint.* V = *Ita enim nihil perpetuum est.* 𝔍𝔫 ed. Par. a. 1613. = *aliquid alio modo.*

2. 𝔑 . . . 𝔈1. = *modo quidam.* G = *per omnia divina.* V = *divina et humana.* V = *credere putas.* B = *dies antiquis dissipabit.* G = *et in confusione veterem.* V + *Eat igitur nunc.* G (cr. ∾) = *Erat nunc aliquis.* B = *Eat numero aliquis.* P2. 𝔑 . . . 𝔐 = *Eat modo aliquis.* Rell. etiam Bong. ex. Fac. et Prim. Gr. Scal. ∾. VDE P2. 3. Col. Ort. 𝔑 . . . 𝔊 𝔅2. + *et si quid aliud altius.* B G P4. ∾. B = *altius occidit.* sG = *quo cedat.* G (n.) D (n.) E + *et sit interiturum.*

Cap. II. [21.]

G — *est* post *adrogantiae.* G = *necessitate cum ad eundem.* G = *revocantis senium* [m *minas*] *ac suos.* P2. 𝔑 . . . 𝔐 — *etiam* ante *ipsi mundo.* Rell. etiam Bong. Pinc. P3. 4. Col. Ort. ∾. G = *cogitare hiis accidisse.* B = *quod omnis ante passi sunt omnesque.* VD (m∾) E 𝔑 . . . 𝔈1. — *omnes* post *passi sunt.* G (s∾) = *omnes passuri sunt* om. *que.* G = *et ideo nichil videtur.* E = *rerum nature.*

gravissimum fecerat = BGVDE Bong. Gr. Rom. Scal. 𝔑 . . . 𝔅 = = *grav. fecit ac comm.* 𝔈1. . . .

mune fecisse, ut crudelitatem fati consolaretur aequalitas. Il- 2
lud quoque te non minimum adiuuerit, si cogitaueris nihil pro-
futurum dolorem tuum nec illi quidem quem desideras nec tibi:
noles enim longum esse quod inritum est. Nam si quicquam
tristitia profecturi sumus, non recuso quicquid lacrimarum for-
tunae meae superfuit tuae fundere. inueniam etiam nunc per
hos exhaustos iam fletibus domesticis oculos quod effluat, si mo-
do id tibi futurum bono est. Quid cessas? conqueramur atque
adeo ipse hanc litem meam faciam. Iniquissima omnium iudi- 3
cio fortuna, adhuc uidebaris ab eo homine te continuisse qui
munere tuo tantam uenerationem receperat, ut quod raro ulli
contigit felicitas eius effugeret inuidiam. Ecce eum dolorem illi
quem saluo Caesare accipere maximum poterat inpressisti, et
cum bene illum undique circuisses, intellexisti hac parte tan-
tummodo patere ictibus tuis. Quid enim illi aliud faceres? pe- 4

𝔅o = *grav. fecit comm.* V = *com-mune fecerit.* G = *consularetur.*

2. GDE 𝔑 . . . 𝔊 = *Aliud te quoque.* Ed. Par. a. 1613. = *si cogitaris.*

nec illi quidem quem desideras = BDE Bong. P3. 4. Col. Ort. Scal. Tronc. VmD P2. + *nec illi quidem quem bene valere desideras.* G = *nec illi quidem desiderat nisi tibi.* 𝔑 . . . 𝔅o — *quidem.* Rom. 2. + *quem bene valere desideras.* V = *nolles enim.* EP4. Ort. 𝔑 . . . 𝔈1. = *voles enim.* mOrt. = *Noles ergo.* Erm. ci. = *Nolis enim.* 𝔗 . . . 𝔈1. = *quod iturum est.* Agric. ci. = *quod iuturum est.* Col. = *quod veritum est.* G = *fortunae m̃i* [V P2. mOrt. 𝔑 . . . 𝔊 =] *superfluit.* hoc probat Grut. Rell. etiam Bong. Pinc. v. l. P3. 4. ∾.

tuae fundere = BGVDE Gr. Tronc. Scal. 𝔑 . . . 𝔈1. 𝔊ro . . . 𝔅o. 𝔈2. . . . 𝔏4. = *tuae affundere.* 𝔑 . . . 𝔅 = *si modo ideo tibi.* GD(cr. ∾) E = *futurum bonum est.*

3. VP2. + *es fortuna.* P3. Ort. = *fortuna iudicio.* P4. = *Iniquissimam omn. iudico fortunam.* D(m∾) Pinc. ci. = *ad hoc videbaris.* Col. „hanc invectivam Senecae totam omisit.“ Habet enim: *Iniquissima omnium fortuna. diu accusare fata possumus* (IV, 1.). BGVDE Pall. Ort. 𝔑 . . . 𝔊 = *eum hominem continuisse.* GD (m∾) E(s∾) P4. = *qui mutuo tuo.* P2. = *qui muneri tuo.* G = *tantum venerationem.*

ulli contigit = EBong. 𝔍u ed. Par. a. 1613. G = *illi contigit.* D = *illi contingit.* BVD (s.m.) 𝔑 . . . 𝔅o = *ulli contingit.* D (cr. ∾) = *felicicitatis eius eius.* 𝔑 . . . 𝔅 + *in invidiam.* D(n.) + *ecce ecce.* Ort. + *Ecce enim eum dolorem.* Germ. = *Ecce enim dolorem Polybio.* V = *dolorem illum quem.* 𝔑 . . . 𝔅 + *illi nomine Polibio* [*Polyb.*] *qui eius frater salvo.* 𝔈1. 2. — *illi.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G = *salvo cessare.* sGV = *poterat compressisti.* Ed. Par. a. 1613. — *et* ante *cum bene.*

circuisses = BGVDE Bong. 𝔑 . . . 𝔅. 𝔈1. . . . 𝔅o = *circumisses.* P4. — *intellexisti.*

hac parte = BGDE Bong. codd. Franc. et schol. VD (s.m.) Gr. 𝔑 . . . 𝔅o = *hanc partem.*

4. V = *Quid enim aliud illi.* GD (n.) E + *si pecuniam.*

illam a se abiecit = BGV P2. 4. Ort. (s.m.) 𝔑 . . . 𝔈2. E = *Illam a se subicit.* D ex. Fac. et Prim. P3. Ort. ℭ . . . 𝔅o = *illam a se abiicit.* D (m∾) — *potest illam . . . fructum quam.*

cuniam eriperes? numquam illi obnoxius fuit. nunc quoque quantum potest illam a se abiecit et in tanta facilitate adquirendi nullum maiorem ex ea fructum quam contemptum eius petit. Eriperes illi amicos? sciebas tam amabilem esse, ut facile in locum amissorum posset alios substituere. Unum enim hunc ex his quos in principali domo potentes uidi cognouisse uideor quem omnibus amicum habere cum expediat, magis tamen etiam libet.
5 Eriperes illi bonam opinionem? solidior est haec apud eum quam ut a te quoque ipsa concuti possit. Eriperes bonam ualitudinem? sciebas animum eius liberalibus disciplinis quibus non innutritus tantum, sed innatus est sic esse fundatum, ut supra omnes corporis dolores emineret. Eriperes spiritum? quantulum nocuisses? longissimum illi ingenii aeuum fama promisit.
6 Id egit ipse, ut meliore sui parte duraret et conpositis eloquentiae praeclaris operibus a mortalitate se uindicaret. Quamdiu fuerit ullus literis honor, quamdiu steterit aut Latinae linguae potentia aut Graecae gratia, uigebit cum maximis uiris quorum se ingeniis uel contulit uel, si hoc uerecundia eius recusat, adplicuit. III. [22.] Hoc ergo unum excogitasti quomodo maxime illi posses nocere. Quo melior enim est quisque hoc saepius ferre te consueuit sine ullo delectu furentem et inter ipsa bene-

in tanta facilitate adquirendi = D Bong. ci. Lips. BGVD (s. m.) E 𝔑 . . . 𝔙𝔬 = *in tanta felicitate acc.* E = *nullum ex ea maiorem fructum.* 𝔑 . . . 𝔈1. = *contemptus.* G = *sciebam* [P2. =] *tum habilem esse se* (hoc G n.). DE = *sciebat tam habilem esse se.* B = *sciebam tam habilem esse.* VmD 𝔗 . . . 𝔈1. = *Sciebas tam habilem esse se.* P3. 4. = *abilem esse se.* Ort. = *habilem esse.* BG = *ut facilem in locum.* mG = *locum amicorum posset.* E = *alios sustinere.* G = *Unum enim habet* [DE P3. 4. Ort. =] *ex eis quos.* P2. = *Unum enim hunc ex istis.* 𝔑 . . . 𝔈2. = *Unum enim ex his hunc.* BV Pinc. v. l. ∾. P2. = *magis tamen et libet.* Pinc. ci. — *etiam.*

5. D = *exciperes illi bonam opinionem* (m *quidam hic habent valitudinem et in sequenti versiculo oppinionem*). mGV = *Eriperes illi bonam valitudinem.* G = *solidior est hoc.* B = *quam ut ad te quoque iam concuti.* V — *ut* post *quam.* D (m ∾) = *quam ut a te prope.*

concuti possit = BGVDE. 𝔑 . . . 𝔙𝔬 = *concuti posset.* V = *Eriperes bonam opinionem.* G(n.) + *sciebas enim animum eius.* G — *supra* ante *omnes corporis.* B = *omnis corporis.* E = *nocuisset.*

ingenii aevum fama = P3. mOrt. GDEP4. = *ingenia aevum fama.* B = *ingena aevum fama.* VmD P2. Ort. 𝔑 . . . 𝔙 = *ingenua aevum fama.* 𝔈1. . . . 𝔙𝔬 = *aevum ingenii fama.* Fortasse scribendum: *illi ingenio aevum fama.*

6. E = *duraretur.* 𝔑 . . . 𝔙 = *vigebat cum m.*

Cap. III. [22.]

maxime illi = BGVDE. 𝔑 . . . 𝔙𝔬 = *illi maxime.* B = *melior est enim.* G(s ∾) — *est* post *enim.* BG VBong. 𝔑 . . . 𝔙 = *quisquis hoc saepius.* DE = *te ferre.* BV P3. 𝔑 . . . 𝔙 = *sine ullo dilectu.* GOrt. = *sine*

ficia metuendam. Quantulum erat tibi inmunem ab hac iniuria
praestare eum hominem in quem uidebatur indulgentia tua ra-
tione certa peruenisse et non ex tuo more temere incidisse?
Adiciamus, si uis, ad has querelas ipsius adulescentis interce- 2
ptam inter prima incrementa indolem. Dignus fuit ille te fratre:
tu certe eras dignissimus qui ne ex indigno quidem quicquam
doleres fratre. Redditur illi testimonium aequale omnium ho-
minum. desideratur in tuum honorem, laudatur in suum: nihil
in illo fuit quod non libenter agnosceres. Tu quidem etiam mi-
nus bono fratri fuisses bonus: sed in illo pietas tua idoneam
nacta materiam multo se liberius exercuit. Nemo potentiam 3
eius iniuria sensit, numquam ille te fratrem ulli minatus est.
Ad exemplum se modestiae tuae formauerat cogitabatque quan-
tum tu et ornamentum tuorum esses et onus. Suffecit ille huic
sarcinae. O dura fata et nullis aequa uirtutibus! antequam fe-
licitatem suam nosset frater tuus, exemptus est. Parum autem
me indignari scio: nihil est enim difficilius quam magno dolori
paria uerba reperire. Iam nunc tamen, si quid proficere pos- 4
sumus, conqueramur. Quid tibi uoluisti, tam iniusta et tam
uiolenta fortuna? Tam cito te indulgentiae tuae poenituit? quae
ista crudelitas est? in medios fratres inpetum facere et tam
cruenta rapina concordissimam turbam inminuere, tam bene stipa-

ullo dilecto. ferre posse censet Grut. P2. = *delecto.* P4. = *delicto.* G = *Quantulum erat enim immunem.* 𝔐 . . . 𝔏4. — *hac* ante *iniuria* contra mstos etiam Gr. E = *incedisse.*

2. G = *ab has querelas.* E = *inceptam inter.* 𝔑𝔗 + *Dignus te fuit ille te fratre.* G(m∾) — *ille* post *Dignus fuit.*

ne ex indigno quidem = mD. D E = *ne ex digno quidem.* B = *nec ex digno quidem.* GV𝔑 . . . 𝔙o = *nec ex indigno q.* B = *quicquam dolores ferre.* G = *testimonium quale.* sGV 𝔑 . . . 𝔈1. = *libenter cognosceres.* B = *libenter ad cognosceres* (co n.). BG 𝔑 . . . 𝔙 = *malo te liberius.*

3. B (cr.∾) = *iniuriam.* G = *te fratres illi minatus est.* D (cr. ∾) E = *illi minatus est.* G = *cogitabat quia quantum.* BG P2. 4. Ort. — *tu* ante *et ornamentum.* G P2. 4. Ort. = *esset.* B (cr.∾) G (s∾) D (cr.∾) E = *huic sarcina.* D (n.) E Bong. + *bene nequa virt.* mD P3. + *antequam bene.* mD P3. 𝔑 . . . 𝔈2. = *felicitatem tuam.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G = *noscet frater tuus.* V𝔑 . . . 𝔈2. = *nosceret frater t.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. VD (s.m.) = *fr. tuus exceptus est.* D = *exeptus est.* G(s∾) 𝔑 . . . 𝔙 = *ne indignari.* V — *est* post *nihil.* GDE cod. Lips. Scal. = *paria verba rependere.*

4. 𝔑...𝔈2. + *fateamur et conqueramur* contra mstos etiam Pinc. Gr. Germ. + *fleamus et conqueramur.*

te indulgentiae tuae poenituit = B Bong. P3. mG = *indulgentiae te tuae p.* GV P2. 4. Ort. 𝔑 . . . 𝔈2. — *te.* probat Grut., neque ego Pron. genuinum esse dixerim. Pinc. v. l. 𝔈 . . . 𝔙o = *indulgentiae tuae te p.* V = *quae est ista crudelitas.* BG = *credulitas.* G (s∾) D (cr.∾) E P4. = *tandem stipatam turbam.* Ort.

tam optimorum adulescentium domum, in nullo fratre degenerantem, turbare et sine ulla causa delibare uoluisti? Nihil ergo prodest innocentia ad omnem legem exacta, nihil antiqua frugalitas, nihil felicitatis summae potentia, summa conseruata abstinentia, nihil sincerus et tutus literarum amor, nihil ab omni labe mens uacans? Luget Polybius et in uno fratre quid de reliquis possit metuere admonitus etiam de ipsis doloris sui solatiis timet. facinus indignum! luget Polybius et aliquid propitio dolet Caesare. hoc sine dubio, inpotens fortuna, captasti, ut ostenderes neminem contra te, ne a Caesare quidem posse defendi. IV. [23.] Diutius accusare fata possumus, mutare non possumus: stant dura et inexorabilia. nemo illa conuicio, nemo fletu, nemo causa mouet. nihil umquam parcunt ulli nec remittunt. Proinde parcamus lacrimis nihil proficientibus: facilius enim nos illis dolor iste adiciet quam illos nobis reducet.

— *bene.* G = *adolescentum.* B = *adolescentura.* B = *degenerante.* D Bong. Rom. Scal. = *perturbare.* E = *Proturbare.* GVDE P2.4. Ort. 𝔑 . . . 𝔈1. = *deliberare voluisti.* mD = *debilitare voluisti.*

5. G = *felicitas summae potentiae* (hoc cr. ∾). V = *ob servata.*

et tutus literarum amor = BVDE Gr. 𝔑 . . . 𝔊𝔊𝔯𝔬 . . . 𝔅𝔬. G = *et tuus lit. am.* E (cr. ead. m.) 𝔐 . . . 𝔏4. = *et putus lit. am.* Pinc. ci. = *et ex toto literarum amor.* VDE omnia exx. Pinc. P2. Ort. 𝔈1. . . . 𝔊 = *quidquid de reliquis.* BP4. 𝔑 . . . 𝔅 = *quicquid derelinquis.* P3. = *quicquid dereliquid.* G Pinc. ci. ∾.

possit metuere = BGVD Gr. 𝔑 . . . 𝔏4. E = *possit tuere.* Pinc. ci. 𝔊𝔯𝔬 . . . 𝔅𝔬 = *possis.* Omnia (?) exx. Pinc. 𝔊𝔯𝔬 . . . 𝔅𝔬 — *metuere.* V D 𝔑 . . . 𝔈1. = *nec a Caesare quidem.* 𝔊𝔊 = *defendi diutius. Accusare* ex Pinciani sententia.

Cap. IV. [23.]

Col. = *diu accusare.* 𝔑 . . . 𝔐 — *mutare non possumus* contra mstos etiam cod. Lips. Rom. 2. Scal. D (cr. ∾) = *inexorabiliora.* G (m∾) = *unquam pereunt ulli.* B = *ulli parcunt.* Bong. ex. Fac. et Prim. — *parcunt et nec.* 𝔑 = *parcunt vili.*

nos illis dolor iste adiciet quam illos nobis reducet. Ita scribendum videtur. B + *nos illis dolor iste adiciet quam illos a nobis reducet* (*a* inde ortum puta, quod librarius quidam notare voluit alibi legi *illas*). G = *nos illis dolor isti adiciet quam illos a nobis reducet.* V = *illis nos dolor adiciet quam illos ad nos reducat.* D = *nos illis dolor aditiet quam* [s.m. *illos*] *a* [n.] *nobis reducet.* E = *nos illis dolor adiciet quam illas a nobis reducent.* Quidam codd. Pinc. P3. 4. = *nos illis dolor iste adiiciet* [P4. = *adiecit*] *quam illas a nobis* [P4. = *illos nobis*] *reducet* (P3. = *reducat*). P2. = *nos illis doloris te adicit. quam illos nobis reducet.* Col. = *nos istis dolor iste adiccet, quam illas a nobis reducet.* Ort. = *nos illis dolor iste adiciet, qua illos ad nos reducet.* 𝔑 . . . 𝔅 = *nos enim illis doloribus addiciet quam illas nobis reducet.* 𝔈1. = *nos illis dolori adiiciet, quam illos nobis reducet.* 𝔈2. = *nos illi dolori adiiciet, quam illum nobis reducet.* Bong. 𝔐 . . . 𝔏4. = *nos illi dolor adiiciet, quam illum nobis reducet.* 𝔊𝔊 𝔊𝔯𝔬 . . . 𝔅𝔬 = *nos illi dolor iste adiiciet, quam illum*

qui si nos torquet, non adiuuat: primo quoque tempore depo-
nendus est et ab inanibus solatiis atque amara quadam libidine
dolendi animus recipiendus est. Nam lacrimis nostris, nisi ra-
tio finem fecerit, fortuna non faciet. Omnis agedum mortales 2
circumspice: larga ubique flendi et adsidua materia est. alium
ad cotidianum opus laboriosa egestas uocat, alium ambitio num-
quam quieta sollicitat. alius diuitias quas optauerat metuit et
uoto laborat suo. alium sollicitudo, alium labor torquet, alium
semper uestibulum obsidens turba. hic habere se dolet liberos,
hic perdidisse. Lacrimae nobis deerunt ante quam causae do-
lendi. Non uides qualem nobis uitam rerum natura promiserit 3
quae primum nascentium hominum fletum esse uoluit? Hoc prin-
cipio edimur, huic omnis sequentium annorum ordo consentit.
sic uitam agimus: ideoque moderate id fieri debet a nobis quod
saepe faciendum est. et respicientes quantum a tergo rerum
tristium immineat, si non finire lacrimas, at certe reseruare
debemus. Nulli parcendum est rei magis quam huic cuius tam 4
frequens usus est. Illud quoque te non minimum adiuuerit, si
cogitaueris nulli minus gratum esse dolorem tuum quam ei cui
praestari uidetur. Torqueri ille te aut non uult aut non intelle-
git: nulla itaque eius officii ratio est, quod ei cui praestatur,
si nihil sentit, superuacuum est, si sentit, ingratum est.
V. [24.] Neminem esse toto orbe terrarum qui delectetur lacri-
mis tuis audacter dixerim. Quid ergo? quem nemo aduersus

nobis reducet. G = *Q u e si nos torquet.* E = *a d q u e m amara quadam.*

recipiendus e s t = BGVDE 𝔑 . . . 𝔊. 𝔐 . . . 𝔚o — *est.*

n i s i ratio finem = GCol. P4. Ort. B = *u t si ratio finem.* DE P3. = *n e si ratio finem.* P2. = *n e c si ratio f.* V𝔑 . . . 𝔚o = *n i ratio finem.*

2. *Omn i s agedum mortales* = B. GDE = *Q u a m v i s agendum s i t mortales* (mD = *al' q u i d al' omn e s agedum*). mE = *Omnis age mortal i s.* V 𝔑 . . . 𝔚o = *Omn e s ag. m.*

materia e s t = BGVDE Bong. Pinc. v. l. P4. Col. P2. 3. Ort. 𝔑 . . . 𝔚o — *est.* 𝔑 . . . 𝔈2. = *alium s u p e r vestibulum* contra mstos etiam Pinc. Gr. V = *liberos, hic a m i s i s s e.*

3. *nobis vitam* = BGVDE. 𝔑 . . . 𝔚o = *vitam nobis.*

nascentium h o m i n u m = BGVDE Gr. 𝔑 . . . 𝔊. 𝔐 . . . 𝔚o = *nascentium o m e n.* G (s∾) = *ideo moderate* om. *que.* V — *si* ante *non finire.* 𝔑 . . . 𝔚 = *s e non finire.* G = *si non f'i r e.* D(cr.∾) E = *a c recte.*

4. G = *si cogitaver i t nulli.* P2. Col. Ort. (cr.∾) = *cui praesta r e videtur.* V = *Torqueri te ille.* B(cr.∾) = *ille te aut e m non vult.* G (m∾) = *q u a m ei cui praestatur.*

ingratum e s t = BGVDE Gr. 𝔑 . . . 𝔈2. Ex. Fac. et Prim. 𝔈 . . . 𝔚o — *est.*

Cap. V. [24.]

Neminem esse toto orbe terrarum = BGVDE Gr. 𝔑 . . . 𝔚o = *Neminem toto orbe terrarum esse.* Col. — *Quid*

te animum gerit eum esse tu credis fratris tui, ut cruciatu tui noceat tibi, ut te uelit abducere ab occupationibus tuis, id est a studio et a Caesare? Non est hoc simile ueri. Ille enim indulgentiam tibi tamquam fratri praestitit, uenerationem tamquam parenti, cultum tamquam superiori. ille desiderio tibi esse uult, tormento esse non uult. Quid itaque iuuat dolori intabescere
2 quem, si quis defuncti sensus est, finiri frater tuus cupit? De alio fratre cuius incerta posset uoluntas uideri omnia haec dubie ponerem et dicerem: Siue te torqueri lacrimis numquam desinentibus frater tuus cupit, indignus hoc adfectu tuo est. siue non uult, utrique uestrum inertem dolorem dimitte: nec inpius frater sic desiderari debet nec pius sic uelit. In hoc uero cuius tam explorata pietas pro certo habendum est nihil esse illi posse acerbius quam hic si tibi casus eius acerbus est, si te ullo modo torquet, si oculos tuos, indignissimos hoc malo, sine ullo
3 flendi fine et conturbat idem et exhaurit. Pietatem tamen tuam

ergo? ... § 3. id nunc tibi quoque faciendum est.

ut cruciatu tui = BGDE Bong. Pinc. v. l. P2. 3. Ort. 𝔗𝔅. V P4. = *ut cruciatus tui.* 𝔈1. — *tui.* 𝔈2. . . . 𝔅𝔬 = *ut cruciatu tuo.* Pinc. ci. = *ut cruciatu sui.* BG (n.) + *ut a te velit abducere.* DE cod. Lips. = *et private velit abducere.* mD = *et te velit abd.* V — *tuis* post *occupationibus.*

et a Caesare = BGVDE Gr. Rom. 2. Tronc. 𝔗𝔅 𝔊𝔯𝔬 . . . 𝔅𝔬 (D p.m. = *et a cessare*). 𝔈1. . . . 𝔏4. — *a.* G = *indulgentia tibi.* G (m∾) — *fratri ... tamquam.* mG = *fratris.* Germ. 𝔗 . . . 𝔈2. + *fratri ostendi et praestitit* contra mstos etiam Pinc. Gr. mG = *titulum tanquam superiori.* V — *esse* post *tormento.*

dolori intabescere = BVD (s.m) P2. 3. Ort. 𝔗𝔈2. . . . 𝔊𝔯𝔬. G = *doloris tui intabescere.* Rom. Scal. = *doloris vi intabescere.* D𝔈1. = *doloribus intabescere.* EP4. = *doloris intabescere.* Pinc. v. l. 𝔅 = *doloris vi tabescere.* 𝔅1. . . . 𝔅𝔬 = *dolore intabescere.*

defuncti sensus est = BGVDE Gr. 𝔗 . . . 𝔊 𝔊𝔯𝔬 𝔅2. 𝔐 . . . 𝔑𝔲 𝔅𝔬 (exc. 𝔊𝔯𝔬) = *defunctis sensus est.*

2. GV = *voluptas videri.* BGV Bong. Pall. Ort. 𝔗 . . . 𝔈1. + *non dubie ponerem.* Scal. = *dubia ponerem.*

utrique vestrum inertem dolorem dimitte = 𝔊𝔯𝔬 . . . 𝔅𝔬. BGVDE P2. 4. Ort. = *utrique nostrum inherentem dolorem dimitte.* P3. = *utrique vestrum inhaerentem dolorem dimittit.* 𝔗 . . . 𝔊 = *uterque vestrum inertem dolorem dimittite.* Bong. = *uterque vestrum inhaerentem dolorem dimitte.* Scal. Tronc. = *utrique vestrum inhaerentem dolorem dimitte.* Correctiora exx. Pinc. = *utrique vestrum inhaerentem dolorem* [= cod. Lips.] *dimitte* (sic ed. Par. a. 1587. Grut. laudat *dimittite.* ed. Par. a. 1602. habet *dimittere*). 𝔐 . . . 𝔏4. = *utique inutilem dolorem dimitte.* P2. = *si desiderari* ∾ *si velit.* DE = *sic desiderare.* P4. Ort. = *desiderari velit, nec impius* [?] *si debet* om. priori *sic.* B = *nec plus sic vellit.* G = *nec plus sit si velit.* G = *posse illi acerbius quam sibi tibi.* 𝔐 = *quam hic si tibi casus eius* contra mstos etiam Gr. (P3. — *hic.* P4. — *eius*). G — *ulli flendi fine.*

et conturbat = BG (s.m.) DE Gr. 𝔊𝔯𝔬 . . . 𝔅𝔬. G = *et conturbet.* V 𝔗 . . . 𝔏4. — *et.* D (m∾) — *idem.* E = *et excharit.*

3. *Pietatem tamen tuam* = BGDE..

nihil aeque a lacrimis tam inutilibus abducet, quam si cogitaueris fratribus te tuis exemplo esse debere fortiter hanc fortunae iniuriam sustinendi. Quod duces magni faciunt rebus adfectis, ut hilaritatem de industria simulent et aduersas res adumbrata laetitia abscondant, ne militum animi, si fractam ducis sui mentem uiderint, et ipsi collabantur: id nunc tibi quoque faciendum est.
Indue dissimilem animo tuo uoltum et, si potes, proice omnem 4
ex toto dolorem: si minus, introrsus abde et contine, ne adpareat, et da operam, ut fratres tui te imitentur: qui honestum putabunt quodcumque te facientem uiderint animumque ex uoltu tuo sument. Et solatium debes esse illorum et consolator: non poteris autem horum moerori obstare, si tuo indulseris.

VI. [25.] Potest et illa res a luctu te prohibere nimio, si tibi ipse renuntiaueris nihil horum quae facis posse subduci. Magnam tibi personam hominum consensus inposuit: haec tibi tuenda est. Circumstat te omnis ista consolantium frequentia et in animum tuum inquirit ac perspicit quantum roboris ille aduersus dolorem habeat et utrumne tu tantum rebus secundis uti dextere scias

V 𝔗...𝔙o = *Pietatem tuam tamen.* G = *nisi aeque.*

lacrimis iam inutilibus abducet = D(s.m.) E Bong. Ort. BGDE (s.m.) = *lacrimis iam inutilibus adducet.* V = *a lacrimis iam inutilibus subducet.* Pall. 𝔗...𝔊𝔅2. + *a lacrimis iam inutilibus abducet* (𝔈𝔊 = *adducet*). Pinc. ci. 𝔐...ℜu𝔙o = *a lacrimis tam inutilibus abducet.* DE = *tuis exemplo te.* V = *sustinendo.* V P2. 𝔗...𝔐 = *rebus afflictis.* G DE P4. Ort. = *rebus affecti.* B Bong. fideliores codd. Pinc. P3. ∾. B = *simulentur.* V = *abscondunt.* VD E = *id nunc quoque tibi.* G𝔗...𝔈1. — *tibi.*

4. B — *animo.* D — *tuo.* D(m∾) = *et si potest.* E — *dolorem.*

si minus = BVDE𝔗𝔙. G = *sinimus.* 𝔈1....𝔙o = *sin minus.* GDE Rom. 2. = *introrsus absconde.* E = *Continere ne* om. *et.* D(m∾) E = *ne imitentur.* G = *tui te inmutentur.* B = *tui te ĩmittentur.* G(m∾) Pinc. v. l. P4. Ort. — *qui* ante *honestum.* Col. — *qui honestum* ...VI,2. *decet nihil humile.* D(m∾) E = *quod honestum.* G(s∾) = *putabant.*

te facientem = B Bong. sGVDE P2. 4. Ort.(s.m.) = *facientem te.* P3. = *faciente te.* G𝔗...𝔙o — *te.* GD(m∾) E = *debet esse.* 𝔗...ℜu𝔙o = *et consolator illorum* contra mstos etiam Pinc. Gr. V𝔗𝔙 = *nisi tuo ind.* B G = *si tui ind.* (G p.m. = *indulgeris*). D + *si tuo non indulxeris.*

Cap. VI. [25.]

V = *nimio te prohibere si cogitaveris nihil eorum quae.* 𝔈1. . . . 𝔊 = *tibi ipsi* contra mstos etiam Bong.

Magnam tibi personam = BVmD P2. 3. mOrt. 𝔗 ... 𝔏4. GDE P4. Ort. cod. Lips. Rom. 2. 𝔊ro ... 𝔙o = *Magnam tibi partem.* Grut. ci. = *Magnam tibi Spartam:* sed ipse reprobat. mD *personam* explicat per *prelationem vel officium.* V — *in* ante *animum tuum.* V = *ac prospicit quantum.* P2. = *ac perficit quantum.* P4. = *ac perfecit quantum.*

rebus secundis uti dextere scias = Bong. B = *rebus secundis uti id extere scias.* G = *rebus se ederis. id exercere* [m *secundis fortiter*] *scias.* Ort. Rom. 2. Scal. = *rebus se-*

an et aduersas possis uiriliter ferre: obseruantur oculi tui.
2 Liberiora omnia sunt iis quorum adfectus tegi possunt: tibi nullum secretum liberum est, in multa luce fortuna te posuit. omnes scient quomodo te in isto tuo gesseris uolnere: utrumne statim percussus arma submiseris an in gradu steteris. Olim te in altiorem ordinem et amor Caesaris extulit et tua studia deduxerunt: nihil te plebeium decet, nihil humile. Quid autem tam humile ac muliebre est quam consumendum se dolori com-
3 mittere? Non idem tibi in luctu pari quod tuis fratribus licet: multa tibi non permittit opinio de studiis ac moribus tuis recepta. multum a te homines exigunt, multum exspectant. Si uolebas tibi omnia licere, ne conuertisses in te ora omnium: nunc autem tibi praestandum est quantum promisisti omnibus illis qui opera ingenii tui laudant, qui describunt, quibus, cum fortuna
4 tua opus non sit, ingenio opus est. Custodes animi tui sunt: nihil umquam itaque potes indignum facere perfecti et eruditi uiri professione, ut non multos admirationis de te suae poeniteat. Non licet tibi flere inmodice: nec hoc tantummodo non licet, nec somnum quidem extendere in partem diei licet aut a tumultu

cundis fortiter uti scias (Ort. s.m. = *tua*). V P2. Germ. = *rebus secundis indulgere scias.* 𝔗...𝔈2. = *in rebus secundis indulgere scias.* D = *rebus secundi uti et te* [m *fortiter*] *exercere scias.* E = *rebus secundis uti et te exercere scias.* P3. 4. = *rebus secundis uti id exercere scias.* Exx. Franc. Schol. Fac. et Prim. 𝔊...𝔙o = *rebus secundis dextere uti scias.* 𝔈1. = *observabantur oculi tui.* 𝔈2. = *observabuntur oculi tui* contra mstos etiam Pinc. Gr.

2. BV = *Liberiora sunt omnia.* V = *his quorum.* BG Pall. Ort. = *regi possunt.* V = *possunt regi.* V = *in isto tuo te gesseris.* G = *statim prorsus arma.* GD(m∾) E(n.) P4. mOrt. = *an ingratus steteris.* P3. + *an si in gradu steteris.* 𝔗...𝔊 + *an in statu et in gradu steteris.* Rell. etiam Pinc. P2. Ort. ∾. G = *et studia tua.* G — *Quid autem tam humile.* G = *quam qui sumendum se.* E = *consumandum se.*

3. E = *in victu pari.* G = *in luctu p'ari.* GVDE 𝔗...𝔈2. — *tuis* post *moribus.* B Pinc. v. l. ∾. V = *non convertisses.* VDE + *tantum tibi praestandum.* D (m ∾) E cod. Lips. = *promisisti omnes illi.* 𝔗𝔅 = *promisisti: omnes illis.* Lips. non ambigit, quin haec clausula sic rescribenda et discernenda sit: *quantum promisisti. Omnes illi, qui o. i. t. l. q. d. q. c. f. t. o. n. s. i. opus est, custodes animi tui sunt.* Rell. ∾. B P3. 𝔗𝔅 = *qui describant.* D (cr. ∾) = *quid scribunt.* mD P2. = *quid describant.* B = *con fortuna tuo opus non sit.* G — *ingenio opus est.*

4. V + *Custodes enim animi.* G VmDE = *unquam ita potes.* D = *unquam ita potest.* GDE P4. Ort. = *profecti et eruditi.* V P2. 𝔗...𝔈2 = *provecti et eruditi.* B Pinc. v. l. P3. ∾. V = *suae de te p.* D (m∾) E = *de se suae.* Rom. 2. + *sed nec hoc tantummodo.* DE + *non licet tibi nec somnum q.* V + *non licet tibi imo nec s. q.* Rom. 2. ci. Gothofr. + *sed nec somnum q.* (*nec s. q.* habent omnes).

rerum in otium ruris quieti confugere aut adsidua laboriosi offi-
cii statione fatigatum corpus uoluntaria peregrinatione recreare
aut spectaculorum uarietate animum detinere aut tuo arbitrio
diem disponere. VII. [26.] Multa tibi non licent quae humil-
limis et in angulo iacentibus licent. Magna seruitus est magna
fortuna. Non licet tibi quicquam arbitrio tuo facere: audienda
sunt tot hominum milia, tot disponendi libelli. tantus rerum ex
orbe toto coeuntium congestus ut possit per ordinem suum prin-
cipis maximi animo subici, erigendus tuus est. Non licet tibi, 2
inquam, flere, ut multos flentes audire possis, ut periclitantium
et ad misericordiam mitissimi Caesaris peruenire cupientium la-
crimae possint, tibi tuae adsiccandae sunt. Haec tamen etiam-

in otium ruris quieti confugere = VmD Ort. ci. Lips. 𝔊ro ... 𝔅o. BDE Pall. = *in otium ruris quietis confugere.* G = *in otium ruris quietis cons'gere* (m *confugere*). Col. hic mancus est. 𝔗 ... 𝔏4. = *in otium ruris gratia quietis confugere.*

voluntaria peregrinatione = B𝔗 ... 𝔏4. GVDE Pall. Ort. Rom. 2. Tronc. = *voluptaria per.* (Rom. 2. Tronc. = *voluptuaria*). exosculatur Grut.

Cap. VII. [26.]

V = *quae humilibus quoque in angulo iacentibus.* DE P2. 4. Ort. 𝔗 ... 𝔈2. — *et* ante *in angulo.* mD P3. Col. + *quoque et in angulo.* Rell. etiam Pinc. v. l. ∾. Germ. 𝔗 ... 𝔈2. + *est ex magna fortuna.* P4. = *mãg. pẽ.* Mss. etiam Pinc. v. l. Gr. ∾. G = *disponendi belli.*

ex toto orbe coeuntium = BGVD E Pall. Ort. Rom. 2. 𝔊ro ... 𝔅o. Col. hic deficit. 𝔗 ... 𝔈1. = *ex toto orbe occurrentium.* 𝔈2. ... 𝔏4. = *ex toto orbe accurrentium.*

ut possit per ordinem suum principis maximi animo subici, erigendus tuus est = ci. Pinc. 𝔊ro ... 𝔅o. non improbat Lips. B = ∾ *subicit exigendus is est.* G = ∾ *exigentibus is est.* mG = *in alio deficiebat animo scribitque exigentibus. is. est.* et eadem manu: *officium geri ubique exigendus est animus.* V = *Ut possit ordine suo tanti principis officium geri ubique est erigendus animus.* DE = ∾ *subici. erigendus is est.* mD = *officium geri ubique animus erigendus est.* Pinc. v. l. = *subiici, exigendus* [in quibusdam erat *erigendus*] *is est.* „ut referas ad *congestus.*“ Pinc. P2. = ∾ *subici exigendus is* [hoc del.] *hiis est.* P3. = ∾ *principis maximi officium geri animus ubique diligendus est.* P4. = *ut possit per orbem suum principis maximi animo subiici exigendus is est.* Ort. = ∾ *subici. Exigendus is est.* 𝔗 ... 𝔈1. = ∾ *principis maximi officium geri ubique animi est.* Agric. ci. = *ubique astricti animi est.* non probat Erm. et ipse ci. = ∾ *principis maximi officium geri, quieto animo opus est.* 𝔈2. ... 𝔏4. = ∾ *princ. maximi* [𝔏4. = *maxime*] *officium geri, quieti animi est.* Lips. ci. = *erigendus ipse es.*

2. V = *inquam tibi.* 𝔗 ... 𝔈2. = *tibi unquam* contra mstos etiam Pinc. Gr. V = *possis flentes audire.* V = *Caesaris venire.*

lacrimae possint, tibi tuae adsiccandae sunt = DE cod. Lips. BG P3. 4. 𝔗𝔚 𝔊ro 𝔚1. 𝔅o — *possint.* D(s.m.) 𝔈1. ... 𝔏4. = *lacrimae prosint, tibi tuae ass. s.* P2. 𝔑u 𝔚2. = *lacrimae, sic tibi tuae ass. s.* probat Gron. V = *lacrimae admittantur tuae tibi siccandae sunt.* mD Ort. Bruxell. = *lacrimae admittantur, tibi tuae ass. s.* non displicet Grutero. Spalding. (in Commentt. Acad. Reg. Berol. a. 1803. p. 228.)

nunc lenioribus remediis adiuuabunt: cum uoles omnium rerum obliuisci, Caesarem cogita. uide quantam huius in te indulgentiae fidem, quantam industriam debeas: intelleges non magis tibi incuruari licere quam illi. si quis modo est fabulis traditus
3 cuius humeris mundus innititur, Caesari quoque ipsi cui omnia licent propter hoc ipsum multa non licent. Omnium domos illius uigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium uacationem illius occupatio. Ex quo se Caesar orbi terrarum dedicauit sibi eripuit et siderum modo quae inrequieta semper cursus suos explicant numquam illi licet nec subsistere nec quicquam suum facere. Ad quemdam itaque modum tibi quoque eadem necessitas iniungitur: non licet tibi
4 ad utilitates tuas, ad studia tua respicere. Caesare orbem terrarum possidente inpartiri te nec uoluptati nec dolori nec ulli alii rei potes: totum te Caesari debes. Adice nunc quod, cum semper praedices cariorem tibi spiritu tuo Caesarem esse, fas tibi non est saluo Caesare de fortuna queri. Hoc incolumi salui tibi sunt tui. nihil perdidisti: non tantum siccos oculos tuos

ci. + *lacrimae aspici possint, tibi tuae ass. s.*

Haec tamen etiamnunc lenioribus remediis adiuvabunt = B. G P2. 4. Ort. = ∾ *levioribus* ∾. V + ∾ *etiamnunc quoque lenioribus* ∾. DE = ∾ *levioribus te remediis* ∾. P3. = *Haec tamen etiam non levioribus te remediis adiuvabunt.* 𝔗...𝔊 = *Hoc tamen etiamnunc* [*etiamnum*] *levioribus remediis adiuvabit.* 𝔐...𝔙o = *Hoc tamen etiam non levioribus in remediis adiuvabit.*

Caesarem cogita = BGDE. V𝔗...𝔙o = *cogita Caesarem.* G = *inde quantam.* V = *huius indulgentiae tibi fidem.* D(m∾) E = *vite indulgentie.* V = *tibi magis.* G = *quam ali si quis.* DE quaedam exx. Pinc. cod. Lips. + *traditus favor.* 𝔐 — *fabulis traditus* contra mstos etiam Gr.

3. Spalding. (l. l. p. 226.) ci. = *Omnium somnos.* BG = *omnium evocationem.* 𝔗𝔙 = *omnium vocationem.* GD(m∾) — *se* ante *Caesar.* E = *Caesar se.* V = *dedicavit orbi terrarum.* G = *orbem terrarum.* mD E Rom. + *se sibi eripuit.* E(s∾) = *siderum more.* V = *semper suos explicant cursus.* D (cr. ∾) = *illis licet.* BGD = *et subsistere.* VD(s.m.) E — *nec.* BG (cr.∾) G(cr.∾) P3. 4. = *sua facere.* D (cr.∾) = *suo* [vel *sue*] *facere.* E = *sui facere.* B(s∾) = *a studia.* V — *tua.*

4. G(m∾) = *possidere.* G — *nec* ante *voluptati.*

ulli alii rei = BGVDE Pall. Ort. Rom. 𝔗...𝔈2. 𝔊ro...𝔙o. 𝔈...𝔏4. — *alii.* G = *potest.* BG(cr.∾) DE Pall. 𝔗𝔙 = *Caesari debeas.* V Ort. ∾. B = *cariores sunt. fas tibi non est.* P2. = *cariores tibi spiritu tuo cariores sint. Fas tibi.* P3. = *cariorem tibi sp. tuo cariorem fratribus, cariorem liberis esse, optimum principem et privata vota tuto sint fax tibi non est.* G P4. = *cariorem tibi sp. tuo cariores sint. fas tibi.* Ort. + *Caesarem esse, cariorem fratribus, cariorem liberis optimum principi et privata nota tua sunt. Fas tibi.* V = *cariorem tibi sp. tuo Caesarem fore* [= mG 𝔗...𝔈2.] *fas non est tibi.* DE Pinc. v. l. ∾. D(m∾) = *fas tibi non esse.* D(m∾) — *tui: nihil ... tibi omnia sunt.* V — *tuos* post *oculos.*

esse, sed etiam laetos oportet. in hoc tibi omnia sunt, hic pro
omnibus est. Quod longe a sensibus tuis prudentissimis piissi- 5
misque abest aduersus felicitatem tuam parum gratus es, si tibi
quicquam hoc saluo flere permittis. Monstrabo etiamnunc non
quidem firmius remedium, sed familiarius. Si quando te do-
mum receperis, tunc erit tibi metuenda tristitia: nam quamdiu
numen tuum intueberis, nullum illa ad te inueniet accessum.
omnia in te Caesar tenebit: cum ab illo discesseris, tunc uelut
occasione data insidiabitur solitudini tuae dolor et requiescenti
animo tuo paulatim inrepet. Itaque non est quod ullum tempus 6
uacare patiaris a studiis: tunc tibi literae tuae tam diu ac tam
fideliter amatae gratiam referant. tunc te illae antistitem et cul-
torem suum uindicent. tunc Homerus et Uergilius tam bene de
humano genere meriti quam tu et de omnibus et de illis meruisti
quos pluribus notos esse uoluisti quam scripserant multum tecum
morentur. tutum id erit omne tempus quod illis tuendum com-
miseris. Tunc Caesaris tui opera, ut per omnia secula dome-
stico narrentur praeconio, quantum potes conpone: nam ipse
tibi optime formandi condendique res gestas et materiam dabit
et exemplum. VIII. [27.] Non audeo te usque eo producere,
ut fabellas quoque et Aesopeos logos, intemptatum Romanis in-
geniis opus, solita tibi uenustate connectas. difficile est qui-

5. E = *Quia longe a sensibus tuis.* D = *permittit.* 𝔈2. . . . 𝔅o = *etiamnum* contra mstos. G(m∾) D(m∾) E = *firmum remedium.* GD (cr.∾) E = *nunc erit tibi.* Rom. + *numen tuum id est Caesarem tuum intueberis.* D (m∾) — *intueberis . . . accessum.* E = *nullum te invenient accessum.* B(s∾) GE 𝔗𝔅 = *inrepit* (*irr.*). D = *imrepit.* mD = *imrepet.*

6. D (cr. ∾) E = *nullum tempus.* D(m∾) — *vacare.*

ac tam fideliter = BGVE Pall. Ort. Tronc. Rom. 𝔊ro . . . 𝔅o. D = *ac tam fidenter.* 𝔗 . . . 𝔏4. — *tam.* G = *amare gratiam.* V = *cultorem que suum.* E = *ei cultorem.* G = *iudicent.*

quam tu et de omnibus = VD(s.m.) E P3. Ort. 𝔏4. BGP2. 4. = *quam et de omnibus.* D = *quantum et de omnibus.* G (s.m.) 𝔈2. . . . 𝔅o (exc. 𝔏4.) = *quam tu de omnibus.* 𝔗 . . . 𝔈1. = *quam de omnibus.* V P2. = *tutum hic erit id.* 𝔗 . . . 𝔈2. = *tutum hic erit.* B = *tutum id exit.* Rell. etiam Pinc. P3. 4. ∾. G = *commiserit.*

Cap. VIII. [27.]

BVDE Gr. — *eo* post *usque.* BGV = *et oesopeos longos.* D = *et sopeos longos.* D (s.m.) E P2. 4. = *et cesopeos longos.* P3. = *et cesos eos longos.* Ort. = *cosopeos longos.* Pinc. ci. = *et Aesopi apologos.* probat Steph. ad Dal. Ep. 34. 𝔗 . . . 𝔈1. = *et cessopeos longos.* V + *intemptatum quidem.* BVE Bong. Pinc. v. 1. P2. 3. 𝔗𝔅 = *solita sibi.* mD = *soluta sibi.* 𝔈1. 2. — *tibi.* G D P4. Pinc. ci. ∾. B = *vetustate.* Pinc. ci. = *convertas.* D(m∾)E =

dem, ut ad haec hilariora studia tam uehementer perculsus animus tam cito possit accedere: hoc tamen argumentum habeto iam conroborati eius et redditi sibi, si poterit se a seuerioribus
2 scriptis ad haec solutiora producere. In illis enim quamuis aegrum eum adhuc et secum reluctantem auocabit ipsa rerum quas tractabit austeritas: haec quae remissa fronte commentanda sunt non feret, nisi cum iam sibi ab omni parte constiterit. Itaque debebis eum seueriore materia primum exercere, deinde hila-
3 riore temperare. Illud quoque magno tibi erit leuamento, si saepe te sic interrogaueris: Utrumne meo nomine doleo an eius qui decessit? Si meo, perit meae indulgentiae iactatio et incipit dolor, hoc uno excusatus quod honestus est, cum ad utilitatem respiciat, a pietate desciscere. Nihil autem minus bono
4 uiro conuenit quam in fratris luctu calculos ponere. Si illius nomine doleo, necesse est alterutrum ex his duobus esse iudicem. Nam si nullus defunctis sensus superest, euasit omnia frater meus uitae incommoda et in eum restitutus est locum in quo fuerat antequam nasceretur et expers omnis mali nihil timet, nihil cupit, nihil patitur. Quis iste furor est pro eo me num-

venustate nectas. G (m∾) 𝔗𝔅 = *percultus.* D(cr.∾) = *percursus.* B = *perculsus annis.* V = *possit accidere.* DE = *argumentum habeo.* V + *.s. iam corroborati.* 𝔍u ed. Par. a. 1613. — *si* ante *poterit.* BGDE Bong. — *se* post *si poterit.* V = *se a sevioribus.* BG = *ad solitiora producere.* DE Bong. = *ad solutiora procedere.*

2. G (cr. ∾) = *et secum eum luctantem.*

avocabit = Bong. ci. amici Grut. 𝔊ro . . . 𝔅o. B = *avocavit.* sBGDE Ort. = *advocavit.* VPall. 𝔗 . . . 𝔏4. = *advocabit.* Lips. ci. = *advocabit ipsi* i. e. *iuvabit, patrocinabitur.* sGD (s.m.) = *quas tractabat.* E = *quas tractavit.* BG (s∾) VE Bong. Gr. 𝔗 . . . 𝔈1. = *commendanda sunt.* B = *ut ferret nisi.* GD(s.m.) P2. 4. = *non ferret nisi.* D = *non referret nisi.* E = *non fert nisi.* B = *Itaque delebis eum.* G(s∾) = *Itaque debetis eum.* V = *Itaque debebis illis.* G = *primum excedere.*

3. V = *tibi magno.* G(s∾) = *erit lamento.* B P2. 4. Ort. 𝔗 . . . 𝔈2. — *sic* ante *interrogaveris.* Rell. etiam Pinc. v. l. P3. ∾. E — *doleo.* G = *Si meo per id indulgentem.* D = *Si modo parit indulgente.* D(s.m.) E = *Si modo perit indulgentiae.* Bong. 𝔗 . . . 𝔈1. = *Si meo petit me indulgentem.* 𝔈𝔊 = *perit merae indulgentiae.* BV P3. 4. Ort. — *meae.* Pinc. v. l. ∾. V + *dolor esse.* D (cr. ∾) E + *qui hoc uno.* G = *excusatur quod honestum est.* D(cr. ∾) = *ad humilitatem respicit.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *respiciat* contra mstos etiam Bong. V (lit.) = *a pietate dissicere.* D = *a pietate discessere.* Ort. 𝔗 . . . 𝔈1. = *a pietate desistere.* 𝔐𝔅1. 𝔑u 𝔅o = *a pietate desciscens.* Rell. etiam Pall. ∾. E — *viro* post *bono.* V = *calculum ponere.*

4. G = *defunctus sensus.* Ort. — *defunctis.* 𝔗 . . . 𝔏 𝔍u = *sensus est* contra mstos etiam Bong. Pinc. v. l. Gr. Rom. Scal. V = *et in eo restitutus est loco.* Ort. 𝔗 . . . 𝔈2. — *nihil timet* contra mstos etiam Pinc. Pall. Col. D (m∾) E — *nihil cupit.*

Quis iste furor est = BGDE. V

quam dolere desinere qui numquam doliturus est? Si est ali- 5
quis defunctis sensus, nunc animus fratris mei uelut ex diutino
carcere emissus tandem sui iuris et arbitrii gestit et rerum na-
turae spectaculo fruitur et humana omnia ex superiore loco de-
spicit, diuina uero quorum rationem tamdiu frustra quaesierat
propius intuetur. Quid itaque eius desiderio maceror qui aut
beatus aut nullus est? beatum deflere inuidia est, nullum de-
mentia. IX. [28.] An hoc te mouet, quod uidetur ingentibus
et cum maxime circumfusis bonis caruisse? cum cogitaueris
multa esse quae perdidit, cogita plura esse quae non timet.
Non ira eum torquebit, non morbus adfliget, non suspicio la-
cesset, non edax et inimica semper alienis processibus inuidia
consectabitur, non metus sollicitabit, non leuitas fortunae cito
munera sua transferentis inquietabit. Si bene conputes, plus
illi remissum quam ereptum est. Non opibus fruetur, non tua 2
simul ac sua gratia. non accipiet beneficia, non dabit. Mise-
rum putas, quod ista amisit, an beatum, quod non desiderat?
mihi crede, is beatior est cui fortuna superuacua est quam is
cui parata est. Omnia ista bona quae nos speciosa, sed fallaci
uoluptate delectant, pecunia, dignitas, potentia aliaque con-
plura ad quae generis humani caeca cupiditas obstupescit cum la-
bore possidentur, cum inuidia conspiciuntur eosdemque ipsos

= *Quis est ergo iste furor.* 𝔗 . . . 𝔚o = *Quis iste est furor.* BGD(cr.∾) E(n.) = *pro meo me nunquam.* V = *pro illo me nunquam.* D (cr. ∾) E = *in dolore desinere.* BG P4. = *dolore desinere.* V = *desinere dolere.* P2. = *dolorem diffinire.* Grut. ci. = *dolorem desinere.*

5. DE = *Si aliquis est.* 𝔈1. . . . 𝔊 = *defuncti sensus* contra mstos etiam Rom. Scal. G(m∾) = *velut ex divino.* 𝔗𝔚 = *velut ex diuturno.* VP2. + *esse gestit.* sE = *gessit.* V D(s.m.) E = *ex loco superiore.* D = *et loco superiore.* GD (cr.∾) = *proprius.* V = *Quid ergo eius.* B = *desiderio marceor.*

Cap. IX. [28.]

B = *videntibus ingentibus.*

et cum maxime circumfusis = BG (s.m.) Bong. Pinc. v. l. 𝔐 . . . 𝔚o. G = *et eum maxime* [= DE Ort.] *circumfusus.* P2. = ∾ *circumfusus.* P3. = ∾ *circumfuxis.* V — *cum maxime.* D (s.m.) — *cum.* Col. = *et quam maxime.* P4. = *et eum circumfusis.* Germ. 𝔗 . . . 𝔈1. = *et ingratis et maxime circumfusis.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *et gratis et maxime circumf.* D (cr.∾) = *bonis circuisse.* V = *Non eum ira.* G (m∾) — *non* ante *suspicio.* V = *alienis incrementis invidia.* GD(cr.∾) = *invidia consecrabitur.* V = *sua cito munera.* V = *est quam ereptum.* D(m∾) — *est* post *ereptum.*

2. G = *supervacui* [cr. *e*] *est.* Pinc. ci. 𝔐 = *quam is cui parta est* contra mstos etiam Gr. DE = *non speciosa.* D = *voluptate fallaci.* Ed. Par. a. 1613. = *fallaci cupiditate.* G (cr.∾) = *voluptate delectavit.*

eosdemque ipsos = GVDE quatuor Gr. B = *eisdemque ipsis* (hoc in lit.). Scal. = *eosdem ipsos.*

quos exornant et premunt. plus minantur quam prosunt. lubri-
ca et incerta sunt. numquam bene tenentur: nam ut nihil de
tempore futuro timeatur, ipsa tamen magnae felicitatis tutela
3 sollicita est. Si uelis credere altius ueritatem intuentibus, omnis
uita supplicium est. In hoc profundum inquietumque proiecti
mare, alternis aestibus reciprocum et modo adleuans nos subitis
incrementis, modo maioribus damnis deferens adsidueque ia-
ctans numquam stabili consistimus loco: pendemus et fluctuamur
et alter in alterum inlidimur et aliquando naufragium facimus,
semper timemus. In hoc tam procelloso et in omnes tempesta-
tes exposito mari nauigantibus nullus portus nisi mortis est.
4 Ne itaque inuideris fratri tuo: quiescit. tandem liber, tandem
tutus, tandem aeternus est. superstitem Caesarem omnemque
eius prolem, superstitem te cum communibus habet fratribus.
Antequam quicquam ex suo fauore fortuna mutaret, stantem
5 adhuc illam et munera plena manu congerentem reliquit. Frui-
tur nunc aperto et libero coelo, ex humili atque depresso in
eum emicuit locum quisquis ille est qui solutas uinculis animas
beato recipit sinu. et nunc illic libere uagatur omniaque rerum
naturae bona cum summa uoluptate perspicit. Erras: non per-
didit lucem frater tuus, sed securiorem sortitus est. Omnibus

Rom. 2. = *eos denique quos.* 𝔗 . . . 𝔚o = *eosque ipsos.* G = *bene tenetur.*

3. V = *Si velimus credere veritatem altius.* Tronc. = *omnibus vita supplicium.* D (cr. ∾) = *Improfundum.* V = *et inquietum mare proiecti.* Pall. = *alterius aestibus.* Mss. etiam Col. Ort. ∾. D (cr. ∾) = *et non allevans.* 𝔗 . . . 𝔊 = *subiectis incrementis* contra mstos etiam Bong. Pinc. Gr. D(s∾) = *assidue* om. *que.* G P2. 3. 𝔗𝔚 = *in alterum illudimur.* V = *in alterum eludimur.* E = *in alterum alidimur.* Col. = *allidimur.* D = *illidamur.* P4. = *illiduntur.* Goerenz. (in Progr. Lyc. Zwicc. a. 1812. p. 10.) ci. = *et aliquando ne naufragium faciamus.* D(cr. ∾) = *In hoc quam procell.*

4. G (cr. ∾) = *Nec itaque.* V = *Non itaque* G (cr. ∾) = *tandem libertas, tandem tuus.* Ort. — *est* post *aeternus.* V — *Caesarem.* B — *Caesarem . . . superstitem.*

te cum communibus habet fratribus = BVDE Bong. P3. Col. Ort. Rom. Trist. P4. — *cum.* P2. = *cum omnibus heredibus et fratribus.* G𝔗 . . . 𝔚o = *te cum omnibus habet fr.* G (s∾) = *in suo favore.* E = *stantem adhuc illa.*

5. D = *et humili.* sD + *et ex humili.* GV = *quisque ille est.* DE + *quo vel qui solutas.*

et nunc illic libere vagatur = V Bong. exx. Franc. Schol. P3. Rom. B = *et nunc libere illic vagatur.* Col. = *illuc libere.* DE = *et nunc liber vagatur.* mD = *illic liber vagatur.* Scal. = *et nunc ille libere.* G P2. 4. Ort. 𝔗 . . . 𝔚o — *illic.* D(m∾) = *natura.* Germ. Trist. 𝔗𝔚 = *prospicit.* Goerenz. l. l. ci. = *percipit.* B G (s∾) DE = *non perdit lucem.* G D (m∾) E exx. Pinc. Fac. et Prim. P4. Ort. Rom. Scal. Tronc. + *omnibus*

illo nobis commune est iter: quid fata deflemus? non reliquit
ille nos, sed antecessit. X. [29.] Est, mihi crede, magna
felicitas in ipsa felicitate moriendi. Nihil ne in totum quidem
diem certi est: quis in tam obscura et inuoluta ueritate diuinat
utrumne fratri tuo mors inuiderit an consuluerit? Illud quoque
qua iustitia in omnibus rebus es necesse est te adiuuet cogi-
tantem non iniuriam tibi factam, quod talem fratrem amisisti,
sed beneficium datum, quod tamdiu pietate eius uti fruique li-
cuit. Iniquus est qui muneris sui arbitrium danti non relinquit, 2
auidus qui non lucri loco habet quod accepit, sed damni quod
reddidit. Ingratus est qui iniuriam uocat finem uoluptatis, stul-
tus qui nullum fructum esse putat bonorum nisi praesentium,
qui non et in praeteritis adquiescit et ea iudicat certiora quae
abierunt, quia de illis ne desinant non est timendum. Nimis
angustat gaudia sua qui eis tantummodo quae habet ac uidet frui
se putat et habuisse eadem pro nihilo ducit: cito enim nos omnis
uoluptas relinquit quae fluit et transit et paene antequam ueniat
aufertur. Itaque in praeteritum tempus animus mittendus est et 3
quicquid nos umquam delectauit reducendum ac frequenti cogi-

cum illo. 𝔗...𝔊 = *omnibus illud nobis.* 𝔐 = *omnibus illuc nobis.* B V Bong. ex. Franc. P2. 3. Col. ∾. V = *sed praecessit.*

Cap. X. [29.]

𝔗...𝔈2. + *Magna felicitas est in felicitate mori.* *Est, mihi crede* contra mstos etiam Pinc. Gr. B = *Nihil me in totum quidem.* G = *Nihil te in totum q.* V = *Nihil quidem mihi in totum diem certi est.* 𝔗𝔚 = *Nihil mihi in totum quidem diem certi est.* D(cr. ∾) E = *ne* [mD = *mehercule*] *in toto quidem die.* V = *et involuta virtute.* mD Pinc. ci. = *et involuta varietate.* BGD E P2. 4. 𝔗...𝔈1. = *invideat.* V Ort. (P3. Col.) ∾. BGVD (s.m.) E P2. 3. Col. 𝔗𝔚 = *an consulerit.* D = *ante consulerit.* P4. = *an consuleat.* Ort. ∾. V = *quod iustitia in omnibus est rebus necesse est te adi.* DE = *quia* [sDsE = *que*] *iustitia. in omnibus rebus est necesse est te adi.* Col. = *quia iustitia in omnibus rebus est necesse te adi.* BG P2. 4. = *qua iustitia in omnibus rebus est necesse te adi.* P3. = *qua tristitia in omnibus necesse est te adi.* Ort. = *quod iustitia in omnibus rebus est necesse est te adi.* 𝔗...𝔈1. = *quae iustitia in omnibus rebus necesse est te adi.* 𝔈2....𝔊 = *Illud quoque iustitia in omnibus rebus necesse est adi.* 𝔐 = *Illud quoque necesse est te adiuvet* rell. om. Pinc. v. l. = *qua iustitia in omnibus rebus est.* Pinc. ci. 𝔏...𝔚o ∾. V = *fratrem amiseris.* G (m∾) = *beneficium dampni.* BG + *tibi pietate eius.* DE Ort. + *pietate eius uti fruique tibi.* 𝔗...𝔏4. + *pietate eius tibi uti fruique.* V = *pietate eius tibi uti licuit.* Pall. Col. ∾.

2. GDE = *non reliquit.* G + *stultus est qui.* GVDE = *putat esse.* 𝔍u ed. Par. a. 1613. = *quin non in praeteritis.* V + *et ea non iudicat.* G = *Minus angustant* (n n.). sG + *qui in eis tantummodo.* V — *omnis* ante *voluptas.* V = *ac paene antequam.*

3. V = *animus mutandus est.* G = *nos tanquam delectavit.* V = *reducendum est ac frequenti cogitatione*

tatione pertractandum est. Longior fideliorque est memoria uo-
luptatum quam praesentia. Quod habuisti ergo optimum fra-
trem, in summis bonis pone. Non est quod cogites quanto diu-
4 tius habere potueris, sed quamdiu habueris. Rerum natura il-
lum tibi sicut ceteris fratribus non mancipio dedit, sed commo-
dauit: cum uisum est deinde, repetit nec tuam in eo satietatem
secuta est, sed suam legem. Si quis pecuniam creditam soluis-
se se moleste ferat, eam praesertim cuius usum gratuitum ac-
ceperit, nonne iniustus uir habeatur? Dedit natura fratri tuo
uitam, dedit et tibi: quae suo iure usa a quo uoluit debitum
suum citius exegit. non illa in culpa est cuius nota erat condi-
cio, sed mortalis animi spes auida quae subinde quid rerum na-
tura sit obliuiscitur nec umquam sortis suae meminit, nisi cum
5 admonetur. Gaude itaque habuisse te tam bonum fratrem et
usum fructumque eius, quamuis breuior uoto tuo fuerit, boni
consule. Cogita iucundissimum esse, quod habuisti, humanum,
quod perdidisti. Nec enim quicquam minus inter se consenta-
neum est quam aliquem moueri, quod sibi talis frater parum diu
contigerit, non gaudere, quod tamen contigerit. At inopinanti

pertractandum. G — *est* post *fideliorque.* B = *memoria voluptandum.* B — *sed* ante *quamdiu habueris.*

2 inhumana duritia. Optimum inter pietatem et rationem temperamentum est et sentire desiderium et opprimere. Non est quod ad quasdam feminas respicias quarum tristitiam semel sumptam mors finiuit. nosti quasdam quae amissis filiis inposita lugubria numquam exuerunt: a te plus exigit uita ab initio fortior. non potest muliebris excusatio contingere ei a qua omnia muliebria
3 uitia afuerunt. Non te maximum seculi malum inpudicitia in numerum plurium adduxit. non gemmae te, non margaritae flexerunt. non tibi diuitiae uelut maximum generis humani bonum refulserunt. non te bene in antiqua et seuera institutam domo periculosa etiam probis peiorum detorsit imitatio. Numquam te fecunditatis tuae, quasi exprobraret aetatem, puduit. numquam

G = *percussa e s t.*

Cap. XVI.

A(s∾) = *excusat i o.* *muliebris nominis* = BGAg. D 𝔑 ... 𝔙o = *nominis muliebris.* D = *t u i est immoderatum lacrimas ius.* 𝔑 ... 𝔊 = *concessum est i m m o* [*i m o*] *d a t u m in lacrimas ius.* BGA = *in lacrimas e i u s.* (g) Pinc. v. l. Gr. ∾. g P3. 4. = *ut pertinaci a m muliebris m.* probat Grut. DP2. = *et cum pertinaci a m mul.* Ju ed. Par. a. 1613. = *e t cum pertinacia.* 𝔑 ... 𝔙 = *public a m constitution e m de s ider e t.* G (m∾) — *luctus, sed finierunt.* g = *Nam e x infinito.* D + *et i n infinito.* G = *ex carissimis amic i s affici.* B = *affic i s.* B = *et i n i l l o inhumana.* Dg P2. 𝔑 ... 𝔈1. = *et n i m i s inhumana.* 𝔈2. + *et nullo, n i m i s inhumana.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.

2. 𝔑 ... 𝔈1. = *inter pietatem et i r a m temperamentum est.* 𝔈2. ... 𝔊 = *inter pietatem et l u c t u m t. e.* 𝔑 ... 𝔙 — *semel* ante *sumptam.* 𝔑 ... 𝔈2. = *mors fin i t* contra mstos etiam Pinc.

muliebria vitia = BGAg. D𝔑 ... 𝔙o = *vitia muliebria.*

a f u erunt. Ita scribendum videtur. BG = *a f f uerunt.* A = *f u e - runt.* A(s m.) = *a u fuerunt.* D = *a u f e r u n t.* (g) 𝔑 ... 𝔙o = *a b fuerunt.*

3. G = *maxim e seculi malum.* g + *t a m in numerum.* D = *in numerum plurim um.* g P3. + *gemmae a te.* D = *gemmae t i b i.* 𝔑 ... 𝔈1. — *non* ante *margaritae.* BGg P3. = *f l u x e runt.* 𝔑 ... 𝔈1. = *f u l s erunt.* P4 = *c i r c u m f u l serunt.* D P2. — *flexerunt.* A Col. ∾. Col. = *n i l tibi divitiae.* D — *tibi* ante *divitiae.* BG P4. = *generis humani bonum ref l u - x e runt.* g = *g. h. bonum a f f l u x e - runt.* D P2. 3. = *g. h. bonum f l u - x e r u n t.* 𝔑 ... 𝔈1. = *ref l e x e runt.* A Col. ∾. G = *non t a m bene* B sGA P4. Col. 𝔈𝔊 = *etiam prob r is.* 𝔑 ... 𝔙 = *pei or detorsit.* G = *d e c or s i t i n c i t a t i o n u m q u a m te fecunditatis.* g = *detorsit m u tatio.* P3. = *imitation u m q u a m te fec.* 𝔑 ... 𝔙 = *q u a n t a e fecunditatis tuae.* 𝔈1. — *Numquam.* 𝔈2. ... 𝔐 = *n o n te*

more aliarum quibus omnis commendatio ex forma petitur tu-
mescentem uterum abscondisti quasi indecens onus nec intra
uiscera tua conceptas spes liberorum elisisti. Non faciem colo- 4
ribus ac lenociniis polluisti. numquam tibi placuit uestis quae
nihil amplius nudaret, cum poneretur: unicum tibi ornamentum
pulcherrima et nulli obnoxia aetati forma, maximum decus uisa
est pudicitia. Non potes itaque ad obtinendum dolorem muliebre
nomen praetendere ex quo te uirtutes tuae seduxerunt. tantum
debes a feminarum lacrimis abesse quantum a uitiis. Ne femi-
nae quidem te sinent intabescere uolneri tuo, sed leuiori neces-
sario moerore cito defunctam iubebunt exsurgere, si modo illas
intueri uoles feminas quas conspecta uirtus inter magnos uiros
posuit. Corneliam ex duodecim liberis ad duos fortuna redege- 5
rat. Si numerare funera Corneliae uelles, amiserat decem: si
aestimare, amiserat Gracchos. Flentibus tamen circa se et fa-
tum eius exsecrantibus interdixit, *ne fortunam accusarent
quae sibi filios Gracchos dedisset.* Ex hac femina debuit nasci
qui diceret in concione: *Tu matri meae maledicas quae me
peperit?* Multo mihi uox matris uidetur animosior. Filius 6

fec. tuae. Rell. etiam Gr. ∾. G = *quibus omnibus commendatio.* Bg = *ex fortuna petitur.* B = *inceptas spes.* D = *elisistis.*

4. *coloribus ac lenociniis* = BGAg Bong. Pinc. v. l. tres Gr. Scal. D P2. 𝔑...𝔊 = *lenociniis aut coloribus.* 𝔐...𝔅o = *lenociniis ac coloribus.* g = *palluisti.*

quae nihil amplius nudaret, cum poneretur = ci. Lips. 𝔊ro...𝔅1. Ita scribendum propterea, quod in A saepe *o* pro *u* ponatur, etiam vidit Branca. Accedit, quod alibi A scribit *conpono*, non *compono*. BGA cod. Lips. = *quae nihil amplius nudaret componeretur.* P4. = *quae nihil aliud nudaret componeretur.* Bong. = *quae amplius nudaret quam componeret.* D P2. = *quae ad nihil aliud quam ut nudaret componetur.* 𝔑u...𝔅o = *quae ad nihil aliud quam nudaret componeretur.* Col. = *quae ad nihil amplius quam ut nudaret componeretur.* g = *quae ad nihil aliud exigenda quam nuditatem tuam honestate tegeret. unicum tibi.* P3. = *quae amplius quam nuditatem tuam honeste tegeret.* 𝔑...𝔊 = *quae ad nihil* [m𝔈2. = *quicquam*] *aliud est exigenda quam ut nuda* [𝔈2. ... 𝔊 = *nudam*] *componeret.* 𝔐...𝔏4. = *quae nihil amplius quam nudam componeret.* Col. + *pulcerrima tu et nulli.* Lips. ci. = *pulcherrimum, tua et nulli obnoxia arti.* refutatur a Gron. B = *etati forme.* BG = *Non potest itaque.* BG 𝔑 = *optinendum.* B (n.) + *et dolorem.* g = *tuae virtutes.* Lips. ci. = *virtutes tuae eduxerunt.* refutatur a Gron. BGA = *quantum vitiis* om. *a.* de quo vide. G = *Nec feminae quidem.* B (cr. ∾) = *te desinent.* BGA = *sed levior necessario.* g = *sed levior est necessario.* D = *sed leviore.* BGD = *defunctam videbunt.* G = *voles intueri.* g = *magnas vires.*

5. 𝔑...𝔏𝔍u = *redegit* contra mstos etiam Gr. 𝔑...𝔅 = *et factum eius.* g = *filios gratos dedisset.* G = *matri me maled.*

6. D — *mihi* post *Multo.*

vox matris videtur animosior = B

magno aestimabat Gracchorum natales, mater et funera. Ru-
tilia Cottam filium secuta est in exilium et usque eo fuit indul-
gentia constricta, ut mallet exilium pati quam desiderium, nec
ante in patriam quam cum filio rediit. Eumdem iam reducem
et in republica florentem tam fortiter amisit quam secuta est.
nec quisquam lacrimas eius post elatum filium notauit. In ex-
pulso uirtutem ostendit, in amisso prudentiam: nam et nihil il-
lam a pietate deterruit et nihil in tristitia superuacua stultaque
7 detinuit. Cum his te numerari feminis uolo: quarum uitam sem-
per imitata es earum in coercenda conprimendaque aegritudine
optime sequeris exemplum. Scio rem non esse in nostra potesta-
te nec ullum adfectum seruire, minime uero eum qui ex dolore
nascitur. Ferox enim et aduersus omne remedium contumax
est: uolumus interim illum obruere et deuorare gemitus, per
ipsum tamen conpositum fictumque uoltum lacrimae profundun-
8 tur. Ludis interim aut gladiatoribus animum occupamus: at
illum inter ipsa quibus auocatur spectacula leuis aliqua desiderii
nota subruit. Ideo melius est uincere illum quam fallere. Nam
qui delusus et uoluptatibus aut occupationibus abductus est re-

GAg. D 𝔑 ... 𝔙o = *videtur animosior vox matris.* A = *filios mugnio estimabit.* D = *f. m. extimabis.* G 𝔈1. = *Rutilia contra filium.* P2.3. Col. = *Coctam filium.* D = *cocta filium.* 𝔑 ... 𝔙 = *Costam filium.* Pinc. v. l. P4. — *Collam.* g = *secutus est.* 𝔑 ... 𝔙 = *nec autem in patriam.* B (s∾) = *iam reduce.* D P2. 𝔑 ... 𝔈2. = *reductum.* Rell. etiam Pinc. v. l. tres Gr. ∾. G — *fortiter* ante *amisit.* G = *nam quisquam lacrimas.* 𝔑 ... 𝔙 = *nec quicquam lacrimis.* g = *post ablatum filium.* g = *Impulso virtutem.* G (cr.∾) = *virtutum.* D = *in stultitia supervacua.*

7. GDg 𝔑 ... 𝔈2. = *numerare* (g = *feris volo*). B = *earum in coherenda comprendendaque.* P2. = *Ociorem non esse in nostra p.* D = *Otio rem non esse in n. p.* B = *in vestra pot.* B (s∾) = *qui ex lore nascitur.* D = *adversus omnes remedium.*

interim illum obruere = BGAg Pinc. v. l. P3. 4. Col. D P2. 𝔑 ... 𝔙o = *eum interim obruere.* g + *et per ipsum tamen.* 𝔑 ... 𝔙 + *Sed cum lacrimae profunduntur.*

8. DP2. = *aut illum inter ipsa.* D P2. 𝔑 ... 𝔈1. = *quibus advocamur.* BGP3. = *quibus advocatur.* P4. Col. = *quibus annotatur.* 𝔈2. ... 𝔊 = *quibus avocamur.*

nota subruit = BGA(g) Gr. cod. Iur. 𝔊rc ... 𝔙o. 𝔑 ... 𝔏4. = *nota subivit* (𝔐 = *subibit*).

vincere illum = BGADg. 𝔑 ... 𝔙o = *illum vincere.*

Nam qui delusus et voluptatibus = ADg P2. 𝔑 ... 𝔙 𝔙2. probat Grut. BG = *Nam qui dilusus et voluptatibus* (in G *et* del.). A (s.m.) = *Nam qui delusus e voluptatibus.* P3. = *Nam qui dolosus et volupt.* P4. = *Nam qui delusus etiam voluptatibus.* Col. = *Nam qui delosus et vol.* 𝔈1. = *Nam qui delusus et voluptatibus et occ.* 𝔈2. = *Nam qui delusus voluptatibus et occup.* Pinc. v. l. 𝔈 ... 𝔑u 𝔙o = *Nam qui aut delusus vol. aut.*

surgit et ipsa quiete inpetum ad saeuiendum colligit: at quisquis rationi cessit in perpetuum conponitur. Non sum itaque tibi illa 9
monstraturus quibus usos esse multos scio, ut peregrinatione te uel longa detineas uel amoena delectes, ut rationum accipiendarum diligentia, patrimonii administratione multum occupes temporis, ut semper nouo te aliquo negotio inplicês: omnia ista ad exiguum momentum prosunt nec remedia doloris, sed inpedimenta sunt. ego autem malo illum desinere quam dicipi. Itaque illo te duco quo omnibus qui fortunam fugiunt confugiendum est, ad liberalia studia: illa sanabunt uolnus tuum, illa omnem tristitiam tibi euellent. His etiam si numquam adsuesses, nunc utendum erat: sed quantum tibi patris mei antiquus rigor permisit, omnes bonas artes non quidem conprehendisti, adtigisti tamen. Utinam quidem uirorum optimus, pater meus, minus ma- 10
iorum consuetudini deditus uoluisset te praeceptis sapientiae erudiri potius quam inbui! non parandum tibi nunc contra fortunam esset auxilium, sed proferendum. Propter istas quae literis non ad sapientiam utuntur, sed ad luxuriam instruuntur minus te indulgere studiis passus est. beneficio tamen rapacis ingenii plus quam

at quisquis rationi cessit = A(g) Gr. 𝔑 . . . 𝔊 𝔊ro . . . 𝔙o. G = *aut quisquis rationi cessit in perpetuum* ꝯ*p*o. D = *at si quis rationi cessit.* B𝔐 . . . 𝔏4. = *at qui rationi cessit.*

9. *tibi illa monstraturus* = BGAD g. 𝔑 . . . 𝔏4. = *itaque monstraturus illa* om. *tibi.* Gr. (?) 𝔊ro . . . 𝔙o = *tibi monstraturus illa.*

esse multos scio = BGAg. D𝔑 . . . 𝔙o = *multos esse scio.* D P2. = *vel amoena demulces.* DP2. + *vel patrimonii.* G = *amministratione.* g = *multum occupemus temporis.* BG = *te aliquo novo negotio.* g — *autem* post *ego.* B — *malo* ante *illum desinere.* g = *Itaque illa te duce.* D — *omnibus* ante *qui fortunam.* g + *etiam confugiendum est.* D = *etiam fugiendum est.*

His etiam si numquam = BGAg. D𝔑 . . . 𝔙o = *His etsi nunquam.* A D P4. Col. 𝔑 . . . 𝔈1. = *adsuesces* (*ass*). gP3. = *adsuesceres.* P2. = *adsuescisses.* P2. 𝔑 . . . 𝔈2. = *si quantum tibi.* Rell. etiam Pinc. tres Gr. ∾. B = *comprendisti.*

10. Lips. ci. — *pater meus.*

minus maiorum consuetudini = B GAg quaedam exx. Pinc. Gr. 𝔑 . . . 𝔙𝔐. D = *minus malorum cons.* 𝔈1. . . . 𝔙o (exc. 𝔐) = *nimis maiorum consuet.*

praeceptis sapientiae = BGA. g = *praeceptis sapientium.* D 𝔑 . . . 𝔙o = *sapientum praeceptis.* g = *erudiri plus.* 𝔑 . . . 𝔅 = *potius quam inhiberi.* g — *nunc* post *tibi.* B Gg = *esset auxilium contra fortunam.* D = *auxilium sed ferrendum.*

sed ad luxuriam instruuntur = Ag P3. Col. Pinc. ci. 𝔊ro . . . 𝔙o. BGD pars codd. Pinc. P2, 4. = *sed ad luxuriam construuntur.* Pars codd. Pinc. = *sed ad luxuriam obstruuntur.* 𝔑 . . . 𝔊 = *sed ad luxuriam construunt.* Pinc. ci. 𝔐 . . . 𝔏4. = *sed ad luxuriam instituuntur.*

minus te indulgere studiis passus est = Ag. BG 𝔑 . . . 𝔅 = *minus enim indulgere studiis passus est.* D = *minus est indulgere studiis passus est.* 𝔈1. . . . 𝔙o = *minus est in-*

pro tempore hausisti: iacta sunt disciplinarum omnium funda-
11 menta. Nunc ad illas reuertere: tutam te praestabunt. illae
consolabuntur, illae delectabunt, illae si bona fide in animum
tuum intrauerint, numquam amplius intrabit dolor, numquam
sollicitudo, numquam adflictionis inritae superuacua uexatio.
nulli horum patebit pectus tuum: nam ceteris uitiis iampridem
clusum est. Haec quidem certissima praesidia sunt et quae sola
te fortunae eripere possint: sed quia, dum in illum portum quem
tibi studia promittunt perueneris, adminiculis quibus innitaris
12 opus est, uolo interim solatia tibi tua ostendere. Respice fra-
tres meos quibus saluis fas tibi non est accusare fortunam: in
utroque habes quod te diuersa uirtute delectet. alter honores in-
dustria consecutus est, alter sapienter contempsit. Adquiesce
alterius filii dignitate, alterius quiete, utriusque pietate. noui
fratrum meorum intimos adfectus: alter in hoc dignitatem exco-
lit, ut tibi ornamento sit, alter in hoc se ad tranquillam quie-
13 tamque uitam recepit, ut tibi uacet. Bene liberos tuos et in
auxilium et in oblectamentum fortuna disposuit: potes alterius
dignitate defendi, alterius otio frui. Certabunt in te officiis et
unius desiderium duorum pietate supplebitur. Audacter possum
promittere, nihil tibi deerit praeter numerum. Ab his ad ne-
potes quoque respice: Marcum blandissimum puerum ad cuius
conspectum nulla potest durare tristitia. nihil tam magnum, ni-

dulgere studiis passus. P2. = *pro tempore auxisti.* P3. = *iacta super disciplinarum.* 𝔗 ... 𝔈2. — *sunt* post *iacta.*

11. g = *Nunc ad illa revertere.* 𝔑 ... 𝔈2. = *ad illas revertamur* contra mstos etiam Pinc. Gr. D = *tutam esse praestabunt.*

in animum = BGAg. D𝔑 ... 𝔙o — *in.*

intraverint = BGADg 𝔑 ... 𝔐 𝔍u ed. Par. a. 1613. 𝔏 ... 𝔙o = *intraverunt.* 𝔑 ... 𝔈2. + *et nulli horum patebit* contra mstos etiam Pinc. Gr. D = *iam pridem clausum est.* g = *iam pridem praeclusum est.* 𝔈1. 2. = *sed quia nondum in illum portum* contra mstos etiam Pinc. Gr.

quem tibi studia = BGADg 𝔑 ... 𝔙. 𝔈1. ... 𝔙o — *tibi.* Dg = *pervenis.* G = *adaminiculis.* 𝔑 ... 𝔈1. = *quibus imitaris opus est.* D = *quibus imittaris opus est.* D 𝔑 ... 𝔊 + *et interim solatia.*

tibi tua = A. BGD (g) 𝔑 ... 𝔙o = *tua tibi.*

12. A = *fratres ut eos.* D + *et utriusque.* 𝔑 ... 𝔙 + *utriusque quoque pietate.* g = *utriusque proprietate.* D = *Non fratrum meorum intimes.* B = *fratrum eorum.* g = *dignitatem colit.* D — *alter in hoc ... ornamento sit.*

13. g — *in* ante *oblectamentum.* D 𝔑 ... 𝔊 = *poteris alterius.* G = *potest alterius.* D duo Gr. 𝔑 ... 𝔈2. = *Certabunt vitae* [*vite*] *officiis.* Rell. etiam Pinc. duo Gr. ∾. D — *numerum.* G = *Ab his sit nepotes.* D = *ab his. At nepotes.* 𝔑 ... 𝔙 — *ad* ante *nepotes.* 𝔈1. = *ac nepotes.* DP3. = *blandissimum puerorum.* non displicet Grutero. 𝔑 ... 𝔙 — *puerum.*

hil tam recens in cuiusquam pectore fuerit quod non circumfusus ille permulceat. Cuius non lacrimas illius hilaritas supprimat? 14
cuius non contractum sollicitudine animum illius argutiae soluant? quem non in iocos euocabit illa lasciuia? quem non in se conuertet et abducet infixum cogitationibus illa neminem satiatura garrulitas? Deos oro, contingat hunc habere nobis superstitem. In me omnis fatorum crudelitas lassata consistat: quicquid matri dolendum fuit in me transierit, quicquid auiae in me. Floreat reli- 15
qua in suo statu turba: nihil de orbitate, nihil de condicione mea querar. fuerim tantum nihil amplius doliturae domus piamentum. Tene in gremio tuo cito tibi daturam pronepotes Nouatillam: quam sic in me transtuleram, sic mihi adscripseram, ut posset uideri, quod me amisit, quamuis saluo patre pupilla. hanc et pro me dilige. Abstulit illi nuper fortuna matrem: tua potest efficere pietas, ut perdidisse se matrem doleat tantum, non et sentiat. Nunc mores eius conpone, nunc formam: al- 16
tius praecepta descendunt quae teneris inprimuntur aetatibus. Tuis adsuescat sermonibus. ad tuum fingatur arbitrium: multum illi dabis, etiam si nihil dederis praeter exemplum. Hoc tibi tam sollemne officium pro remedio erit: non potest enim ani-

14. D + *et cuius non lacrimas.* B G (cr. ∾) = *sollicitudinem animum.* D + *argutiae non solvant.* G (m∾) — *quem non ... lascivia.*

in iocos evocabit = A (s.m.) A (p.m.) = *in ioco se vocabit.* B = *in locos vacabit.* GD (g) 𝔑 ... 𝔙o = *in iocos vocabit.* D = *illo lascivia.* P4. = *illi lascivia.* Grut. ci. = *hilara lascivia.* ipse tamen non vult recipi. 𝔑 ... 𝔙 = *quae dum in se convertet.* B = *in se converteret.* D = *illa neminem Gayi et utilitas.* Gg 𝔑 ... 𝔈1. = *laxata consistat.* Dg P3. 𝔑 ... 𝔈2. = *dolendum fuerit.* Rell. etiam Pinc. P2. 4. Col. ∾.

quicquid aviae in me = A Pinc. ci. 𝔖 ... 𝔙o. D P2. Col. 𝔑 ... 𝔈2. haec omittunt. BG P3. 4. — *aviae:* g Pinc. v. l. = *quicquid a me in me.*

15. D — *mea* post *condicione.* g = *de conditione mea quaerat.* D = *nihil amplius delicture.* g = *deliturae.* A — *tuo* post *gremio.* g = *in gremio tuo ibi datura.* G = *pronepos novatulam.* 𝔑 ... 𝔙 = *pronepotes novaculam.*

ut posset videri = BGAg P3. 4. Col. 𝔈1 ... 𝔊 (A prius fortasse *posses*). D + *ut igitur posset.* P2. + *ut sibi posset.* 𝔗𝔙 = *ut possim videri.* 𝔑𝔐 ... 𝔙o = *ut possit videri.* G = *salvo tempore.* GAD = *pupilã hanc.* Gr = *pupillam.* B = *fortuna in patrem.* 𝔑 ... 𝔙 + *fortuna matrem suam.* G (m∾) — *tua potest ... matrem.* mG = *deficere pietas.* D — *se* post *perdidisse.* Dg P2. 3. — *et* ante *sentiat.*

16. g = *Nunc mores compone, nunc fortunam.* A = *nunc forma.* 𝔑 ... 𝔈1. = *Ab his praecepta descendunt.* D = *suis assuescat.* D𝔑 ... 𝔊 = *ad tuum formetur.* A (s∾) = *figatur.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. GDg P2. 4. 𝔑 ... 𝔈2. = *multum sibi dabis.* Rell. etiam Pinc. P3. Col. ∾. g = *etiam nihil deseris si practer.*

Hoc tibi tam sollemne = Ag P3.

mum pie dolentem a sollicitudine auertere nisi aut ratio aut ho-
17 nesta occupatio. Numerarem inter magna solatia patrem quoque tuum, nisi abesset. nunc tamen ex adfectu tuo quid illius intersit cogita: intelleges quanto iustius sit te illi seruari quam mihi inpendi. quotiens te inmodica uis doloris inuaserit et sequi se iubebit patrem cogita. cui tu quidem tot nepotes pronepotesque dando effecisti ne unica esses: consummatio tamen aetatis actae feliciter in te uertitur. Illo uiuo nefas est te, quod uixeris, queri. **XVII.** Maximum adhuc solatium tuum tacueram, sororem tuam, illud fidelissimum tibi pectus in quod omnes curae tuae pro indiuiso transferuntur, illum animum omnibus nobis maternum. Cum hac tu lacrimas tuas miscuisti, in huius primum respirasti sinu. Illa quidem adfectus tuos semper sequitur. in mea tamen persona, non tantum pro te dolet. Illius manibus in urbem perlatus sum. illius pio maternoque nutricio per longum tempus aeger conualui. illa pro quaestura mea gratiam suam extendit et quae ne sermonis quidem aut clarae salu-

Col. cod. Iur. BGD = *Hoc tibi iam sollemne.* P2. 4. 𝔑 . . . 𝔙o = *Hoc iam tibi soll.*

non potest enim = BGAg Gr. Pinc. v. l. — *potest.* D 𝔑 . . . 𝔙o — *enim.* G = *asinum pie dolentem.* P2. = *a sollicitudine advertere.* Pinc. v. l. = *avertit.* BGDg Pinc. v. l. Pall. Scal. Germ. 𝔑 . . . 𝔙 = *nisi aut oratio.* ACol. ∾. gP3. = *aut manifesta occupatio.*

17. Col. = *Numerare.* 𝔑 . . . 𝔖 = *Numerares.* Mss. etiam Pinc. Pall. ∾. G = *quoque patrem.* BG = *quis illius intersit.* A = *quis illius in te sit.* g = *intellige.* GD P4. = *et sequi te videbit.* Bg P2. 3. 𝔈1. . . . 𝔖 = *et sequi te iubebit.* Col. = *et sequi se videbit.* 𝔑 . . . 𝔙 = *et sequi te videbis.* A ∾. GD P2. 4. 𝔑 . . . 𝔈2. — *cui* ante *tu quidem.* 𝔑 . . . 𝔈2. = *Tu tot quidem.* g = *conversatio tamen aetatis* [𝔑 . . . 𝔙 =] *a te feliciter.* G = *aetatis ad te feliciter.* g = *Illo uno* [= GD Pall. 𝔑 . . . 𝔈1.] *nefas est quod* Col. = *Illo vino.* G = *nefas est te sp iusseris queri.*

Cap. XVII.

D = *Maximum ad hoc.*

fidelissimum tibi pectus = A. G D = *illud felicissimum pectus.* B G(s.m.) (g) 𝔑 . . . 𝔙o = *fidelissimum pectus tibi.* B = *pectus tibi inquit.* Dg = *pectus tibi inquo.* BG = *omnis curae.* G = *illud animum nobis omnibus.* g = *cum actu* [= BG] *lacrimas miscuisti.*

in huius primum respirasti sinu = A𝔐 . . . 𝔙1. BG P3. 4. = *in huius primum respirasti. in illa q.* Col. — *sinu.* g = *in huiusmodi primum respirasti. In illa q.* DP2. = *in huiusmodi primum respirasti. Illa q.* Scal. = *in his primum respirasti.* 𝔑 . . . 𝔖 𝔐u . . . 𝔙o = *in hac primum respirasti.* Lips. ci. = *in huius primum ore spirasti.* G(cr. ∾) = *effectus tuos.* g = *affectus semper sequi* om. *tuos.* 𝔑 . . . 𝔈2. — *semper* ante *sequitur* contra mstos etiam Pinc. Gr. Pinc. v. l. 𝔑 . . . 𝔙 — *tantum* ante *pro te dolet.* D P2. 4. = *non tamen pro te dolet.* G(m∾) = *in matrem perlatus sum.* Dg P2. 3. 𝔑 . . . 𝔈2. = *prolatus sum.* B = *illi pio maternoque.* D = *materno* om. *que.* D = *pro sequestura meam gratiam extendit.* 𝔑 . . . 𝔙 = *pro quaestura mea gloriam extendit et gratiam et quae nunc sermonis q.* D = *nec sermonis q.* B = *ne sermones qui-*

tationis sustinuit audaciam pro me, uicit indulgentia uerecundiam.
Nihil illi seductum uitae genus, nihil modestia in tanta femi- 2
narum petulantia rustica, nihil quies, nihil secreti et ad otium
repositi mores obstiterunt, quo minus pro me etiam ambitiosa
fieret. Hoc est, mater carissima, solatium quo reficiaris: illi
te quantum potes iunge, illius artissimis amplexibus adliga.
Solent moerentes ea quae maxime diligunt fugere et libertatem
dolori suo quaerere: tu ad illam te et quicquid cogitaueris con-
fer. siue seruare istum habitum uoles siue deponere, apud illam
inuenies uel finem doloris tui uel comitem. Sed si prudentiam 3
perfectissimae feminae noui, non patietur te nihil profuturo
moerore consumi et exemplum tibi suum cuius ego etiam specta-
tor fui narrabit. Carissimum uirum amiserat, auunculum no-
strum, cui uirgo nupserat, in ipsa quidem nauigatione: tulit
tamen eodem tempore et luctum et metum euictisque tempesta-
tibus corpus eius naufraga euexit. O quam multarum egregia
opera in obscuro iacent! Si huic illa simplex admirandis uir-
tutibus contigisset antiquitas: quanto ingeniorum certamine ce-

dem. g = *ut clare salut.* 𝔑 . . . 𝔈2. = *datae salutationis* contra mstos etiam Pinc. Gr.

2. D = *Nihil illius seductum.* g + *ut in tanta.* G(n.) P3. 4. Col. 𝔑 . . . 𝔊 + *et in tanta.* DP2. + *etiam in tanta.* g = *petulantia feminarum.* D — *rustica.* G (cr. ∾) = *et in otium repositi.* g = *quominus ambitiosa pro me fieret.*

Hoc est, mater carissima = BA. D = *Hoc etiam mater carissima.* g = *Haec est enim mater car.* G𝔑 . . . 𝔙o = *Haec est, mater car.*

illi te quantum potes = A. BGD 𝔑 . . . 𝔙o = *illi quantum potes te.* g = *isti quantum potes te.* BGD P2. 4. Germ. 𝔑 . . . 𝔙 = *alligata.* Ag P3. Col. ∾. G = *causa quae maxime.* G = *te libertatem.* BGAg P3. 4. Col. — *et* ante *quicquid cogitaveris.* g = *aufer.*

istum habitum = BGAg. D — *istum.* 𝔑 . . . 𝔈2. = *habitum illum.* P3. 4. Col. 𝔈 . . . 𝔙o = *habitum istum.* Pinc. scribit tantum legendum *istum* ex v. l., non *illum.*

doloris tui = BGAg. D 𝔑 . . . 𝔙o = *dolori tuo.*

3. D = *profectissime femine.* G = *te inde profuturo.* g + *exemplum tibi suum maiorem.* G = *cuius ego etiam suspitator fui.* 𝔐 — *etiam* ante *spectator.* D P2. 𝔑 . . . 𝔈2. = *Primum virum amiserat.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. 𝔍n ed. Par. 1613. = *cui viro nupserat.* B = *cui virgo vixerat.*

in ipsa quidem navigatione = B GAD(s.m.) g P3. 4. Col. 𝔑 . . . 𝔈2. D = *in ipsa navigatione quidem.* P2. + *et in ipsa quidem nav.* Pinc. v. l. 𝔈 . . . 𝔙o — *quidem.* B = *vilitatum et de tempore et luctum et metum cunctisque tempestatibus.* g = *naufragia evexit.* G = *navigia evexit.* g = *O quam multorum.* BG = *Sed huic illa simplex.* P4. + *Scilicet si huic vel illa simplex.* D = *Sed si adhuc illa simplex.* P2. 𝔑 . . . 𝔈2. + *Sed si huic illa simplex.* g𝔑 . . . 𝔈2. = *adnumerandis virtutibus.* Pinc. ci. = *ad memorandas virtutes.* B = *quanta ingeniorum.*

lebraretur uxor quae oblita inbecillitatis, oblita metuendi etiam
firmissimis maris caput suum periculis pro sepultura obiecit et,
4 dum cogitat de uiri funere, nihil de suo timuit? Nobilitatur
carminibus omnium quae se pro coniuge uicariam dedit: hoc
amplius est discrimine uitae sepulcrum uiro quaerere. maior
est amor qui pari periculo minus redimit. Post hoc nemo mi-
ratur, quod per sedecim annos quibus Aegyptum maritus eius
obtinuit numquam in publico conspecta est, neminem prouin-
cialem domum suam admisit, nihil a uiro petiit, nihil a se peti
5 passa est. Itaque loquax et in contumelias praefectorum inge-
niosa prouincia in qua etiam qui uitauerunt culpam non effuge-
runt infamiam uelut unicum sanctitatis exemplum suspexit et,
quod illi difficillimum est cui etiam periculosi sales placent,
omnem uerborum licentiam continuit et hodie similem illi, quam-
6 uis numquam speret, semper optat. Multum erat, si per sede-
cim annos illam prouincia probasset: plus est, quod ignorauit.
Haec non ideo refero, ut laudes eius exsequar quas circumscri-
bere est tam parce transcurrere: sed ut intellegas magni animi

g — *oblita inbecillitatis.* 𝔑 . . . 𝔈2. = *e t i a m imbecillitatis* contra mstos etiam Pinc. Gr.
metuendi etiam firmissimis = A. G = *e s t metuendi firmissimis.* D = *etiam metuend i s firmissim i.* Bg 𝔑... 𝔅 = *etiam metuendi firmissimis.* 𝔈1. . . . 𝔅o = *etiam firmissimis metuendi.* G(cr. ∾) = *caput s i t u m periculis.*
4. G (cr. ∾) P4. = *Nobilit a t e m carminibus.* P3. 𝔑 . . . 𝔅 = *Nobili-t a r e tur.* 𝔑 . . . 𝔈2. = *carminibus h o m i n u m.* DP2. — *omnium.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G𝔑 ... 𝔅 = *dis-crimen vitae.* G = *sepulcrum v i t e quaerere.* B = *sepulcrum i u r e quae-rere.* GDg Pall. 𝔑 . . . 𝔈2. = *minus red e mit.* Rell. etiam Pinc. Col. ∾. g — *hoc* ante *nemo.* G (m∾) — *mi-ratur.* BG = *per se x decim annos.*
Aegyptum maritus eius = BGAg. D = *egip t u s marit u m eius.* 𝔑 . . . 𝔅o = *maritus eius Aegyptum.* BG𝔑 = *o p t inuit.* B = *conspecta c r i m i-nem provincialem.* BGDg 𝔑 . . . 𝔊 + *in domum suam.* G = *nihil a uro* [= ex. schol. Salm. P4.] *pet i t.* Pinc. ci. = *nihil ab u l l o petiit.* B = *ni-hil a viro pet i t.*

5. *loquax et in contumelias praefe-ctorum ingeniosa* = g. B = *loquax et in contumel i o s as praefectorum in-geniosa.* A = *loquax et in contume-l i o s as pr o fectorum ingeniosa.* G = *loqu a c et in contumel i o s as p r ó fe-ctorum* [s. m. *p e r fectorum*] *provincia.* D = *loqu a r e t i a m ingeniosa in con-tumelias prefectorum.* 𝔑 . . . 𝔅o = *loquax et ingeniosa in contumelias prae-fectorum* (𝔑 . . . 𝔅 = *p e r fectorum*). g = *non a f f ugerunt.* G = *verborum l e t i t iam continuit.* g = *simil e s illi.* P3. = *simil e s s i b i.* BGD P2. 4. 𝔑 . . . 𝔈2. = *similem s i b i.* A ex. Fac. et Prim. Col. ∾. G = *nunquam spe-ret, semper o p o r t e t.*
6. g = *si per s e x et p e r d e c e m annos.* 𝔑 . . . 𝔈1. (m𝔈1. ∾) = *per sedecim d i e s.* BGD 𝔑 . . . 𝔈1. = *il-lam provinc i a m.* Dg 𝔑 . . . 𝔊 = *H o c non ideo.* Rell. etiam Bong. ∾.
laudes eius = BGADg. 𝔑 . . . 𝔅o = *eius laudes.* BD P2. 4. 𝔑 . . . 𝔊 = *quas circumscribere p o t i u s est q u a m p a r t e m* [P4. = *par t e*] *transcurrere.* G = *quas circumc u r r e r e* [m∾] *p o-t i u s est q u a m par t e transcurrere.* g P3. = *quas circumscribere p ò t i u s*

esse feminam quam non ambitio, non auaritia, comites omnis
potentiae et pestes, uicerunt, non metus mortis eam exarmata
naui naufragium suum spectantem deterruit, quo minus exanimi
uiro haerens non quaereret quemadmodum inde exiret, sed
quemadmodum efferret. Huic parem uirtutem exhibeas oportet 7
et animum a luctu recipias et id agas, ne quis te putet partus
tui poenitere. Ceterum quia necesse est, cum omnia feceris,
cogitationes tamen tuas subinde ad me recurrere nec quemquam
nunc ex liberis tuis frequentius tibi obuersari, non quia illi mi-
nus cari sint, sed quia naturale est manum saepius ad id referre
quod doleat, qualem me cogites accipe, laetum et alacrem uel-
ut optimis rebus: sunt enim optimae, quoniam animus omnis
occupationis expers operibus suis uacat et modo se leuioribus
studiis oblectat, modo ad considerandam suam uniuersique na-
turam ueri auidus insurgit. Terras primum situmque earum 8
quaerit, deinde condicionem circumfusi maris cursusque eius
alternos et recursus. tunc quicquid inter coelum terrasque ple-

est quam parce transcurrere. A ex. Fac. et Prim. Col. ∾ (Col. = *parte*). g = *animi magni.* B = *et penites vicerunt.* 𝔑 . . . 𝔈1. = *et pestis.* 𝔈2. — *et* ante *pestes* contra mstos etiam Pinc. Gr. BG = *exarmata nave.* 𝔑 = *exanimi viro hec haberes.* 𝔗𝔅 = *exanimi viro haec haberet.* 𝔈1. = *exanimi viro honores.*

non quaereret = BGADg Gr. 𝔑 . . . 𝔈2. 𝔅2. Pinc. ci. 𝔈 . . . 𝔑u 𝔅o = = *quaereret non.* A (m∾) — *inde exiret, sed quemadmodum.* g = *efferet.*

7. D = *Ceterumque necesse est.* g = *tuas. cogitationes tamen.* D = *ne quemquam.* B = *nec quem tuam nunc.* BDg Gr. 𝔑 . . . 𝔊 = *frequentius tibi observari.* B = *vero quia illi mitiocati sint.* 𝔑 . . . 𝔅 + *illi mihi minus cari sint.* G = *minus illi carius sint.* A = *cari sunt.* B = *naturali est.* G quaedam exx. Pinc. P3. = *manus saepius ad* [G *ad* habet a s.m.] *id recurrere* (G s.m. ∾). BG P4. = *manum saepius ad id recurrere.* P2. 𝔑 . . . 𝔈2. = *manus saepius ad id decurrere.* 𝔈𝔊 = *manum saepius ad id decurrere.* D = *maius saepius ad id referre.* Col. = *magnum saepius ad id referre.* A Bong. ex. Fac. et Prim. ∾. g = *quod dolet.* D + *qualem autem me cogites.* g = *me cogitas.* G = *accipere.* B = *Laetum et a secreta.* m𝔈1. = *velut optimis moribus.*

sunt enim optimae = Bong. BG Ag = *sunt enim optima.* D𝔑 . . . 𝔈1. = *sunt autem optima.* 𝔈2. . . . 𝔅o = *sunt autem optimae.*

quoniam animus = BGAD 𝔑 . . . 𝔈1. (g). 𝔈2. . . . 𝔅o = *cum animus.*

omnis occupationis expers = B Ag. GD𝔑 . . . 𝔅o = *omnis cogitationis expers.* Goerenz. (l. l.) ci. = *omnis agitationis expers.* 𝔑 . . . 𝔅 = *vacet.*

oblectat = A(g) 𝔑 . . . 𝔅o. BG D = *obiectat.* B = *ad considerandum.* 𝔑 . . . 𝔈2. = *sui universique naturam.* P4. = *suam et uniuscuiusque naturam.* D + *universique viri naturam.* Rell. etiam Pinc. P2. 3. Col. ∾. g = *mihi avidus insurgit.*

8. A(cr.∾) = *situmque carum.* B = *quaerat.* G = *conditione circumfusi cursusque.* g = *tunc quidem*

num formidinis interiacet perspicit et hoc tonitribus, fulminibus, uentorum flatibus ac nimborum niuisque et grandinis iactu tumultuosum spatium. tum peragratis humilioribus ad summa prorumpit et pulcherrimo diuinorum spectaculo fruitur, aeternitatis suae memor in omne quod fuit futurumque est uadit omnibus seculis.

inter. A = *perspicit et oc lonetribus fulminibus.* B = *perspicit et octone lribus* [= P3. 𝔑 . . . 𝔈1.] *salminibus.* G = *perspicit et octo ne tribus fulminibus.* DP2. = *perspicit et occasionem praebet fulminibus.* g = *perspicit et quod occasionem praebet fluminibus.* P4. = *et occurrentibus fulminibus.* Col. = *et octone ictibus fulminibus.* D + *ventorumque.* G = *et nimborum.* D = *ac membrorum.* B = *ac verborum.* B = *iactũ* [= G] *tumultuosis spatium.* D P2. = *iactum et tumultuosum.* P3. 4. = *iactum.* g = *nivibus et grandinibus iactum tumultuosum.* 𝔑 ... 𝔅 = *iacent tumultuosum.* 𝔈1. = *iacet tum.* A Col. ∞. 𝔑 . . . 𝔈2. = *tunc peragratis.* Bg = *peragritis.* BG = *perrumpit.* 𝔑 . . . 𝔅 = *prorupit.*

aeternitatis suae = BGADg Gr. 𝔑 . . . 𝔈2. Pinc. v. l. 𝔊 . . . 𝔅𝔬 + *aeternitatisque suae.* D P2. = *memoriam omne* (P2. + *omne id quod*). A(cr. ∞) = *memor in omnem.* G = *futurum om. que est.*

vadit omnibus seculis = BGAg P3. 4. 𝔈1. Col. = *omnibus vadit seculis.* D P2. 𝔑 . . . 𝔅 = *evadit omnibus seculis.* 𝔈2. = *omnibus evadit seculis.* Pinc. ci. 𝔊 . . . 𝔅𝔬 = *omnibus seculis vadit.* B = *Explicit epistola Senece ad helbiam matrem de consolatione.* G = *Explicit liber annei lucii Senece ad helbiam matrem de consolatione. Seneca completum perfectissime. deo gratias.* A nihil subscribit. D = *Lucii anei senece cordubensis de consolatione ad elbiam liber explicit.* g = *Explicit liber Senecae de consolatione ad Helbiam matrem suam.* 𝔑𝔗 = *Amen. Explicit liber Senecae ad Albinam de consolatione.* 𝔅 = *Explicit liber Senecae ad Albinam de consolatione.* 𝔈1. 2. 𝔊 = *Libri Senecae ad Albinam de consolatione finis.* 𝔊 = *Libri ad Albinam de consolatione finis.*

L. ANNAEI SENECAE

AD LUCILIUM

NATURALIUM QUAESTIONUM

LIBRI VII.

L. ANNAEI SENECAE

AD LUCILIUM

NATURALIUM QUAESTIONUM

LIBER I.

PROLOGUS.

Quantum inter philosophiam interest, Lucili uirorum optime, et ceteras artes tantum interesse existimo in ipsa philosophia inter illam partem quae ad homines et hanc quae ad deos pertinet. Altior est haec et animosior: multum permisit sibi. non fuit oculis contenta. maius esse quiddam suspicata est ac pulchrius quod extra conspectum natura posuisset. Denique tantum inter duas interest quantum inter deum et hominem. Altera docet quid in terris agendum sit, altera quid agatur in
coelo. Altera errores nostros discutit et lumen admouet quo 2
discernantur ambigua uitae: altera multo hanc supra caliginem in qua uolutamur excedit et e tenebris ereptos perducit illo unde

B = *Prologus Annei Senecae Cordubensis in librum de naturalibus quaestionibus ad Lucilium.* Ee = *Lucii Annei Senece Cordubensis Patrui Luoani Poete Primus Liber Naturalium Questionum ad Lucilium Iuniorem Incipit.* G = *Incipit liber primus ad lucilium. lucii. annei. Senece. de quaestionibus naturalibus. de ignibus celestibus. et hiis que fiunt circa stellas.* 𝔅 = *Lucii Annei Seneсae Liber Primus De Naturalibus Questionibus Ad Lucilium Incipit Foeliciter.* 𝔈1. . . . 𝔎 = *Lucii Annaei* [*Annei*] *Senecae Ad Lucilium Naturalium Quaestionum Liber Primus* [I.].

Prologus. Ita scripsi ex B. 𝔈2. . . . 𝔎 = *Praefatio.* EG 𝔅𝔈1. — *Prologus.* Ee = *inter ipsam partem quae ad h.* G + *et ad hanc quae.* B = *et illam quae.* *ad deos pertinet* = BEe P3. FrCol. Scal. G P4. Col. Anic. = *ad deum spectat.* 𝔅 ... 𝔎 = *ad deos spectat.* FrCol. + *multum permisit sibi ipsi.* BG = *et pulcrius.* B Ee — *tantum* post *Denique.*

2. *altera multo hanc supra caliginem in qua volutamur excedit* = Memm. 𝔏 . . . 𝔅1. 2. B = *ambigua vitae in qua volutamur caliginem excedit* rell. om. G = *ambigua vitae caliginem in qua volutamur excedit.* Ee Erf. = *altera multo* [eErf. = *multum*] *supra hanc in qua volutamur caliginem excedit.* Bong. Pinc. v. l. P4. Col. = *altera caliginem in qua volutamur* [Col. = *voluptamur*] *excedit.* Bong. P3. FrCol. 𝔅 . . . 𝔈2. ℜu𝔎 = *altera multo supra* [FrCol. = *super*] *hanc caliginem in qua volutamur excedit.* 𝔈 . . . 𝔐 = *altera multo hanc caliginem in*

lucet. Equidem tunc naturae rerum gratias ago, cum illam non ab hac parte uideo quae publica est, sed cum secretiora eius intraui, cum disco quae uniuersi materia sit, quis auctor aut custos, quid sit deus, totus in se intendat an ad nos aliquando respiciat, faciat cotidie aliquid an semel fecerit, pars mundi sit an mundus, liceat illi hodieque decernere et ex lege fatorum aliquid derogare an maiestatis diminutio sit et confessio erroris
3 mutanda fecisse. Necesse est enim ei eadem placere cui nisi optima placere non possunt. nec ob hoc minus liber et potens est: ipse enim est necessitas sua. Nisi ad haec admitterer, non fuerat nasci. Quid enim erat cur in numero uiuentium me positum esse gauderem? An ut cibos et potiones percolarem? ut hoc corpus causarium ac fluidum periturumque, nisi subinde inpleatur, farcirem et uiuerem aegri minister? ut mortem timerem cui uni omnes nascimur? Detrahe hoc inaestimabile bo-
4 num, non est uita tanti, ut sudem, ut aestuem. O quam contempta res est homo, nisi supra humana surrexerit! Quamdiu cum adfectibus conluctamur, quid magnifici facimus? etiam si superiores sumus, portenta uincimus. Quid est cur suspicia-

qua volutamur excedit. EP3. 𝔈2. ... 𝔊 = *et e tenebris er u t os.* e = *et e x tenebris* [Erf. =] *e r u t o s.* 𝔅 = *et tenebris ereptos.* FrCol. = *et e tenebris ex c e p tos.* Rell. etiam Bong. P4. Col. 𝔈1. m𝔈2. ∾.

perducit illo = BEe. G𝔈1. . . . 𝔎 = *illo perducit.* 𝔅 = *illo perdu x it.* Anic. Scal. = *unde p e r lucet.* GP3. 4. Col. 𝔅𝔈1. = *E t quidem.* BE FrCol. ∾. EeG = *rerum naturae.* EG (s m.) ci. Grut. = *q u a publica est.* 𝔅𝔈1. — *sed* ante *cum secretiora.* Memm. = *sed c o n s e cretiora.* 𝔐 = *sed i n secretiora.* Mss. etiam Gr. ∾. P3. 4. Col. 𝔅 . . . 𝔊 + *quis auctor s i t aut custos.* Mss. etiam FrCol. ∾. Bong. ci. = *e t auctor.* E + *an ad e t nos aliquando.* e = *an e t nos aliquando.* G (cr. ∾) = *a u t semel fecerit.* G (s ∾) 𝔅 = *hodie decernere* om. *que.* E(cr. ∾) e(cr. ∾) = *hodieque d i s cernere.*

d i minutio sit = BGEe 𝔅 . . . 𝔊. 𝔐 . . . 𝔎 = *d e minutio sit.*

3. BGCol. — *enim* post *Necesse est.* Ee FrCol. — *enim ei.* P4. — *ei.* probat Grut. P3. + *Necesse est enim v e l ei.* 𝔅 — *est* post *Necesse.* B = *minus est liber et potens.* Ee = *minus liber est et potens.* Ee = *ipse est enim.* 𝔅𝔈1. = *Nisi ad h o c admitterer.*

non fuerat nasci = BEG Pinc. v. l. Gr. Brit. 𝔊ro 𝔑u . . . 𝔎. cf. Gron. Obss. IV, 8. p. 602. ed. Pl. 𝔅 . . . 𝔏4. 𝔅1. + *non fuerat o p e r a e p r e t i u m nasci.* 𝔈1. + *cur n o n in numero.* B Ee Erf. G FrCol. Nicot. = *corpus ca s u a rium.* P3. 4. Col. 𝔅 . . . 𝔐 = *corpus c a s u r u m.* Bong. ex Cui. Memm. ∾. G = *periturum* om. *que.* Ee = *impl e t u r.*

f a r cirem = BEG Gr. 𝔈2. . . . 𝔅1. 2. Bong. 𝔅𝔈1. m𝔈2. 𝔑u 𝔎 = *s a r cirem.* G(cr. ∾) Col. 𝔅 = *aeg e r minister.* P4. = *aegri minist r i.*

cui u n i omnes nascimur = B Bong. P3. FrCol. 𝔅 . . . 𝔈2. Ee — *omnes.* G Pinc. v. l. P4. Col. 𝔈 . . . 𝔎 — *uni.*

4. Ee = *O quam res est contempta.* G = *conte n ta.*

surrexerit = BEG Bong. Pinc. v. l. Gr. Anic. Scal. 𝔊ro . . . 𝔎. 𝔅 = *surre x i t.* 𝔈1. . . . 𝔏4. = *s e erexerit.* Ee = *e t s i superiores sumus.* P3. — *etiam si . . . vincimus.* B = *por-*

mus nosmetipsos, quia dissimiles deterrimis sumus? non uideo quare sibi placeat qui robustior est in ualitudinario. Multum interest inter uires et bonam ualitudinem. Effugisti uitia animi, non est tibi frons ficta nec in alienam uoluntatem sermo compositus nec cor inuolutum nec auaritia quae quicquid omnibus abstulit sibi ipsa negat nec luxuria pecuniam turpiter perdens quam turpius reparet nec ambitio quae te ad dignitatem nisi per indigna non ducet: nihil adhuc consecutus es, multa effugisti, 5
te, nondum. uirtus enim ista quam adfectamus magnifica est, non quia per se beatum est malo caruisse, sed quia animum laxat ac praeparat ad cognitionem coelestium dignumque efficit qui in consortium deorum ueniat. Tunc consummatum habet plenumque bonum sortis humanae, cum calcato omni malo petit altum et in interiorem naturae sinum uenit. Tunc iuuat inter ipsa sidera uagantem diuitum pauimenta ridere et totam cum auro suo terram, non illo tantum dico quod egessit et signandum monetae dedit, sed et illo quod in occulto seruat posterorum auaritiae. Nec potest ante contemnere porticus et lacuna- 6

tenta superamus. Col. = *portenta vicimus.* B = *quod suspicimus nosmet ipsos.* G(s∾) Scal. 𝔙 = *dissimiles teterrimis.* G(s∾) = *sibi placet.* 𝔙 + *sibi valitudinario placeat.*

in valitudinario = BG Bong. omnis Pinc. v. l. P4. Col. Memm. Nicot. 𝔙 𝔊ro ... 𝔙2. Ee Erf. 𝔈2. ... 𝔐𝔎 — *in.* P3. FrCol. 𝔏 ... 𝔏4. 𝔙1. = *invalitudinario.* E = *non est* [s *tibi*] *frons victa.* e = *frons victa.* P3. 𝔈1. = *nec in alienam voluptatem.* Mss. etiam tres Gr. ∾. 𝔈1. — *nec ante avaritia.* Ee = *quae omnibus quicquid.*

sibi ipsa negat = G 𝔊ro ... 𝔙1. 2. Brit. = *sibi ipse* [?] *negat.* Ee = *sibi ipsi neget.* B Erf. 𝔙 ... 𝔏4. 𝔑u 𝔎 = *sibi ipsi negat.*

turpiter perdens = Ee Erf. P3. FrCol. Nicot. B Memm. = *turpiter ardens.* mB = *turpiter respargens.* G P4. 𝔙 ... 𝔎 = *turpiter amittens.* Col. = *turpiter amittes.* BE = *non ambitio.* recte fortasse.

5. *virtus enim ista* = BEeG tres Gr. Erf. 𝔙 ... 𝔈2. 𝔑u ... 𝔎. Pinc. v. l. Col. 𝔈 ... 𝔙1. — *ista.* e = *et praeparat.*

in consortium deorum veniat = E e Erf. FrCol. BG tres Gr. Memm. Nicot. Anic. Scal. 𝔙 𝔊ro 𝔙2. = *in consortium deo veniat.* 𝔈1. ... 𝔑u 𝔎 (exc. 𝔊ro) = *in consortium dei veniat.* Recte Grut. censet has scripturas deberi iis, qui Senecam Christianum esse voluerunt. G (cr. ∾) = *plerumque bonum.* G = *cum petit calcato omni malo altum.* 𝔙 = *cum petiit calcato omni malo altum.* B — *calcato.*

inter ipsa sidera = BEe. G𝔙 ... 𝔎 = *inter sidera ipsa.*

non illo tantum dico ... sed et illo = Bong. ex Cui. FrCol. Memm. Nicot. Brit. 𝔊ro 𝔑u ... 𝔎. Ee = *non illo tantum dico* ∾ *sed illud* om. *et.* P4. + *non illo tantum dico, s3m quod egessit* ∾. BG P3. 𝔈1. ... 𝔏4. 𝔙1. = *non illud tantum dico* ∾ *sed et illud.* Col. = *non illud tamen dico* ∾ *sed quod et illud quod.* 𝔙 = *non illud tantum dico* ∾ *sed et illud in occulto* om. *quod.* 𝔐 — *monetae* contra mstos etiam Gr. B — *servat.* E = *posteriorum.*

6. E = *Non potest ante.* B = *la-*

ria ebore fulgentia et tonsiles siluas et deriuata in domos flumina, quam totum circumeat mundum et terrarum orbem superne despiciens angustum et magna ex parte opertum mari, etiam qua exstat late squalidum et aut ustum aut rigentem. sibi ipse ait: Hoc est illud punctum quod inter tot gentes ferro et igni diuiditur?
7 O quam ridiculi sunt mortalium termini! Ultra Istrum Dacus non exeat. Strymo et Haemus Thracas includat. Parthis obstet Euphrates. Danubius Sarmatica ac Romana disterminet. Rhenus Germaniae modum faciat. Pyrenaeus medium inter Gallias et Hispanias iugum extollat. inter Aegyptum et Aethiopas arenarum inculta uastitas iaceat. Si quis formicis det intellectum hominis, nonne et illae unam aream in multas
8 prouincias diuident? Cum te in illa uere magna sustuleris, quotiens uidebis exercitus subrectis ire uexillis et, quasi magnum aliquid agatur, equitem modo ulteriora explorantem, modo a lateribus adfusum, libebit dicere:

cunaria ere fulgentia. 𝔅 = *pensiles silvas.* FrCol. = *consiles silvas.* 𝔈1. = *consimiles silvas.* B = *et dirivata.* Ec = *totum circuit mundum.* E P3. = *angustum et maxima ex parte.* eErf. = *et angustum et maxima ex p.*

etiam qua exstat = Memm. 𝔏 . . . 𝔎. BG = *et ea parte qua exstat.* E = *et ea quae extat.* e = *ea qua exstat.* P4. 𝔅 . . . 𝔐 + *etiam ea parte qua exstat.* Col. = *etiam ea parte qua existat.* FrCol. = *et ea que extat late squalida.* P3. = *et ea parte qua late extat.* B = *squalidum aut adustum.* Ee = *sibi ipse dixit.* 𝔈2. . . . 𝔐 — *illud* ante *punctum* contra mstos etiam Gr. Ops. EG𝔅 = *ferro et igne.* Ee = *O quam ridiculosi sunt.*

7. B = *ultra Instrum.* Ee 𝔅 = *ultra hystrum.* G (cr. ∾) = *Dacus non extat.*

Strymo et Haemus Thracas includat = ci. Gron. ms. (sed voluit *Strymon*). BG = *Istmium Samotraces includat.* Ee = *Imperium* [Erf. =] *hemotraces includat.* FrCol. = *Imperim Hemotraces includat.* P3. = *Imperium instimium Samotraces includat.* P4. = *Istinum sametrates includat.* Col. = *Istimum Samotaces includat.* Cod. Pith. = *Aemus Thracas excludat.* Cod. Lips. = *Astimunsamothracas includat.* Lips. ci. = *Aemus mons Thracas.* 𝔅𝔈1. = *Isthmum Samothraces* [𝔅 = *Samotr.*] *includat.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *Isthmus Samothracas includat.* Pinc. ci. = *Isthmus suus* vel *Strimo suus Traces includat.* m𝔈2. 𝔐 . . . 𝔎 — *et Haemus.* B (s∾) — *ac Romana.* E = *ac arma disterminet.* G = *determinet.*

et Aethiopas = BEc Erf. G𝔅 . . . 𝔎 = *et Aethiopias.* G (m∾) P4. Col. FrCol. = *harenarum multa vastitas.* G = *nonne quod illam unam arenam* (hoc cr. ∾). Col. = *nonne et illam unam raneam.* P3. 4. = *nonne et illam unam aream.* B (cr. ∾) = *in multis provincias.* B (cr. ∾) = *dividat.*

8. B P3. 4. Col. 𝔅𝔈1. = *Certe si illam ut magnam sustuleris.* G = *Cum te in illam ut* [hoc cr. ∾] *magnam sustuleris.* FrCol. — *vere.* E ∾. BG P4. Col. Anic. 𝔅𝔈1. = *sub multis ire vexillis.* P3. = *subvectis ire v.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *sub rectis.* EFrCol. ∾ (E = *surr.*). Ee = *equidem modo.* G = *modo altiora* [= P4. Col. 𝔅 . . . 𝔊] *deplorantem.* BE Fort. P3. FrCol. ∾. G (s∾) 𝔅 𝔈1. = *effusum.* E (s∾) e (cr. ∾) = *licebit dicere.*

It nigrum campis agmen.

Formicarum iste discursus est in angusto laborantium. Quid illis et nobis interest nisi exigui mensura corpusculi? Punctum est istud in quo nauigatis, in quo bellatis, in quo regna disponitis, minima, etiam cum illis utrimque Oceanus occurrit. Sur- 9
sum ingentia spatia sunt in quorum possessionem animus admittitur: et ita, si secum minimum ex corpore tulit, si sordidum omne detersit et expeditus leuisque ac contentus modico emicuit. Cum illa tetigit, alitur, crescit ac uelut uinculis liberatus in originem redit. Et hoc habet argumentum diuinitatis suae, 10
quod illum diuina delectant. nec ut alienis, sed ut suis interest. Secure spectat occasus siderum atque ortus et tam diuersas concordantium uias. Obseruat ubi quaeque stella primum terris lumen ostendat, ubi culmen eius summum, qua cursus sit, quousque descendat. Curiosus spectator excutit singula et quaerit. Quidni quaerat? scit illa ad se pertinere. Tunc con- 11
temnit domicilii prioris angustias. Quantum enim est quod ab ultimis litoribus Hispaniae usque ad Indos iacet? paucissimorum dierum spatium, si nauem suus uentus inpleuit. At illa regio coelestis per triginta annos uelocissimo sideri uiam praestat numquam resistenti, sed aequaliter cito. Illic demum discit

It nigrum. Virg. A. IV, 404. G (cr. ∾) = *capitis agmen.* 𝔈1. . . . 𝔐 = *Punctum est illud* contra mstos etiam Gr. BGEe Gr. 𝔅𝔈1. = *in quo regnatis, ponitis minima* (B = *et minima cum illis*). B(s.m.) = *regnatis colitis.* Fort. = *in quo regnatis ponitis numina.*

utrimque Oceanus occurrit = BEe P3. FrCol. 𝔈2. . . . 𝔈4. 𝔅1. . . . 𝔎. G Pinc. v. l. P4. Col. Anic. 𝔅𝔈1. 𝔊ro = *Oceanus incurrit.*

9. G = *in quorum corpus possessione* (hoc cr. ∾).

et ita, si secum minimum = BEe. G𝔅 = *et ita si minimum secum.* 𝔈1. . . . 𝔎 = *at ita, si minimum secum.* B = *alter crescit.* G = *aliter crescit.* 𝔅 = *alit crescit.* G — *velut* ante *vinculis.*

10. *nec ut alienis, sed ut suis interest* = Ee P3. FrCol. BG P4. Col. 𝔅 . . . 𝔖 = *nec ut alienis interest, sed ut suis.* Bong. Pinc. ci. 𝔐 . . . 𝔎 = *nec ut alienis interest, sed ut suis.* G P4. FrCol. 𝔅 = *Secure expectat.* Col. = *Secure expectabat.* G = *Observat ubique quaeque.* 𝔅 = *Obseverat ubique quae stella.* Col. 𝔈1. = *Observat ubique quae* [𝔈1. = . *Quae*] *stella.* FrCol. = *lumen primum terris.* 𝔈1. . . . 𝔖 = *primum coelis lumen.* Erm. ci. = *proximum terris lumen.* 𝔐 — *terris.* Mss. etiam Fort. Gr. ∾. B = *ostendit.* Ee = *ubi culmen summum eius cursus sit* om. *qua.* BG 𝔅 = *quo cursus sit.* BG = *quaerit. Quamdiu quaerit.* Ee = *Quid inquirat scit.*

11. Ee = *Quantum est enim.* Ee FrCol. = *si navem suus ferat ventus.* de quo vide. P3. 𝔅𝔈1. = *si navem ferat suus ventus, implebit.* Rell. etiam Fort. P4. Col. ∾.

numquam resistenti = BG Fort. P4. Col. Memm. Nicot. m𝔈2. E P3. FrCol. 𝔅 . . . 𝔎 = *nusquam resistenti.* Anic. = *nunquam restiranti* (an *respiranti?*).

12 quod diu quaesiuit. illic incipit deum nosse. Quid est deus? mens uniuersi. Quid est deus? quod uides totum et quod non uides totum. Sic demum magnitudo sua illi redditur qua nihil maius excogitari potest, si solus est omnia, opus suum et extra et intra tenet. Quid ergo interest inter naturam dei et
13 nostram? Nostri melior pars animus est: in illo nulla pars extra animum est. totus est ratio, cum interim tantus error mortalia tenet, ut hoc quo neque formosius est quicquam nec dispositius nec in proposito constantius existiment homines fortuitum et casu uolubile ideoque tumultuosum inter fulmina, nubes, tempestates et cetera quibus terrae ac terris uicina pulsantur. Nec haec intra uolgum dementia est, sed sapientiam
14 quoque professos contingit. Sunt qui putant sibi ipsis animum esse et quidem prouidum ac dispensantem singula, et sua et aliena: hoc autem uniuersum in quo nos quoque sumus expers esse consilii et aut ferri temeritate quadam aut natura nesciente quid faciat. Quanti aestimas ista cognoscere et rebus terminos ponere? quantum deus possit, materiam ipse sibi formet an data utatur, utrum utro sit prius, materiae superuenerit ratio an

12. Col. = *quod vides et quod non vides totum.* P3. — *totum* post *quod non vides.* probat Grut. BG — *demum* ante *magnitudo.* sG = *Sic deinde magnitudo.* 𝔅 + *Sic demum ut.* E (s∾) — *illi* ante *redditur.* e = *illi sua redditur.* GE P4. Col. = *quia nihil maius.* P3. = *quia nihil maius cogitari potest.* FrCol. = *quod nihil maius cogitari potest.* Bong. = *sic solus est omnia.* sGEe + *si opus suum.* Bong. + *sic opus suum.* P3. = *intus et extra tenet.* Ee = *et intra et extra tenet.*

13. B = *Nostri pars melior est animus.*

extra animum est = BEe P3. Fr Col. GP4. Col. 𝔅 . . . 𝔎 — *est.*

totus est ratio = BEe. G𝔅 . . . 𝔎 = *totus ratio est.* 𝔅𝔈1. = *Cur interim tantus.*

mortalia tenet = BGEe Gr. 𝔅𝔈1. 𝔈2. . . . 𝔎 = *mortalia teneat.* 𝔅 — *est* post *formosius.* e = *neque dispositius.* Ee = *inter flumina nubes.* B = *aeris ac terrae vicina.* 𝔅 = *Nec hic intra vulgum.*

sed sapientiam quoque = BGEe 𝔅 . . . 𝔐. 𝔏 . . . 𝔎 — *sed.*

contingit = GEe Erf. Anic. Scal. 𝔅 . . . 𝔊. B 𝔐 . . . 𝔎 = *contigit.*

14. *Sunt qui putant* = BG Gr. 𝔅 𝔅2. E𝔈1. . . . 𝔑u 𝔎 = *Sunt qui putent.* Ee — *sibi* ante *ipsis animum.* FrCol. — *ipsis.* P4. = *sibi ipsi animum.* B = *quod providum.* G Scal. = *ad dispensandum singula.* Ee — *ac* ante *disp.* B = *et dispensantem.* 𝔅𝔈1. = *expers esse consilii in quo nos quoque sumus.* B = *in quo nos scimus* om. *quoque.* Ee — *esse* post *expers.* probo fere. Ee — *et* ante *aut ferri.* BG Anic. Scal. optimus Gron. [ms.] = *et auferri.* probat Gron. [ms.].

Quanti aestimas ista cognoscere = Ee. BG𝔅 . . . 𝔎 = *quam utile existimas ista cognoscere.* 𝔈1. = *materiam in se sibi formet.*

an data utatur = E FrCol. 𝔈2. . . . 𝔎. BG P4. Col. 𝔅𝔈1. = *an ea utatur.* P3. + *an data vel ea utatur.*

utrum utro sit prius, materiae supervenerit ratio an materia rationi = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *utrum*

dendum. Quod si tibi parari credis illam coeli confusionem, illam tempestatum discordiam, si propter te ingestae inlisaeque nubes strepunt, si in tuum exitium tanta ignium uis executitur: at tu solatii loco numera tanti esse mortem tuam. Sed non erit huic cogitationi locus. Casus iste donat metum et inter cetera quoque commodum est eius, quod exspectationem suam antecedit. Nemo umquam timuit fulmen, nisi quod effugit.

L. ANNAEI SENECAE

AD LUCILIUM

NATURALIUM QUAESTIONUM

LIBER III.

[PRAEFATIO.]

Non praeterit me, Lucili uirorum optime, quam magnarum rerum fundamenta ponam senex qui mundum circuire constitui

(s.m) Bong. FrCol. ci. Fortun. 𝔅2. G Fort. P3. 4. 𝔅...𝔊 + *de tanta morte perdendum.* Pinc. v. l. Col. = *de tanta morte perditum.* Pinc. ci. = *de tanta morte poenitendum.* Bong. ci. = *tanta mole perdendum.* 𝔐...𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *de tanta mole perdendum.*

10. G(s∾) = *Quid si tibi.* B = *parari credideris.* P3. = *illam coeli consumptionem.* BG(s∾) 𝔅 = *ingestae illesaeque nubes.* P4. Col. = *in tuum exitum.*

tanta ignium vis = Ee. B𝔅...𝔎 = *tanta vis ignium.* B = *excitatur.* Ee = *solatii loco munera.* e = *Sed non erit huic cognitioni locus.* BsG = *Casus iste demit metum.* G Fort. P3. 4. Col. 𝔅𝔈1. = *Casus iste demat metum.* 𝔈2. = *Casus iste demet metum.* Pinc. ci. 𝔈𝔊 = *Casus istum demet metum.* Ee = *Casus iste donat metam.* quod velim examines. FrCol. ∾.

et inter cetera quoque commodum est eius = FrCol. Ee = *et inter cetera quoque commodius eius.* B = *et inter cetera hoc quoque commodum eius.* G P3.4. Col. 𝔅𝔈1. = *et inter cetera quoque hoc commodum eius.* 𝔈2. ... 𝔎 = *Est inter cetera hoc commodum eius.*

exspectationem suam = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *exspectationem tuam.*

timuit fulmen = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *fulmen timuit.*

nisi quod effugit = Ee P3. P4. = *nisi quia effugit.* BG Col. FrCol. 𝔅 ... 𝔎 = *nisi qui effugit.* G = *Explicit liber secundus.* 𝔈1. ... 𝔊 = *Libri secundi naturalium quaestionum finis.*

E = *Incipit liber III9 de aquis.* G = *Incipit l'. III9. de aquis et ortu aquarum et qualitatibus ipsarum.* 𝔅 = *Lucii Annei Senecae cordubensis liber Tertius qui est de aquis incipit.* Etiam 𝔈1. ... 𝔎 adiiciunt illa: *qui est de aquis.*

[*Praefatio*] = 𝔈2. ... 𝔎. Mss. 𝔈1. omittunt, quamobrem uncos circumieci. 𝔅 = *Prohoemium.* B = *Non me praeterit.* G𝔅 = *Non praeteriit me.*

quam magnarum rerum fundamenta = EGFrCol. 𝔈2. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎.

et causas secretaque eius eruere atque aliis noscenda prodere. Quando tam multa consequar, tam sparsa colligam, tam occulta perspiciam? Premit a tergo senectus et obicit annos inter uana studia consumptos: tanto magis urgeamus et damna aetatis male
2 exemptae labor sarciet. Nox ad diem accedat. occupationes recidantur: patrimonii longe a domino iacentis cura soluatur. sibi totus animus uacet et ad contemplationem sui saltem in ipso fine respiciat. Faciet ac sibi instabit et cotidie breuitatem temporis metietur. quicquid amissum est id diligenti usu uitae praesentis recolliget. Fidelissimus est ad honesta ex poenitentia
3 transitus. Libet igitur mihi exclamare illum poetae incliti uersum,

B P3. 4. Col. 𝔅𝔈1. 𝔐an 𝔅2. = *quam magna rerum f.*

noscenda prodere = EsG 𝔐 ... 𝔎. BG 𝔅 ... 𝔊 = *noscenda producere.* P3. = *tam multa persequar.* G (cr. ∾) = *tam multa consequatur.* P3. 4. = *tam occulta prospiciam.*

Premit a tergo senectus et obicit annos = ci. Erm. 𝔈2. ... 𝔎. B = *Praemittat ergo senectus et obiciat annos suos.* EeG Britan. FrCol. = *praemittit ergo senectus et obiciat annos.* P4. Col. = *praemittit ergo senectus et obiiciat annos.* P3. 𝔅𝔈1. = *Praetermittat ergo senectus et obiiciat annos.* Anic. = *tanto magis vigeamus.*

aetatis male exemptae = BEG Gr. 𝔅 ... 𝔊 𝔊ro ... 𝔎. Pinc. ci. 𝔐 ... 𝔏4. = *aetatis male exactae.* Vet. cod. Dal. = *aetatis male expensae.*

labor sarciet = Ee. G(m∾) — *labor ... accedat.* BmG 𝔅 ... 𝔎 = *labor sarciat.* Rom. Anic. = *labor resarciat.*

2. *occupationes recidantur: patrimonii longe a domino iacentis cura solvatur* = E FrCol. 𝔐 ... 𝔎. P3. = *occupationes rescindantur. patrimonii longe a domino iacentis cura solvatur. totus animus* om. *sibi.* B = *occupationes patrimonii recidantur longe a domino iacentis cura causa solvatur totus animus.* G = *occupationes patrimonii recidantur longe* [hoc n.] *a dominio* [cr. ∾] *longe iacentis causa solvatur. sibi totus animus.* Antiqua exx. Pinc. = *occupationes patrimonii praecidantur. Longe a domino, longe iacentis causa solvat sibi totus.* Pinc. ci. = *Occupationes patrimonii praecidantur. Longe ambitio, longe iactantia. Curis solvatur. Sibi totus.* P4. = *Occupationes patrimonii recidantur, longe a domino iacentis causa solvatur. ergo totus animus vacet.* Col. = *Occupationes patrimonii recidantur longe a dominio longe iacentis causa solvat, sibi totus.* 𝔅 ... 𝔊 = *Occupationes patrimonii recidantur, longe a dominio iacentis causa* [m𝔈2. = *cura*] *solvatur, sibi totus animus.* e = *si totus animus.*

saltem in ipso fine respiciat = Ee sG m𝔈2. 𝔐 ... 𝔏4. FrCol. = *saltem ipso fine resp.* om. *in.* B Fort. P3. 4. m𝔈2. 𝔊ro ... 𝔎 = *saltem in ipso fugae impetu respiciat.* G = *saltem in ipso impetu respiciat.* Col. = *saltem in ipso impetu resarciat.* Memm. = *saltem in ipso fugae respiciat.* 𝔅 ... 𝔊 = *saltem ipso impetu respiciat.* Gothofr. ci. = *saltem in ipso portu respiciat.* G (cr. ∾) = *brevitatem corporis.*

vitae praesentis = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *praesentis vitae.*

3. *Libet igitur mihi* = Ee sG P3. BG P4. Col. 𝔅 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 — *igitur.* FrCol. 𝔅2. — *mihi.* probat Grut. B G 𝔅𝔈1. = *illius poetae.*

incliti = BE. G𝔅 ... 𝔎 = *inclyti.* Quis fuerit ille *poeta inclitus,* non constat. e = *versiculum.*

Tollimus ingentes animos et maxima parvo
Tempore molimur.

Hoc dicerem, si puer iuuenisque molirer: nullum enim non tam magnis rebus tempus angustum est. Nunc uero ad rem seriam, grauem, inmensam post meridianas horas accessimus. Facia- 4
mus quod in itinere fieri solet: qui tardius exierunt uelocitate pensant moram. Festinemus et opus nescio an superabile, magnum certe sine aetatis excusatione tractemus. Crescit animus, quotiens coepti magnitudinem ostendit et cogitat quantum proposito, non quantum sibi supersit. Consumpsere se quidam, 5
dum acta regum externorum conponunt quaeque passi inuicem ausique sunt populi: quanto satius est sua mala exstinguere quam aliena posteris tradere? quanto potius deorum opera celebrare quam Philippi aut Alexandri latrocinia ceterorumque qui exitio gentium clari non minores fuere pestes mortalium quam inundatio qua planum omne perfusum est, quam conflagratio qua pars magna animantium exaruit? Quemadmodum Hannibal su- 6
periccerit Alpes scribunt. quemadmodum confirmatum Hispaniae cladibus bellum Italiae inopinatus intulerit fractisque rebus et post Carthaginem pertinax reges pererrauerit ducem promittens, exercitum petens. quemadmodum non desierit omnibus angulis

B = *et maxima facta.* G (n.) P4. Col. 𝔅𝔈1. + *et maxima facta parvo.* E P3. FrCol. ∾.
iuvenisque = BEeG 𝔅 . . . 𝔊. 𝔐 ... 𝔎 = *iuvenisve.* B(s.m.) = *moliret.*
Nullum non tam = BEeG 𝔅 ... 𝔊. mG 𝔐 ... 𝔎 + *Nullum enim non tam.*
post meridianas horas = BEG Gr. 𝔅𝔊ro ... 𝔎. 𝔈1. ... 𝔏4. 𝔐an = *postmeridianis horis.*
4. G = *solet fieri.* BG (s∾) = *Quo tardius.*
magnitudinem ostendit = EeG Gr. 𝔅 . . . 𝔊. B = *magnitudinem ostenderit* Erm. ci. 𝔐 ... 𝔎 = *magnitudinem attendit.* G = *supersit sibi.*
5. Ee = *acta regum eternorum.* sB = *Quanto potius est sua mala.* Col. = *Quanto sanctius est s. m.* FrCol. + *O quanto satius est.* B + *Quanto potius est deorum.* G = *deorum operas.* G = *ceterorum quem qui.* Ee = *quam* [e = *qua*] *planum omne diffusum* om. *est.* P3. Col. = 𝔅 = *quam planum omne.* P4. = *quia planum o.* BG FrCol. ∾. mG = *quam conflammatio.*
qua pars magna = e. E = *quae pars magna.* G 𝔅 = *quam magna pars.* BG(s.m.) 𝔈1. ... 𝔎 = *qua magna pars.* G(s∾) = *animantium exauriunt.*
6. *Alpes superiecerit* = Ee Fr Col. mG = *supergesserit Alpes.* BG 𝔅 . . . 𝔎 = *superaverit Alpes.* eFrCol. = *Hispaniae classibus bellum.* P3. = *Hispaniae bellum cladibus.*
fractisque rebus = BEG Fort. Pinc. v.l. Gr. Memm. 𝔊ro ... 𝔎. 𝔅 𝔈1. = *Infractis rebus.* 𝔈2. . . . 𝔏4. = *infractisque rebus.*
et post Carthaginem = Ee. B = *enim post Carth.* G 𝔅 . . . 𝔎 = *etiam post Carthag.*
pererraverit ducem promittens, exercitum petens. Ita scribendum arbitror. Ee = *pererraverit ducem promittens exercitum penitens.* FrCol.

bellum senex quaerere: adeo sine patria esse pati poterat, sine
7 hoste non poterat. Quanto satius est quid faciendum sit quam quid factum quaerere ac docere eos qui sua permisere fortunae nihil stabile ab illa datum fuisse, eius omnia aura fluere mobilius? nescit enim quiescere, gaudet laetis tristia substituere, utique miscere. Itaque secundis nemo confidat, aduersis ne-
8 mo deficiat: alternae sunt uices rerum. Quid exsultas? haec quibus ueheris ad summum nescis ubi te relictura sint: habebunt suum, non tuum finem. Quid iaces? ad imum delatus es: nunc locus est resurgendi. In melius aduersa, in deterius optata flectuntur. Ista concipienda est animo uarietas, non priuatarum

= *ducem promittens exercitum potens.* B𝔅 . . . 𝔅1. = *pererraverit* [𝔅 = *pererravit*] *contra Romanos* [P3. 4. Col. =] *ducem se promittens etiam* [Col. = *et*] *sine exercitu.* G = *penetraverit* [m∾] *contra Romanos ducem se promittens etiam sine exercitu* (m *exercitum petens*). 𝔅2. + *pererraverit, contra Romanos* ∾. ℜu 𝔎 + *pererraverit, contra Romanos ducem se promittens, exercitum petens.* Memm. Nicot. = *ducem promittens, exercitum petens* (Num habeant hi aut FrCol. illa *contra Romanos,* non proditur: sed non habere inde licet colligere, quod alias cum E solent concordare).

omnibus angulis bellum senex quaerere = Ee P3. FrCol. 𝔅2. BG P4. Col. 𝔅 ... 𝔅1. ℜu 𝔎 = *senex omnibus angulis bellum quaerere.* EeG FrCol. — *esse* ante *pati.* probat fere Grut., ut *pati* ponatur pro *durare* aut *tolerare vitam.* P3. — *pati.* quod ipse fere probo. E = *sine bello non poterat.*

7. *Quanto satius est* = BEe sG. G 𝔅 . . . 𝔎 — *est.* B = *quod faciendum sit.*

quam quid factum quaerere = Ee. G = *quam quod factum sit* [hoc n.] *q.* B 𝔈2. . . . 𝔎 + *quam quid factum sit q.* 𝔅 — *quam quid factum.* 𝔈1. = *quam factum sit q.* B = *qui supermisere fortunae.* BG(m∾) = *nihil stabile ad illam.*

datum fuisse = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *datum esse.*

eius omnia aura fluere mobilius = Ee. BG = *eius autem omnia fluere aura* [B = *iura*] *mobilius.* Col. FrCol 𝔅 . . . 𝔎 = *eius omnia fluere aura mobilius.* P3. = *aura fluere mollius.* P4. = *fluere aura mobili.*

laetis tristia substituere = EeG (s.m.) 𝔈2. . . . 𝔏4. BG Brit. 𝔅𝔈1. 𝔊ro . . . 𝔎 = *laetis tristia* [G = *tristitia*] *sustinere.*

utique miscere = Ee. G𝔅 . . . 𝔎 = *et utraque miscere.* B = *et utraque permiscere.*

Itaque secundis nemo confidat, adversis nemo deficiat = Ee P3. BG 𝔅 . . . 𝔎 + *Itaque in secundis nemo confidat, in adversis nemo deficiat.* P4. + *Itaque in secundis nemo confidat, adversis nemo deficiat.* FrCol. + *Itaque secundis nemo confidat, in adversis nemo deficiat.* B = *alternae vires sunt rerum.*

8. *haec quibus veheris* = Ee. B sG = *ista quibus eveheris.* G𝔅 ... 𝔎 = *ista quibus veheris.*

ad summum = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *in summum.*

ubi te relictura sint = 𝔅 . . . 𝔎. G = *ubi te relictura sunt.* Ee — *te.* quod puto absorptum esse a proxima syllaba *re.* B Gron. [ms] = *si te relictura sint.* probat Gron. [ms] et explicat per *an.* B = *ad dimum delatus es.*

nunc locus est resurgendi = Ee. G — *locus.* BsG 𝔅 . . . 𝔎 = *nunc est resurgendi locus.* B = *In melius versa in deterius.* Fort. = *in deterius optata vertuntur* forte *vertunt.* Mss. etiam Gr. ∾.

Ista concipienda est = Ee sG ci.

tantum domuum quas leuis casus inpellit, sed publicarum. Regna ex infimo coorta supra imperantes constiterunt: uetera im- 9
peria in ipso flore ceciderunt. Inueniri non potest numerus quam multa ab aliis fracta sint: nunc cummaxime deus exstruit alia, alia submittit nec molliter ponit, sed ex fastigio suo nullas habitura reliquias iactat. Magna ista, quia parui sumus, credimus. Multis rebus non ex natura sua, sed ex humilitate quidem nostra magnitudo est. Quid praecipuum in rebus humanis
est? Non classibus maria conplesse nec in rubri maris litore 10
signa fixisse nec deficiente ad iniurias terra errasse in Oceano ignota quaerentem: sed animo omnia uidisse et, qua maior nulla uictoria est, uitia domuisse. Innumerabiles sunt qui populos, qui urbes habuerunt in potestate, paucissimi qui se. Quid est praecipuum? erigere animum supra minas et promissa fortu-
nae. nihil dignum illam habere putare quod speres: quid enim 11

Gron. 𝔅2.... 𝔎. BG 𝔅𝔈1. = *Ita accipienda est.* 𝔈2.... 𝔅1. = *Ita concipienda est.* G (s∾) = *privato-rum.* B = *pr. tantum domūuum.*

sed publicarum = Ee P3. FrCol. BG P4. Col. 𝔅 ... 𝔊 = *sed etiam rei publicae.* 𝔐 ... 𝔎 + *sed etiam publicarum.* G = *Regna et infimo* [P4. Col. =] *coartata.* 𝔅𝔈1. = *Regna ex infimo coartata.* P3. — *coorta.* BE Fort. FrCol. ∾.

supra imperantes constiterunt = BEG quatuor Gr. 𝔊ro ... 𝔎. 𝔅 ... 𝔊 = *supra imperantes constitere.* 𝔐 ... 𝔏4. = *supra imperantes iacuerunt.*

9. B = *Verum imperia.*

ceciderunt = BEeG. 𝔅 ... 𝔎 = *cecidere.*

Inveniri non potest numerus = BEeG quatuor Gr. 𝔅 ... 𝔊 𝔅2. 𝔐 ... 𝔅1. ℜu 𝔎 = *Iniri non potest numerus.* EG(cr.∾) = *quam multa ab aliis fracta sunt.*

nunc cummaxime deus exstruit alia = Ee. FrCol. = *nunc cummaxime deus extruit illa, alia subm.* sG = *nunc cum maxime alia deus extraxit.* BG Fort. P4. Col. 𝔅 ... 𝔎 = *nunc cum maxime deus alia exaltat.* P3. = *nam cum maxime deus alia exaltat.* Col. (s.m.) = *nunc enim maxime deus alia exaltat.* Fortun. ci. = *Inveniri non potest numerus, quam multa et aliis temporibus fracta sint, et nunc maxime Deus alia exaltat* vel *quam multa aliis temporibus fracta sint. nunc enim maxime* vel *quam multa et alias fracta sint, cum nunc maxime Deus alia exaltat* vel *Inveniri non potest numerus, quam multa aliis atque aliis modis fracta sint.* G (cr.∾) = *habituras.* BG — *ista* post *Magna.*

sed ex humilitate quidem nostra = Ee FrCol. BG P3.4. Col. 𝔅 ... 𝔎 — *quidem.*

10. *signa fixisse* = EsG 𝔐 ... 𝔎. BG 𝔅 ... 𝔊 = *signa posuisse.* B = *non deficiente.*

ad iniurias terra errasse = Ee P3. FrCol. BG 𝔅 ... 𝔎 = *terra ad iniurias aliorum errasse.* B (cr. ∾) = *agnota quaerentem.*

omnia vidisse = E. BG 𝔅 ... 𝔎 = *omne vidisse.*

et qua maior nulla victoria est = Ee. BG = *et qua nulla maior est victoria.* 𝔅 ... 𝔎 = *et qua maior est nulla victoria.*

qui populos, qui urbes = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *qui urbes, qui populos.*

habuerunt = BEe G. 𝔅 ... 𝔎 = *habuere.* G = *et proxima fortunae.*

11. *nihil dignum illam habere putare* = E. e = *nil* ∾. BG 𝔅 ... 𝔎 — *illam habere.*

habet dignum quod concupiscas? qui a diuinorum conuersatione quotiens ad humana recideris, non aliter caligabis quam quorum oculi in densam umbram ex claro sole redierunt. Quid est praecipuum? posse laeto animo aduersa tolerare. quicquid acciderit sic ferre, quasi uolueris tibi accidere. Debuisses enim uelle, si scisses omnia ex decreto dei fieri. Flere, queri, gemere de-
12 sciscere est. Quid est praecipuum? animus contra calamitates fortis et contumax, luxuriae non aduersus tantum, sed infestus, nec auidus periculi nec fugax, qui sciat fortunam non exspectare, sed facere et aduersus utramque intrepidus inconfususque
13 prodire, nec illius tumultu nec huius fulgore percussus. Quid est praecipuum? non admittere in animum mala consilia, puras ad coelum manus extollere, nullum bonum petere quod, ut ad te transeat, aliquis dare debet, aliquis amittere, optare quod

qui a divinorum conversatione = G FrCol. Memm. 𝔊ro ... 𝔎. BG (s.m.) Fort. P3. Col. = *quia a divinorum conversatione.* Ee = *quid autem divinorum conversationem* (E = *conversatione*). P4. = *quia ad minorum conversationem.* 𝔅 — *qui.* 𝔈1. ... 𝔊 = *quia a divinorum contemplatione.* 𝔐 ... 𝔏4. = *qui a divinorum contemplatione.* B = *quotiens in humana recideris.* FrCol. = *ad humanam rec.* Col. — *ad* ante *humana.* P4. = *ad humana decideris.* 𝔅 = *ab humana.*

ex claro sole redierunt = BEe G. 𝔅 ... 𝔎 = *ex claro sole redierc.*

quasi volueris tibi accidere = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *quasi tibi volueris accidere.* e = *omnia fieri ex decreto dci.* G (s∾) Pinc. v. l. — *omnia.* FrCol. = *omni ex decreto dei fieri.* Col. = *ex decreto tunc fieri.* BE P3. 4. ∾.

queri, gemere = Ee. BG𝔅 ... 𝔎 = *qucri, ingemere.* Ee — *est* post *desciscere.*

12. B = *luxuriae non aversus tantum.*

sed infestus = Ee 𝔅. BG 𝔈1. ... 𝔎 + *sed et infestus.*

qui sciat fortunam non exspectare, sed facere et adversus utramque intrepidus inconfususque prodire = E FrCol. 𝔐 ... 𝔎. P3. + *qui sciat fortunam non expectare prosperitatem sed facere et adversus* ∾. B = *nec fugax prosperitatem exspectans sed utrimque intrepidus inconfusus nec illius tumultu.* P4. = *nec fugax prosperitatem non expectans, sed utrumque intrepidus et* [?] *inconfusus nec illius tumultu.* Col. = *nec fugax prosperitate nec expectans, sed utrimque intrepidus et* [?] *inconfusus nec illius tumultu.* G = *nec fugax prosperitatem non expectans* [m *qui sciat fortunam non expectare sed facere*] *sed utrimque intrepidus inconfusus* [m *que prodire*] *nec illius tumultu.* 𝔅 = *Nec fugax qui sciat fortunam prosperitatem non expectans: et adversus utrumque intrepidus et confisus prodire. Nec illius tumultu.* 𝔈1. = *nec fugax, prosperitatem non expectans, sed adversus utrumque intrepidus et confisus. Nec illius tumultu.* 𝔈2. ... 𝔊 = *nec fugax, prosperitatem non expectans, sed adversus utrumque intrepidus et inconfusus. Nec illius tumultu.*

13. *non admittere in animum* = FrCol. 𝔐 ... 𝔎. BEe G P3. 4. Col. 𝔅 ... 𝔊 = *non admittere in animo.* de quo vide.

manus extollere = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *manus tollere.*

nullum bonum petere = BEe G. 𝔅 ... 𝔎 = *nullum petere bonum.* B = *quod a te transeat.* B — *aliquis dare debet, aliquis amittere.* G = *a-*

sine aduersario optatur, bonam mentem, cetera magno aestimata mortalibus, etiam si quis domum casus adtulerit, sic intueri quasi exitura qua uenerunt. Quid est praecipuum? altos su- 14
pra fortuita spiritus tollere, hominis meminisse, ut, siue felix eris, scias hoc non futurum diu, siue infelix, scias te hoc non esse, si non putes. Quid est praecipuum? in primis labris animam habere. Haec res efficit non e iure Quiritium liberum, sed e iure naturae. Liber autem est qui seruitutem suam effugit. Haec est adsidua et ineluctabilis et per diem et per noctem aequaliter premens, sine interuallo, sine commeatu. Sibi ser- 15
uire grauissima est seruitus: quam discutere facile est, si desieris multa te poscere, si desieris tibi referre mercedem, si ante oculos et naturam tuam et aetatem posueris, licet prima

liquis possit dare aliquis [s *possit*] *amittere.* Col. 𝔅𝔈1. = *aliquis possit dare, aliquis* [𝔅 = *aliquas*] *amittere.* Fort. 𝔈2. . . . 𝔊 = *aliquis possit amittere* om. *dare.* B = *sine aversario.* B = *etsi quis domum.* Fort. P3. 𝔈2. . . . 𝔊 = *domum casus abstulerit.* BEG P4. Col. FrCol. 𝔅 ∾.

qua venerunt = Ee. B𝔅 = *quae venerint.* G 𝔈2. . . . 𝔎 = *qua venerint.* 𝔈1. = *quae venerunt.*

14. B = *Alteros supra fortunam spiritus.* G (s∾) P4. Col. 𝔅 . . . 𝔊 = *supra fortunam* [m𝔈2. ∾] *spiritus.*

tollere, hominis meminisse = Ee. B = *hominis tollere, meminisse.* G P4. Col. 𝔅 . . . 𝔊 = *hominis attollere. Meminisse.* P3. = *taliter meminisse.* FrCol. 𝔐 . . . 𝔎 = *attollere, hominis meminisse.*

scias te hoc non esse = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *scias hoc te non esse.*

si non putes = E sG FrCol. 𝔐 . . . 𝔎. BG P3. 4. Col. 𝔅 . . . 𝔊 = *nisi cum putes.* B (lit.) = *In primis liberam animam habere.* FrCol. = *Supremis labris animam ponere.* Fortun. ci. 𝔈2. . . . 𝔊 = *In primis liberum animum habere.* EG P3. 4. Col. Memm. Nicot. 𝔅 ∾. B = *Haec res efficit non evenire queri tibi ut liber sit, sed evenire naturae.* G = *Haec res efficit ut evenire Quiriti ut sit liber sed evenire naturae.* P3. Col. = *non eveniri quiriti ut sit liber.* P4. 𝔈1. = *Haec res efficit non evenire quaerenti, ut sit liber, sed evenire naturae.* 𝔅 = *Haec res efficit non evenire quirici ut sit liber, sed evenire naturae.* Fortun. ci. = *non evenire Quiriti ut sit liber.* Britan. = *non e iure Quiritium, sed e iure naturae.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *Haec res efficit non e iure Quiritium, ut sit liber, sed e iure naturae.* E FrCol. ∾. BG = *Liber est autem.*

qui servitutem suam effugit = B Ee. G 𝔅 . . . 𝔊 = *qui servitutem effugit suam.* 𝔐 . . . 𝔎 = *qui servitutem effugit sui.*

Haec est adsidua et ineluctabilis = Ee Memm. BG P3. 4. Col. 𝔅 . . . 𝔎 + *Haec est assidua servitus et ineluctabilis.* FrCol. = *hoc est assidua et inel.*

et per diem et per noctem = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *et per diem ac noctem.*

15. B + *Sibi se servire.*

gravissima est servitus = Ee. B G 𝔅 . . . 𝔎 = *gravissima servitus est.* B = *te multa poscere.* G (m∾) — *si desieris multa te poscere.* G (s∾) P4. = *tibi ferre mercedem.* Col. = *tibi te ferre m.* P3. = *tibi reformare mercedem.*

et naturam tuam et aetatem posueris = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *et naturam tuam* [B p.m. — *tuam*] *posueris et aetatem.* BG 𝔈1. . . . 𝔊 — *licet prima sit.* 𝔅 + *licet tibi prima sit.*

sit, ac tibi ipse dixeris: Quid insanio? quid anhelo? quid sudo? quid terram, quid forum uerso? nec multo opus est nec diu. Ad hoc nobis proderit inspicere rerum naturam: primo discedemus a sordidis, deinde animum ipsum quo summo magnoque opus
16 est seducemus a corpore. deinde in occultis exercitata subtilitas non erit in aperta deterior. Nihil autem est apertius his salutaribus quae contra nequitiam nostram furoremque discuntur quae damnamus nec ponimus.

I. Quaeramus ergo de aquis et inuestigemus qua ratione fiant: siue, ut ait Ouidius,

Fons erat illimis nitidis argenteus undis,

siue, ut ait Uergilius,

Unde per ora nouem uasto cum murmure montis
It mare praeruptum et pelago premit arua sonanti,

siue ut apud te, iuuenis carissime, inuenio,

Elisus Siculis de fontibus exsilit amnis.

2 si qua ratio aquas subministret. quomodo tot flumina ingentia per

E = *quid insanio, quid hanelo.* G (m∾) — *quid sudo?*

quid terram, quid forum verso = BEe FrCol. P3. 4. 𝔅2. G = *quid terram* [s *verso*]? *quid forum viso?* Col. = *quid terream? quid formidem?* 𝔅 = *quid terram? quid forum viso?* 𝔈1. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *Quid terram verso? quid forum viso?* B = *Nec multa opus est nec die.*

Ad hoc nobis proderit = Ee. B — *nobis.* sBG 𝔅 ... 𝔎 = *Ad hoc proderit nobis.* Tres Gr. = *Ad haec proderit.* G (s∾) = *respicere.*

quo summo magnoque opus est = BEe. G = *quo magnis summoque opus* om. *est.* sG 𝔅 ... 𝔎 = *quo magno summoque opus est* (𝔅𝔈1. — *est*).

16. *non erit in aperta deterior* = BEe G. 𝔅 ... 𝔎 = *non erit in aperto deterior.* FrCol. = *Nihil est enim apertius.* P4. = *Nihil autem est aptius.* G(cr.∾) = *Nihil autem aperti his sal.* B = *quae contra furorem nostrum nequiciamque discuntur.*

Cap. I.

Ee = *Quaeramus de quibus rebus aquae fiant et investigemus qua ratione fiant.* de quo vide.

Ovidius Met. III, 407.

Vergilius Aen. I, 245. sq. G = *per ora iovem vasto.* BG P4. Col. 𝔅𝔈1. = *In mare praeruptum.* P3. = *Item mare pr.* Virg. ed. Burm. = *proruptum.* G Col. 𝔅𝔈1. = *premit arva tonanti.* P4. = *premit arva sananti.* BE Fort. P3. ∾.

apud te, iuvenis carissime = Ee. BG Britan. Col. 𝔈2. ... 𝔎 = *apud te, Iunior carissime.* P3. = *apud Terẽtium te iunior cariss.* P4. = *apud te minorem hoc me invenio.* 𝔅𝔈1. = *apud Terentium iunior carissime* (m𝔈1. = Forte legendum, *te iuniorem carmen.* Id quod propemodum licebat divinare ex notulis antiqui codicis. Nam de Lucilii versibus Seneca et alibi fecit mentionem).

Elisus Siculis de fontibus = BEe P3. G = *Elisius syderis* [m *Siculis*] *de fontibus.* Omnia exx. Pinc. 𝔅 ... 𝔈2. = *Elysius* [𝔅𝔈1. = *Elisius*] *Siculis de f.* P4. = *Olisius sideris de fontibus.* Col. = *Elisius sideris de fontibus.* Pinc. ci. 𝔐 ... 𝔎 = *Eleus Siculis de fontibus.*

2. *si qua ratio aquas subministret* = Ee G 𝔐 ... 𝔏4. B Brit. 𝔊ro ... 𝔎 = *quae ratio aq. s.* P3. = *Si qua res aquas subministrabit.* P4. =

diem noctemque decurrant. quare alia hibernis aquis intumescant, alia in defectu ceterorum amnium crescant. Nilum interim seponemus a turba, propriae naturae ac singularis, et illi suum diem dabimus, nunc uolgares aquas prosequamur, tam frigidas quam calentes. in quibus calentibus quaerendum erit utrum calidae nascantur an fiant. De ceteris quoque disseremus quas insignes aut sapor aut aliqua reddit utilitas. Quaedam enim ocu- 3
los, quaedam neruos iuuant, quaedam ueterata et a medicis desperata uitia percurant. quaedam medentur ulceribus, quaedam interiora potu fouent et pulmonis ac uiscerum querelas leuant. quaedam supprimunt sanguinem: tam uarius singulis usus est quam gustus. II. Aut stant omnes aut eunt aut colliguntur aut uarias habent uenas. Aliae sunt dulces, aliae uariae: asperae quippe interueniunt, salsae amaraeque aut medicatae. ex quibus sulphuratas dicimus, ferratas, aluminosas: indicat uim sapor. Habent praeterea multa discrimina. primum 2

quomodo itaque aquas subministret. Col. = *quomodo igitur aquas subm.* 𝔅𝔈1. = *Quomodo ideo aquas subministret.* 𝔐an 𝔈2. ... 𝔊 = *quomodo aquas subministret.* G(s∾) = *quomodo tot fulmina.* BG 𝔅 ... 𝔊 = *per diem et noctem.* E∾. Ee = *intumescunt* ∾ *crescunt.* P3. = *defectu ceterorum animum.* P4. Col. = *in defectum ceterorum amnium.* 𝔈1. = *in defectum caeterorum omnium.* 𝔈2. ... 𝔊 = *in defectu ceterorum omnium.* BG (n.) P4. Col. + *illum Nilum.*

interim seponemus = BEe G Fort. Gr. 𝔅 ... 𝔎 = *interim seponamus.*

ac singularis = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *et singularis.*

et illi = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 — *et.*

suum diem dabimus = Ee sG. BG — *suum.* 𝔅 ... 𝔎 = *diem suum dabimus.*

prosequamur = Ee P3. sG = *persequamur.* BG Col. = *persequemur.* 𝔅 ... 𝔎 = *prosequemur.*

in quibus calentibus quaerendum erit = BEe G Gr. 𝔅𝔈1. 𝔈2. ... 𝔎 — *calentibus.* P3. + *aut sapor facit aut aliqua reddit utilitas.*

3. *quaedam veterata* = Ee P3. BG(s.m.) 𝔅 ... 𝔎 = *quaedam inveterata.* G = *quaedam invetera.*

et a medicis desperata = Ee mG. G — *et desperata.* B𝔅 ... 𝔎 = *et desperata a medicis.*

percurant = B(s.m.) G(s.m.) 𝔈1. ... 𝔊 𝔊ro ... 𝔎. Ee P3. = *procurant.* BG 𝔅 = *percurrant.* 𝔐 ... 𝔏4. = *percurrunt.*

potu fovent = BEe. G 𝔅 ... 𝔎 = *fovent potu.* P3. = *ac viscerum curas.* BEG P4. Col. 𝔅 ∾. G (s∾) = *lavant.*

usus est quam gustus = BEe. G Britan. 𝔈2. ... 𝔎 = *usus quam gustus est.* P3. 4. Col. 𝔅𝔈1. 𝔐an = *usus quam gratus est.*

Cap. II.

Aut stant omnes aut eunt = Ee. B Memm. Nicot. 𝔊ro ... 𝔅2. + *Aut stant omnes aquae* [P3. =] *aut eunt.* G 𝔅 ... 𝔏4. 𝔑u 𝔎 = *Aut stant omnes aquae* [P4. Col. =] *aut fluunt.* G 𝔅𝔈1. = *asperae quidem interveniunt.* Col. = *asperae quaedam interveniunt.*

salsae amaraeque aut medicatae = BE Gr. Memm. Nicot. 𝔊ro ... 𝔎. G𝔅 ... 𝔈 + *salsaeque amaraeque.* 𝔊 = *salsaeque interveniunt.* 𝔐 ... 𝔏4. — *amaraeque.* Col. = *a quibus sulphureas dicimus.* P3. = *ex quibus dicimus furfuratas.* B (cr. ∾) = *feratas.* mG = *ferratas, alumpnosas.* B = *Iudicat vim sapor.* e =

tactus: frigidae et calidae sunt. deinde ponderis: leues et graues sunt. deinde coloris: purae sunt, turbidae, caeruleae, lucidae. deinde salubritatis: sunt enim utiles, sunt mortiferae, sunt quae coguntur in lapidem. quaedam tenues, quaedam pingues. quaedam alunt, quaedam sine ulla bibentis ope transeunt, quaedam haustae fecunditatem adferunt. III. Ut stet aqua uel fluat, loci positio efficit: in deuexo fluit, in plano continetur et stagnat. aliquando in aduersum spiritu inpellitur: tunc cogitur, non fluit. colligitur ex imbribus. ex suo fonte natiua est. Nihil tamen prohibet eodem loco aquam colligi et nasci: quod in Fucino uidemus in quem montes circumiecti quicquid fudit pluuia deriuant. sed magnae in ipso latentesque uenae sunt. itaque etiam cum hiberni defluxere torrentes, faciem suam seruat.

indicat vini sapor. G Fort. P4. Col. 𝔅𝔈1. = *Indicat inde sapor* (*uī = vim. iñ = inde*). P3. = *Indicat humi sapor.*

2. *frigidae et calidae sunt* = E. BG 𝔅 ... 𝔎 = *frigidae calidaeque sunt.* e + *frigidaeque et calidae sunt.* E (s∞) — *et* ante *graves sunt.* P3. = *leves gravesque sunt.* Fortun. ci. 𝔈2. ... 𝔊 = *omnes leves aut graves sunt.*

purae sunt, turbidae, caeruleae = EeG 𝔅. 𝔈1. ... 𝔎 + *purae sunt et turbidae, caeruleae.* B — *purae sunt ... mortiferae, sunt.* sE se = *caeruleae, lividae.*

sunt enim utites, sunt mortiferae = Ee G P3. 𝔅2. P4. Col. 𝔅𝔈1. = *deinde salubres sunt et utiles.* 𝔐an 𝔈2. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 + *sunt enim salubres et utiles.*

quae coguntur in lapidem = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *quae cogantur in lapidem.* B sG + *quaedam pingues sunt.* P3. = *quaedam sunt bibent.* P4. = *quae sine ulla labentis ope.* Pinc. v. l. = *fecunditatem auferunt.*

Cap. III.

vel fluat = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *aut fluat.* B = *idevexo fluit.* P3. = *indenexo praeluit.* Ee + *in plano et devexo continetur.*

aliquando in adversum = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 + *et aliquando in adv.*

tunc cogitur, non fluit = E sG P3. 𝔐an 𝔈2. ... 𝔎. BG P4. Col. 𝔅𝔈1. = *tunc cogitur, tunc fluit.* B = *nasci et colligi.* BEe = *quod in Fuscino videmus.*

in quem montes circumiecti quicquid fudit pluvia derivant = Ee ci. Opsop. Memm. = *in quem montes circumiecti quicquid fudit fluvia derivant.* P3. = *in quem montes circumiecti quicquid fudit flumina derivantur.* BG Pinc. v. l. 𝔈 ... 𝔅2. = *in quem montis circumiecti fluvii derivantur.* Col. 𝔈1. 2. 𝔐 = = *in quem montis* [𝔈1. = *montes*] *circumvecti fluvii derivantur.* P4. = *Tanquam montis circumiecti fluvii derivantur.* Gron. ci = *in quem, montis circumiecti quicquid fundunt eluvia, derivatur.* 𝔅 = *in quem montes circumvecti quicquid fudit fluvii derivantur.* 𝔑u 𝔎 = *in quem montis circumiecti, quicquid fudit, fluvii derivantur.*

sed magnae = BEe P3. Col. Memm. G P4. 𝔅 ... 𝔎 + *Sed et magnae.*

in ipso latentesque venae sunt = ci. Grut. 𝔑u 𝔎 = *latentesque in ipso venae sunt.* Memm. + *in ipso latentesque velut venae undae sunt.* BEe P3. = *in ipso latentesque undae sunt.* G P4. Col. 𝔅 ... 𝔅2. = *latentesque in ipso undae sunt.* G (n.) + *hiberni unde.*

faciem suam serval = BG P3. 4. Fortun. ci. 𝔅2. ... 𝔎. E Col. 𝔅 ... 𝔅1. = *servant.*

IV. Primum ergo quaeramus quomodo ad continuandos fluminum cursus terra sufficiat, unde tantum aquarum exeat. Miramur quod accessionem fluminum maria non sentiant: aeque mirandum est, quod detrimentum exeuntium terra non sentit. Quid est quod illam aut sic inpleuerit, ut praebere tantum ex recondito possit, aut subinde sic suppleat? Quamcumque rationem reddiderimus de flumine eadem erit riuorum ac fontium. V. Quidam iudicant terram quicquid aquarum emisit rursus accipere et ob hoc nec maria crescere, quia quod influxit non in suum uertunt, sed protinus reddunt. Occulto enim itinere subit terras et palam uenit, secreto reuertitur colaturque in transitu mare quod per multiplices terrarum anfractus uerberatum amaritudinem ponit et prauitatem [saporis] in tanta soli uarietate exuit et in sinceram aquam transit. VI. Quidam existimant quicquid ex imbribus terra concipit in flumina rursus emitti et hoc argumenti loco ponunt, quod rarissima flumina sunt in his locis quibus rarus est imber. Ideo siccas aiunt Aethiopiae solitudines esse

Cap. IV.

B = *Priorum ergo quaeramus.* *detrimentum exeuntium* = E P3. BG 𝔙 . . . 𝔎 = *detrimenta exeuntium.* Col. = *decrementa exeuntium.*

aut sic inpleverit = Ee sG P3. 𝔙2. probat Grut. BG P4. Col. 𝔑u 𝔎 — *aut.* 𝔙 . . . 𝔙1. = *sic implevit* om. *aut.*

aut subinde sic suppleat = Ee sG P3. Anic. Scal. 𝔙2. BG P4. Col. 𝔙 . . . 𝔈2. 𝔑u 𝔎 = *ac subinde sic* [P4. = *sit*] *suppleat.* Pinc. v. l. 𝔈 ... 𝔙1. = *ac subinde suppleat* om. *sic.* P3. = *Qualemcunque rationem.*

Cap. V.

BG (cr. ∾) P4. Col. = *quicquid aquarum cursus emisit accipere.* Fort. 𝔈1. = *quicquid aquarum emisit* [𝔙 ... 𝔊 = *emiserit.* probat Ruhk. ms.] *cursus accipere.* E P3. ∾.

et ob hoc nec maria crescere = Ee. B 𝔈2. ... 𝔎 = *et ob hoc maria non crescere.* G = *et ob* [s *hoc*] *maria* [s *non*] *crescere.* 𝔙𝔈1. = *ob hoc maria non crescere* om. *et.* B = *non in suum vertant, sed protinus reddant.* BP4. = *sed palam venit.* P3. = *et palam evenit.* Fort. 𝔈1. ... 𝔊 haec omittunt. G Fort. P4. Col. 𝔙 𝔈1. + *secretoque revertitur.* BE P3. ∾. 𝔙 = *tollaturque transitu mare.* 𝔈1. . . . 𝔊 — *in* ante *transitu.*

per multiplices terrarum anfractus = BEe. G𝔙 . . . 𝔎 = *per multiplices anfractus terrarum.* G (m ∾) = *terrarum uberantium.* Ee = *et pravitatem in tanta varietate soli saporis exuit.* suspecta est *saporis* vox: quamobrem uncos circumdedi. P3. = *et saporis varietatem et pravitatem intenta sui varietate exuit.* Col. = ∾ *in tanta sali varietate exuit.*

Cap. VI.

Ee = *terra concipit ad ima trahi et ad illam rursus emitti.* G = *terra concepit* [cr. ∾] *in flumina rursusque emitti* (m *id illam rursus emittere*). 𝔙 + *rursusque.* Locus hic sincerus non videtur. B (cr. ∾) = *Et hoc armenti loco.*

quod rarissima flumina sunt in his locis quibus rarus est imber = Ee. P3. = *quod paucissima* [?] *flumina sunt in his locis quibus rarus est imber.* BG Pinc. v. l. P4. Col. = *quod paucissima sunt in his locis in quibus rarus est imber.* sG 𝔙 . . . 𝔎 = *quod paucissima flumina sunt in his locis, in quibus rarus est imber.*

Ideo siccas aiunt Aethiopiae solitu-

paucosque inueniri in interiore Africa fontes, quia feruida natura coeli sit et paene semper aestiua. Squalidae itaque sine arbore, sine cultore arenae iacent raris imbribus sparsae quos statim conbibunt. At contra constat Germaniam et Galliam et proxime ab illis Italiam abundare riuis et fluminibus, quia coelo humido utuntur et ne aestas quidem imbribus caret. VII. Aduersus haec multa posse dici uides. Primum ego tibi uinearum diligens fossor adfirmo nullam pluuiam esse tam magnam quae terram ultra decem pedes in altitudinem madefaciat: omnis humor intra primam crustam consumitur nec in inferiora descendit. Quomodo ergo potest imber suggerere amnibus uires qui summam tantum humum tingit? Pars maior eius per fluminum alueos in mare aufertur: exiguum est quod sorbeat terra nec id
2 seruat. Aut enim arida est et absumit in se quicquid infusum est aut satiata, si quid supra desiderium cecidit, excludit. Et

dines esse = Ee. BG 𝔅 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *Ideo siccas* [G = *sicc i tas*] *esse aiunt Aethiopiae* [𝔅 = *ethiop e s*] *solitudines*. P3. 𝔅2. — *esse*. probat Grut. G(s∾) = *paucos* om. *que*.

fervida natura coeli sit = Ee. B G 𝔅 ... 𝔎 = *quia fervida coeli natura sit*. P3. = *et paene s u per aestiva*. G = *Squalid u m itaque sine arbore* [𝔈1. ... 𝔖 =] *sine cul t u* (m∾). 𝔅 = *sine cul t o*.

Germaniam e t Galliam = Ee. B G 𝔅 ... 𝔎 = *Germaniam Galliamq u e*.

et proxime ab i l l i s Italiam = Ee P3. P4. 𝔅2. = *et proxim a m ab h i s Italiam*. probat Grut. G 𝔅 = *proxime ab h i s Italiam* om. *et*. B sG 𝔈1. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *et proxime ab h i s Italiam*. B = *habundare y m b r i b u s et fluminibus*. Ee = *et n e c aestas quidem*.

Cap. VII.

P3. Col. 𝔅 𝔅2. = *Adversus h o c*.

posse dici = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *dici posse*. B — *tam magnam* ante *quae terram*. P3. Col. = *in altitudin e*. Grut. ci. — *in altitudinem*. B = *int e r primam e c t ã consumitur*. B (s∾) — *in* ante *inferiora*.

imber suggerere potest = Ee. P3. = *imber a u g è r e potest*. P4. Col. = *potest imber s u r g e r e*. BG 𝔈1. ... 𝔎 = *potest imber suggerere*. 𝔅 = *potest imber a u g e r e*.

qui summam t a n t u m humum tingit. Ita scribendum puto. E = *q u a e* [q̄] *summam tantum humum ting u it*. e = *qui summam tantum humum ting u it*. BG Fort. P3. 4. 𝔅𝔈1. = *qui summam humum t a n g u n t* (mG = *tingit*). Fortun. ci. = *t a ngit*. Col. = *q u a e summ u m humum t a n g u n t*. 𝔈2. ... 𝔎 — *tantum*. G (s∾) = *Pars maior eius q u i fluminum*.

in mare a u fertur = E 𝔐 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎. BG P4. Col. 𝔅 ... 𝔖 𝔅2. = *in mare e f f ertur*. Fort. = *in mare t r a n s fertur*. P3. = *in mare d e fertur*.

quod sorb e a t terra = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *quod sorb e t terra*.

2. *et absumit in se quicquid i n f u sum est* = Ee. BG (s.m.) P4. = *et absumit in se quicquid e f f usum est*. G = *et a s sumit in se quicquid* [Anic. =] *e f f usum est*. Col. = *et a s s umit in se quicquid e f f usum* om. *est*. P3. = *et a s sumit in se quicquid infusum est*. 𝔅 = *et a s sumit quicquid in se infusum est*. 𝔈1. = *et absumit quicquid in se infusum est*. 𝔈2. ... 𝔎 = *et absumit, quidquid in se f u s um est*. Ee = *supra desiderium e x c i dit exclud e t*. G Scal. = *supra desiderium cecid e r i t excludit*.

ideo primis imbribus non augentur amnes, quia totos in se si-
tiens terra trahit. Quid, quod quaedam flumina erumpunt saxis
et montibus? His quid conferent pluuiae quae per nudas rupes
deferuntur nec habent terram cui insideant. Adice, quod sic- 3
cissimis locis putei in altum acti ultra ducentorum aut trecen-
torum pedum spatium inueniunt aquarum uberes uenas in ea al-
titudine in quam aqua non penetrat, ut scias illic non coelestem
esse nec collectiuum humorem, sed quod dici solet uiuam aquam.
Illo quoque argumento haec opinio refellitur, quod quidam
fontes in summo cacumine montis redundant. Adparet illos
sursum agi aut ibi concipi, cum omnis pluuialis aqua decurrat.

VIII. Quidam existimant, quemadmodum in exteriori parte terrarum uastae paludes iacent magnique et nauigabiles lacus, quemadmodum ingenti spatio terrarum maria infusa uallibus porrecta sunt, sic interiora terrarum abundare aquis dulcibus nec minus illas stagnare quam apud nos Oceanum et sinus eius: immo eo latius quo plus terra in altum patet. Ergo ex illa pro-

B = *non auguentur amnes.* G (lit.) = *terra sitiens trahit.* B Anic. — *terra.* B = *Quidquid flumina* om. *quaedam.* G — *quaedam.* G = *His quidem conferant pluviae.* BG = *quae per undas* [sG = *nudas*] *in rupes deferuntur.* BG (s.m.) = *nec habent cui insidant.* G = *nec habent* [e =] *cui insident.*

3. *quod siccissimis locis* = BEeG. 𝔅 ... 𝔎 + *quod in siccissimis locis.*

ultra ducentorum aut trecentorum pedum spatium = Ee. P3. = *ultra ducentorum vel trecentorum pedum spatio.* B = *per ducentorum aut trecentorum pedum spatia.* G = *in altum* [s *acti*] *per CC. aut CCC. pedum spatia.* P4. Col. = *per ducenta aut trecenta pedum.* 𝔅 = *per CC. aut CCC. pedum spatia.* 𝔈1. 𝔐an = *per ducentum aut trecentum* [𝔈1. = *tricentum*] *pedum spatia.* 𝔈2. ... 𝔎 = *per ducenum aut trecenum* [*tricenum*] *pedum spatia.* G 𝔅 𝔈1. = *in qua aqua.*

non penetrat = BE sG. G 𝔅 ... 𝔎 = *non penetret.* B = *ut scias non scelestem* om. *illic.*

nec collectivum humorem = Ee sG Fort. P3. 𝔅 m𝔈1. B = *nec collectivum ymbrem.* G P4. Col. 𝔅2. = *non collectivum humorem.* 𝔈1. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *nec collectitium humorem.* BG — *haec opinio.*

in summo cacumine montis = Ee. BmG 𝔅 ... 𝔎 = *in summo montis cacumine.* G (m∾) — *fontes . . . agi aut tibi.*

Adparet illos = Ee. BmG 𝔅 ... 𝔎 + *Apparet ergo illos.* Pinc. commodior, inquit, forsitan lectio, *haud ubi concipi.* BE mG Gr. 𝔅 ∾.

pluvialis aqua = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *aqua pluvialis.*

Cap. VIII.

in exteriori parte = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *in exteriore p.*

magnique et navigabiles = Ee G (s.m.) P3. 𝔅2. BG = *magnique navigabiles.* P4. Col. = *magni navigabiles.* 𝔅 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *magni et navigabiles.*

spatio terrarum = Ee. BG — *terrarum.* 𝔅 ... 𝔎 = *spatio terrae.*

maria infusa vallibus porrecta sunt = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *porrecta sunt infusa vallibus.* B — *Oceanum.* B — *eo* ante *latius.* G 𝔅 𝔈1. + *et sinus eius in ymo* [*imo*] *eo latius.* P4. = *et si non eius, imo co latius.* Col. = *et sinus et in ymo eo lacius.* E

funda copia isti amnes egeruntur, quos quid miraris si terra detractos non sentit, cum adiectos maria non sentiant. IX. Quibusdam haec causa placet: aiunt habere terram intra se recessus cauos et multum spiritus qui necessario frigescit umbra graui pressus. deinde piger et inmotus in aquam, cum se desiit ferre, conuertitur. Sicut apud nos mutatio aeris imbrem facit ita infra terras flumen aut riuum. Supra nos non potest stare segnis diu et grauis. aliquando enim sole tenuatur, aliquando uentis
2 expanditur: itaque interualla magna imbribus sunt. Sub terra uero quicquid est quod illum in aquam conuertat idem semper est, umbra perpetua, frigus aeternum, inexercitata densitas: semper ergo praebebit fonti et flumini causas. Placet nobis terram esse mutabilem. Haec quoque quicquid efflauit, quia non aere libero concipitur, crassescit protinus et in humorem con-

Fort. P3. ∾. B = *quia plus in altum patet* om. *terra*. Ee = *quod plus terra in altum patet.* G P3. Col. Anic. Scal. 𝔅𝔈1. = *quia plus terra in altum patet.* P4. = *quia plus terra in aquam patet.* 𝔅 = *isti amnes aegerunt.* 𝔈1. = *egerunt.* e = *isti amnes egrediuntur.*

non sentit = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *non sentiat.* B = *cum advectos.* G = *advecto.* G (s.m.) = *cum revectos.* Ee = *maria non sentiunt.* de quo vide.

Cap. IX.

haec causa placet = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *haec placet causa.*

intra se recessus cavos = Ee. B = *inter canos recessus* om. *se*. G = *habere* [s *terram*] *intra* [s *se*] *cavos recessus.* 𝔅 = *inter se concavos recessus.* 𝔈1. ... 𝔎 = *intra se cavos recessus.* G (cr. ∾) = *et iam multum tempus.*

cum se desiit ferre = EG(s m.) P3. 𝔐 ... 𝔎 (P3. = *desit*). BG P4. Col. 𝔅 ... 𝔖 = *cum desiit convertitur* om. *se* et *ferre*.

Sicut apud nos mutatio aeris = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *Quemadmodum supra nos mutatio aeris.*

imbrem facit = BEG P3. 4. cod. Ops. (Memm.?) 𝔅𝔈1. 𝔐an 𝔊ro ... 𝔎. Col. = *imbres facit.* 𝔈2. ... 𝔏4. = *umbram facit.*

ita infra terras flumen aut rivum = Ee P3. cod. Ops. (Memm.?) 𝔅2. BP4. Col. 𝔅 ... 𝔖 = *ita infra terras rivum agit.* 𝔐 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 + *ita infra terras flumen aut rivum agit.* G = *ita infra* [s *intra*] *terras rivum* [m *aut flumen*] *agit.*

Supra nos non potest stare = Ee. B = *Supra nos omnes stare non potest.* G 𝔅 ... 𝔎 = *Supra nos stare non potest.* E (s∾) e(cr. ∾) = *ventis expenditur.*

2. Col. = *Itaque cum supervalla magna* [X, 3.] *omnium rursus altero sunt. Quod altero perit in altero transit* rell. om. B = *idem est semper.*

fonti et flumini = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *fonti aut flumini.* B = *causam.*

Haec quoque quicquid efflavit = BE P4. G 𝔅 = *Hoc quoque quicquid effluit.* P3. = *Hoc quoque quicquid eflavit.* 𝔈1. = *Huc quoque quicquid effluit.* Fort. 𝔖 ... 𝔎 = *Hoc quoque quicquid efflavit.* 𝔈2. = *Huc quoque quicquid efflavit.*

libero aere = BEeG. 𝔅 ... 𝔎 = *aere libero.* E (s∾) e (s∾) = *conspicitur.*

crassescit protinus et in humorem = E P3. 𝔅2. (E = *crascescit*). BGP4. 𝔅 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *crassescit* [G p.m. = *crescit*] *et protinus in humorem.*

uertitur. X. Habes primam aquarum sub terra nascentium causam. Adicias etiam licet, quod fiunt omnia ex omnibus: ex aqua aer, ex aere aqua, ignis ex aere, ex igne aer. Quare ergo non ex terra fiat aqua? quae si in alia mutabilis est, et in aquam, immo maxime in hanc. Utraque enim cognata est res, utraque grauis, utraque densa, utraque in extremum mundi conpulsa. Ex aqua terra fit. Cur non aqua fiat e terra? At magna flumina sunt. Cum uideris quanta sunt, rursus ex quanto
prodeant adspice. Miraris, cum labantur adsidue, quaedam uero 2
concitata rapiantur, quod praesto sit illis aqua semper noua? Quid si mireris quod, cum uenti totum aera inpellant, non deficit spiritus, sed per dies noctesque aequaliter fluit, nec ut flumina certo alueo feruntur, sed per uastum coeli spatium lato inpetu uadit? Quid si ullam undam superesse mireris quae super-
ueniat tot fluctibus fractis? Nihil deficit, quia totum in se redit. 3
Omnium elementorum alterni recursus sunt: quicquid alteri perit in alterum transit et natura partes suas uelut in ponderibus

Cap. X.

G = *primas ∾ causas.*

quod fiunt = EesG. BG𝔙...𝔎 = *quod fiant.* G = *aer ex igne.*

Quare ergo non ex terra fiat aqua = P3. 4. 𝔅2. Ee = *Quare ergo non ex terra fit aqua?* Memm. Nicot. = *Quare ergo non e terra fiat aqua.* B G = *Quare ergo ne terra fiat ex aqua?* 𝔙...𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *Quare ergo non* [𝔙𝔈1. = *ne*] *terra fiat ex aqua et ex terra aqua?* B = *qua si alia mutabilitas est et in aqua, immo* [G p.m. =] *maxime in hoc.* P3. + *etiam et in aquam.*

Utraque enim cognata est res = EesG. B = *Utraque cognita res est utraque densa* rell. om. G𝔙... 𝔎 = *Utraque cognata res est.* P3. = *Cur non aqua e terra* om. *fiat.* P3. = *An magna in terra flumina sunt.* P4. = *Aut magna flumina sunt.* 𝔙𝔈1. = *At magna in terra sunt flumina.* Ee + *At magna flumina magna sunt.* Fortasse scribendum: *At magna flumina in terra sunt.* G (m∾) — *quanta sunt: rursus.* Pinc. v. l. P4. = *Cum videris ex quanto prodeant, aspice rursus* [P4. = *rursum*] *quanta sint.* Reliqui libri omnes scribunt *quanta sunt.*

2. *Miraris, cum labantur* = BEG (s.m.) P3. 4. Memm. Nicot. 𝔐an 𝔊ro ... 𝔎. G𝔙𝔈1. + *Rursus quanta sunt miraris, cum labantur.* 𝔈2. ... 𝔏4. + *Rursus miraris, cum labantur.* P3. = *quaedam non concitata.* 𝔙𝔈1. + *quaedam vero non concitata.* Ee = *rapiuntur.*

quod praesto sit illis = BEeG P4. 𝔙...𝔊𝔅2. P3. 𝔐...𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *quae praesto sit illis.*

aqua semper nova = Ee. BG𝔙 ... 𝔎 = *semper aqua nova.* P3. 𝔙𝔈1. 𝔐an + *non deficit spatio spiritus.* 𝔈2. ... 𝔊 = *non deficiat spacio spiritus.* G(m∾) P3. 𝔙𝔈1. = *aequaliter fiat.* Pinc. v. l. = *aequaliter flat.*

certo alveo feruntur = BEeG P3. 4. 𝔙. 𝔈1. ... 𝔎 = *certo alveo fertur.* G P3. 𝔙𝔈1. = *Quod si ullam undam.* P4. = *Quod si nullam undam.*

3. *quia totum in se redit* = Ee. BE(s.m.) e(s.m.) GP4. 𝔙𝔈1. — *totum.* P3. Fortun. ci. 𝔈2. ... 𝔎 = *quod in se redit.* Ee = *in alternum recursus sunt.* de quo vide.

quicquid alteri perit = EsG P3. 𝔙 ... 𝔎. B Fort. P4. Anic. = *quicquid in altero perit.* G = *quicquid alte-*

constitutas examinat, ne portionum aequitate turbata mundus praeponderet. Omnia in omnibus sunt: non tantum aer in ignem transit, sed numquam sine igne est. Detrahe illi calorem: rigescet, stabit, durabitur. et transiet aer in humorem, sed
4 nihilominus non sine humore est. Et aera et aquam facit terra: sed non magis umquam sine aqua est quam sine aere. Et ideo facilior est inuicem transitus, quia illis in quae transeundum est iam mixta sunt. Habet ergo terra humorem: hunc exprimit.. habet aera: hunc umbra hiberni frigoris densat, ut faciat humorem. Ipsa quoque mutabilis est in humorem: natura sua utitur. XI. Quid ergo? inquis, si perpetuae sunt causae quibus flumina oriuntur ac fontes, quare aliquando siccantur, aliquando quibus non fuerunt locis exeunt? Saepe motu terrarum itinera turbantur et ruina interscindit cursus aquis quae retentae nouos exitus quaerunt et aliquo inpetum faciunt aut ipsius quassatione terrae aliunde alio transferuntur. Apud nos solet euenire, ut amisso canali suo flumina primum refundantur: deinde
2 quia perdiderunt uiam, faciunt. Hoc ait accidisse Theophrastus

ro peril. P3. + *Et natura partes causas suas.* e = *ne proportionum aeq. t.* B = *turbata aequitate.* B = *Non tantum in ignem aer transit.* G (cr.∾) Anic. P3. 𝔅𝔈1. = *sed nusquam sine igne est.* P3. = *Detrahe igitur caliditatem.* G = *colorem.* Ee = *rigescit.*

et transiet aer in humorem = Ee. BG P3. 4. 𝔅𝔈1. = *transiet aer in humorem* om. *et.* 𝔈2. . . . 𝔎 = .*Transit aer in humorem.* De hac forma *transiet* cf. Apul. M. VI, 19. 419. *ad istum caelestium siderum redies chorum.* et quae ibi laudat Hildebrand.

sine humore est = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 — *est*, quod haustum est a proximo *Et.*

4. 𝔅 = *et aera et aqua facit terram.* 𝔈1. = *et aer et aqua facit terram.* P3. — *umquam.*

est invicem transitus = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *invicem transitus est.* G = *in qua transeundum est.*

iam mixta sunt = Ee P3. 𝔅𝔈1. BG Fort. P4. Col. 𝔈2. . . . 𝔎 = *iam mixta est.* P3. — *terra* ante *humorem.* Col. = *in humorem natura sua vertitur.*

Cap. XI.

G = *Quid ergo inquit si* [𝔅 . . . 𝔊 =] *perpetui sunt amnes vel causae.* B = *et fontes.* G (m∾) — *ac fontes.*

quibus non fuerunt = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *quibus non fuere.*

interscindit cursus aquis = Ee P3. (P3. = *intercindit*). B = *inter se scindit cursum aquis.* B (s.m.) G P4. Col. Memm. Nicot. 𝔅 . . . 𝔊 𝔅2. = *interscindit cursum aquis.* 𝔐 . . . 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *interscindit aquas.* Fort. = *interscindit viam aquis.*

quae retentae novos exitus quaerunt = EeG 𝔐 . . . 𝔎. B = *quae resistentes novos ex. q.* Col. = *quae recentes novos exitus queritur.* P3. 4. 𝔅 . . . 𝔊 = *quae recentes et novos exitus q.* Anic. = *quae recedentes novos exitus q.*

et aliquo inpetum faciunt = E. BG haec omittunt. mG 𝔅 . . . 𝔎 = *et aliquo impetu faciunt.* B = *aliunde alio terras feruntur.*

solet evenire = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *evenire solet.* B — *primum* ante *refundantur.*

deinde, quia perdiderunt viam, faciunt. Hoc ait accidisse = Ee.

in Coryco monte in quo post terrarum tremorem noua uis fontium emersit. Sunt qui alias quoque causas interuenire opinantur quae euocent aquas aut a cursu suo deiciant et auertant. Fuit aliquando aquarum inops Haemus: sed cum Gallorum gens a Cassandro obsessa in illum se contulisset et siluas cecidisset, ingens aquarum copia adparuit quas uidelicet in alimentum suum nemora ducebant quibus euersis humor qui desiit in arbusta consumi superfusus est. Idem ait et circa Magnesiam accidisse. 3
Sed pace Theophrasti dixisse liceat, non est hoc ueri simile, quia fere aquosissima sunt quaecumque umbrosissima. quod non eueniret, si aquas arbusta siccarent quibus alimentum ex

B = *d. q. perdidere viam faciant. Hoc accidisse ait.* P3. = *viam faciant; ut ait accidisse Th.* G Memm. Nicot. 𝔐an 𝔊ro ... 𝔎 = *d. q. perdiderunt viam, faciant. Hoc accidisse ait Th.* P4. Col. = *viam faciunt. Hoc accidisse ait Th.* 𝔅 ... 𝔏4. = *d. q. ·perdiderunt viam, faciant hoc, quod* [𝔅 = *faciunt. hoc quod.* 𝔈1. = *faciunt hoc, quod*] *accidisse ait Th.*

2. BE mG = *in Corio monte.* G = *ancorico monte.* Col. = *Anchorico monte.* 𝔅 = *in autorico monte.* 𝔈1. = *in Auctorico monte.* P3. 4. Fortun ci. ∾. P3. — *tremorem* post *terrarum.* Col. = *in quo potius terrarum tremore.*

I. Itaque ut totum te inde abducam, quamuis multa habeat Sicilia in se circaque se mirabilia, omnes interim prouinciae tuae quaestiones praeteribo et in diuersum cogitationes tuas abstraham. Quaeram enim tecum id quod superiore libro distuli: Quid ita Nilus aestiuis mensibus abundat? cui Danubium similis naturae philosophi tradiderunt, quod et fontis ignoti et aestate
2 quam hieme maior sit. Utrumque adparuit falsum: nam et caput eius in Germania esse conperimus et aestate quidem incipit crescere, sed adhuc manente intra mensuram suam Nilo primis caloribus, cum sol uehementior intra extrema ueris niuis emollit quas ante consumit quam Nilus tumescere incipiat: reliquo uero aestatis minuitur et ad hibernam magnitudinem redit atque ex ea dimittitur. II. At Nilus ante ortus Caniculae augetur mediis aestibus ultra aequinoctium. Hunc nobilissimum amnium natura extulit ante humani generis oculos et ita disposuit, ut eo tempore inundaret Aegyptum quo maxime usta feruoribus terra

Cap. I.

Itaque ut totum te inde abducam Ee. G = *Itaque ut totam mente abducam.* Fort. P3. Col. 𝔅 ... 𝔖 𝔅2. ... 𝔎 = *Itaque ut totum mente abducam.* Pinc. ci. = *Itaque ut totum mihi te abducam.* P4. = *Itaque ut totam mentem abducam.* 𝔐 ... 𝔅1. = *Itaque ut te tota mente abducam.* G = *quamvis multa habuit* [s∾] *in se Sicilia circa se mirabilia.* G (m∾) — *praeteribo et in diversum cogitationes.* Etiam P4. „hic aliquot voces transiliit." P3. = *cogitationes tue.* Col. = *cogitationes suas.*

superiore libro = Ee. G 𝔅 ... 𝔎 = *libro superiore.*

Quid ita Nilus aestivis mensibus abundat? = EeG P3. 4. Col. 𝔅 ... 𝔎 = *Quid ita Nilus aestivis mensibus abundet*

cui Danubium similis naturae philosophi tradiderunt = E. G = *cui Danubium similem* [ortum hoc ex simil' ñ i. e. *similis naturae*] *philosophi tradiderunt.* mG 𝔈1. ... 𝔏4. = *Cui Danubium similem habere naturam philosophi tradiderunt.* Gr. 𝔅 = *cui Danubium similem naturam philosophi tradiderunt.* Fort. 𝔊ro ... 𝔎 = *Cui Danubium similem natura philosophi tradiderunt.* probat Grut. G (m∾) — *quam hieme . . .* [2.] *et aestate.*

2. P4. = *caput esse in Germania comperimus.* Grut. ci. = *caput eius in Germania comperimus.* sG = *quidam incipit crescere.*

intra extrema veris = E. G 𝔅 ... 𝔎 = *inter extrema veris.*

nivis emollit = E. G𝔅 ... 𝔎 = *nives emollit.*

quam Nilus tumescere incipiat = E. e = *quam Nilus intumescere incipiat.* G P4. Col. 𝔅 = *quam contumescere Nilus incipiat.* P3 = *tumescere* (de verborum ordine nil proditur). 𝔈1. ... 𝔎 = *quam intumescere Nilus incipiat.*

atque ex ea dimittitur = Ee Fort. P3. Col. 𝔈1. 2. 𝔅1. 𝔑u 𝔎. G Pinc. v. l. P4. 𝔅𝔊 ... 𝔊ro 𝔅2. = *atque ex ea demittitur.*

Cap. II.

ante ortus Caniculae = EeG. Gr. 𝔅 ... 𝔖 𝔊ro 𝔅2. ... 𝔎 = *ante ortum Caniculae.* 𝔐 ... 𝔏4. 𝔅1. = *ante exortum Caniculae.*

Hunc nobilissimum amnium = mG Trist. E = *Hunc nobilissimum animum.* sEG 𝔅 ... 𝔎 = *Hunc nobilissimum amnem.*

undas altius traheret tantum usura quantum siccitati annuae suf-
ficere possit. Nam in ea parte quae in Aethiopiam uergit aut
nulli imbres sunt aut rari et qui insuetam aquis coelestibus ter-
ram non adiuuent. Unam, ut scis, Aegyptus in hoc spem ha- 2
bet suam: proinde aut sterilis annus aut fertilis est, prout ille
magnus influxit aut parcior. Nemo aratorum adspicit coelum:
quare non cum poeta meo iocor et illi Ouidium suum inpingo?
qui ait,

Nec Pluuio supplicat herba Ioui.

Unde crescere incipiat si conprehendi posset, causae quoque in- 3
crementi inuenirentur: nunc uero magnas solitudines peruagatus
et in paludes diffusus, gentibus sparsus circa Philas primum ex
uago et errante colligitur. Philae insula est aspera et undique
praerupta: duobus in unum coituris amnibus cingitur qui Nilo
mutantur et eius nomen ferunt. urbem totam conplectitur. Ab
hac Nilus magnus magis quam uiolentus egressus Aethiopiam
arenasque per quas ad commercia Indici maris iter est praelabi-
tur. Excipiunt autem Cataractae, nobilis insigni spectaculo locus. 4
Ibi per arduas excisasque pluribus locis rupes Nilus exsurgit et

undas altius traheret = EeG Col. Anic. Scal. 𝔅. P3. (an 4?) = *undas alterius traheret.* P3. (an 4?) 𝔊1. ... 𝔎 = *undam altius traheret.*

tantum usura = EeG Gr. 𝔅𝔊1. (se = *vel hausura*). Fort = *tantum ausura.* Fortun. ci. 𝔊2. ... 𝔎 = *tantum hausura.* G(s∾) = *qua in Aethiopiam vergit.*

2. *spem habet suam* = Ee. G𝔅 ... 𝔎 = *spem suam habet.*

proinde aut sterilis annus = E 𝔐 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎. P3. = *quod inde sterilis annus.* G P4. Col. 𝔅 ... 𝔊 𝔅2. — *aut.* G(cr. ∾) = *aut apercior.*

Nemo aratorum adspicit coelum. Ruhk. haec verba esse Lucilii putat. Ee = *Quare nunc cum poeta meo iocor.* G = *Quare non* [s *cum*] *poeta in eo* [s *meo*] *iocor.* P3. 4. 𝔅 ... 𝔊 = *Quare non cum poeta in eo iocor.* 𝔐an = *Quare non cum poeta in ea re iocor.* Ee = *et illi Ovidianum suum impingo.*

Nec Pluvio supplicat herba Iovi. Tibull. I, 7, 16. G (s∾) Col. = *Nec pluvia.* Fort. P3. 𝔅 ... 𝔊 = *Nec pluvias.* P4. = *et pluvias.*

3. Apud E *incipiat* est in lit. G = *etiam in paludes.* sG = *et in gentibus sparsus.* e (s. m) = *Philae insula est aspersa.* Ee = *in unum comitibus amnibus.* quod velim examines.

urbem totam conplectitur. Ab hac Nilus = EeG(s. m) vet. cod. Ops. Scal. Tronc. GGr. 𝔅𝔊1. = *Urbem totam complectitur. Ad hanc Nilus.* Fort. 𝔊2. ... 𝔎 = *Urbem totam complectitur. Hanc Nilus* (𝔑u = *hanc Nilus,*). Fortun. ci. = *Urbs totam complectitur. Hanc Nilus.* Pinc. ci. = *Urbs eam totam complectitur. Hanc Nilus.* Koeler ci. = *Urbem totam complectitur haec. Nilus.* Id certe perspexit verbum *conplectitur* ad *insulam* referri.

per quas ad commercia Indici maris iter est = Ee. G 𝔅 ... 𝔎 = *per quas iter ad commercia Indici maris est.* G = *preliabitur.*

4. *Excipiunt autem Cataractae* = EeG P3. Col. 𝔅 ... 𝔊. mG + *Excipiunt autem eum cataractae.* P4. — *autem.* 𝔐 ... 𝔎 = *Excipiunt eum Cataractae.*

Nilus exsurgit = Ee. G 𝔅 ... 𝔎 = *Nilus insurgit.*

uires suas concitat. Frangitur enim occurrentibus saxis et per
angusta reluctatus, ubicumque uincit aut uincitur, fluctuat et
illic primum excitatis aquis quas sine tumultu leni alueo duxerat
uiolentus et torrens per malignos transitus prosilit dissimilis sibi:
5 quippe ad id lutosus et turbidus fluit. At ubi scopulos cautium
uerberauit spumat et illi non ex natura sua, sed ex iniuria loci
color est. tandemque eluctatus obstantia in uastam altitudinem
subito destitutus cadit cum ingenti circumiacentium regionum
strepitu. quem perferre gens ibi a Persis collocata non potuit
obtusis adsiduo fragore auribus et ob hoc sedibus ad quietiora
translatis. Inter miracula fluminis incredibilem incolarum auda-
ciam accepi. Bini paruula nauigia conscendunt quorum alter
6 nauem regit, alter exhaurit. deinde multum inter rapidam in-
saniam Nili et reciprocos quidem fluctus uolutati tandem tenuis-
simos canales tenent per quos angusta rupium effugiunt et cum
toto flumine effusi nauigium ruens manu temperant magnoque
spectantium metu in caput missi, cum iam adploraueris mersos-

et per angusta reluctatus = Ee. Gr. 𝔅 ... 𝔖 = *et per angusta* [𝔈1. ... 𝔖 = *angustias*] *eluctatur.* G 𝔐 ... 𝔎 = *et per angusta eluctatus.*

et illic primum excitatis aquis = Ee. G 𝔅 ... 𝔎 = *et illic excitatis primum aquis.* G 𝔅𝔈1. = *levi alveo.* Ee = *violentus et torrens per malignos transilitus prosilit.* G Col. 𝔅𝔈1. = *violentus et per malignos transitus torrens prosilit.* P3. = *violentos et torrens per malignos transilitur prosilit.* P4. = *violentos et per malignos transitus torrens prosilit.*

5. *At ubi scopulos cautium verberavit* = G (s.m.). E = *At ubi scopulos cancrū* [vel *cantrū*] *verberavit.* e + *At ubi in scopulos cautium verberavit.* Fort. 𝔈2. ... 𝔖 = *At ubi in scopulos cautium intravit.* G = *At ubi in scopulos cautius verberavit.* P3. = *Ubi in scopulos cautium liberavit spumas* om. *At.* P4. Col. = *At ubi in scopulos cautius liberavit spumas.* 𝔅𝔈1. = *At ubi in scopulos cautius* [m𝔈1. = *cautium*] *libravit* (𝔅 = *spuant*). Grut. ci. 𝔅2. = *At ubi in scopulos cautium libravit.* 𝔐 ... 𝔅1. = *At ubi scopulos verberavit* om. *cautium.* Gron. ci. = *At ubi scopulorum fauces liberavit.* 𝔑u 𝔎 = *At ubi in scopulos faucium intravit.* Pinc. ci. = *At ubi in scopulos arctius intravit.* Mihi quidem olim in mentem venit: [m𝔈1. =] *At ubi in* [vel *inter*] *scopulos cautium vibravit.* G 𝔅 ... 𝔖 = *Tandem eluctatus* om. *que.* G (cr. ∾) = *obstantiam.* sG = *destitutis.* G (cr. ∾) = *strepitum quem proferre.*

gens ibi a Persis collocata = E mG m𝔈2. 𝔐 ... 𝔅2. G Gr. 𝔅 ... 𝔖 𝔑u 𝔎 = *gens ibi asperis collocata.* G (cr. ∾) = *assiduo frangere.* 𝔅 = *assidue frangere auribus.* 𝔈1. = *assidue frangitur auribus.* G (cr. ∾) Fort. Gr. 𝔈1. 𝔑u𝔎 = *ad quietiora translati sunt.* 𝔅 = *ad aequietiora translati sunt.* E Fortun. ci. ∾. Idem Fortun. ci. = *ad quietiora translati sunt* sine *sedibus.*

6. Ee — *multum* ante *inter rapidam insaniam.*

et reciprocos quidem fluctus = Ee. G𝔅 ... 𝔎 — *quidem.* G(cr. ∾) = *angusta rupium fugiunt.* e = *temperat.* G (cr. ∾) = *magnosque spectantium.* P3. + *spectantium metu vel motu.*

in caput missi = EG Gr. 𝔅 ... 𝔖 𝔅2. probat Lud. Ianus. 𝔐 ... 𝔅1.

que atque obrutos tanta mole credideris, longe ab eo in quem
ceciderunt loco nauigant tormenti modo missi. nec mergit ca-
dens unda, sed planis aquis tradit. Primum incrementum Nili 7
circa insulam quam modo retuli, Philas, nascitur. Exiguo ab
hac spatio petra diuiditur: Ἄβατον Graeci uocant nec illam ulli
nisi antistites calcant. illa primum saxa auctum fluminis sen-
tiunt. Post spatium deinde magnum duo emicant scopuli: *Nili
uenas* uocant incolae. ex quibus magna uis funditur, non ta-
men quanta operire posset Aegyptum. In haec ora stipem sa-
cerdotes et aurea dona praefecti, cum sollemne uenit sacrum,
iaciunt. Hinc iam manifestus nouarum uirium Nilus alto ac 8
profundo alueo fertur, ne in latitudinem excedat, obiectu mon-
tium pressus. Circa Memphim demum liber et per campestria
uagus in plura scinditur flumina manuque canalibus factis, ut sit
modus in deriuantium potestate, per totam discurrit Aegyptum.
Initio diducitur, deinde continuatis aquis in faciem lati ac turbidi
maris stagnat: cursum illi uiolentiamque eripit latitudo regionum
in quas extenditur dextra laeuaque totam amplexus Aegyptum.
Quantum creuit Nilus, tantum spei in annum est. nec conpu- 9
tatio fallit agricolam: adeo ad mensuram fluminis respondet
quam fertilem facit Nilus. Is arenoso et sitienti solo et aquam

𝔑u 𝔎 = *in caput nixi.* Koeler ci. — *missi.* e = *mersos* om. *que.*

in quem ceciderunt = EeG 𝔅𝔈1. 𝔈2. ... 𝔎 = *in quem ceciderant.* Lud. Ianus ci. = *tormenti missilis.* Ee + *nec mergit cadens illos unda.*

7. *circa insulam quam modo retuli, Philas, nascitur* = Ee Fort. Gr. 𝔅 ... 𝔈2. 𝔅2. Pinc. ci. 𝔈 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *circa insulam quam modo retuli Philas noscitur.* mG = *circa i. q. m. r. Philas visitur.* Ee 𝔅 = *Exiguo ob hoc spatio.* G 𝔈1. 2. = *Exiguo ab hoc spacio.* Pinc. ci. ∾. G (m∾) 𝔅𝔈1. = *terra dividitur.* G 𝔅 = *Abaton Graeci vocant.* 𝔈1. = *Abacton Graeci vocant.* P4. = *abacti Graeci vocant.* G (cr. ∾) = *illa primum saxum auctum fluminis sentiunt.* Pinc. v. l. Col. 𝔅𝔈1. = *illa primum saxum actu* [Col. 𝔈1. = *auctu*] *fluminis sentiunt.* Pinc. ci. = *Illud primo saxum auctum fluminis sentit.* P4. = *illa primum saxum aucti fluminis sentiunt.*

Post spatium deinde magnum = Ee. G𝔅 . . . 𝔎 = *Post magnum deinde spatium.*

duo emicant scopuli = Ee. G 𝔅 ... 𝔎 = *duo eminent scopuli.* E = *quanta operire possit oriri. In haec.* e = *quanta operiri possit oriri. In haec.* G (cr. ∾) = *quanta operire possent Aegyptum.* 𝔅 = *quanta perire possct aegyptum.* [𝔈1. =] *In hac ora.* Col. = *In hoc ora.* 𝔈1. = *stirpem sacerdotes.* Ee — *praefecti.*

8. *ne in latitudinem excedat* = ci. Fortun. 𝔈2. . . . 𝔎. EeG Fort. Gr. 𝔅𝔈1. = *ne in altitudinem excedat.* G (cr. ∾) = *obictu montium.* E = *Circa Memphim deinde liber.* G (m∾) — *deinde continuatis.* 𝔅 ... 𝔊 = *in faciem laci ac turbidi maris.* Ec + *cursumque illi violentiamque.*

9. G (m∾) = *Quantum circuit Nilus.* G = *Is aneroso et sitienti solo.*

inducit et terram. Nam cum turbulentus fluat, omnem in siccis et hiantibus locis faecem relinquit et quicquid pingue tulit secum arentibus locis adlinit iuuatque agros duabus ex causis, et quod inundat et quod oblimat. Itaque quicquid non adiuuit
10 sterile ac squalidum iacet. Si creuit super debitum, nocuit. Mira itaque natura fluminis, quod cum ceteri amnes abluant terras et euiscerent, Nilus tanto ceteris maior adeo nihil exedit nec abradit, ut contra adiciat uires nimiumque in eo sit quod solum temperat. Inlato enim limo arenas saturat et iungit debetque illi Aegyptus non tantum fertilitatem terrarum, sed ipsas. Illa fa-
11 cies pulcherrima est, cum iam se in agros Nilus ingessit. Latent campi opertaeque sunt ualles. oppida insularum modo exstant. Nullum in mediterraneis nisi per nauigia commercium est: maior est laetitia gentibus quo minus terrarum suarum uident. Sic quoque cum se ripis continet Nilus, per septena ostia in mare emittitur, quodcumque elegeris ex his mare est: multos nihilominus ignobiles ramos in aliud atque aliud litus porrigit. Ceterum beluas marinis uel magnitudine uel noxa pares educat.

EeG𝔅 = *Nam cum turbulentus fiat.* *siccis et hiantibus locis* = Ee. G 𝔅 ... 𝔎 = *siccis atque hiantibus locis.* G = *faecem reliquit.*

pingue tulit secum = Ee. G𝔅 ... 𝔎 = *pingue secum tulit.* P3. 𝔅 ... 𝔈2. = *arentibus locis illinit.* EG Pinc. v. l. P4. Col. ∾.

et quod oblimat = P4. Col. ci. Fortun. 𝔈2. ... 𝔎. Ee = *et quod oblinat.* G 𝔅𝔈1. = *et quod obliniat.* P3. = *et quod abluit.*

Itaque quicquid non adiuvit = EeG 𝔅. 𝔈1. = *Ita quicquid non adiuvit.* m𝔈1. 𝔈2. ... 𝔎 = *Ita quidquid non adiit.*

10. *Mira itaque natura fluminis* = Ee 𝔅 ... 𝔊. G = *Maria itaque natura fluminis.* 𝔐 ... 𝔎 = *Mira aeque natura fluminis.* G Pinc. v. l. Col. = *cum ceteri amnes ambulant terras.* Pinc. ci. = *cum ceteri amnes ambedant terras.* E P3. 4. 𝔅 ∾. e = *ceteris maior nil exedit* om. *adeo.* G = *Nilus tantum* [cr. ∾] *ceteris maior adeo nihil* [m *nil*] *excedit et abradit ut circa* (s ∾). Col. 𝔈𝔊 = *adeo nihil excedit* 𝔅𝔈1. = *adeo nihil edit.* E Fort. P3. 4. ∾.

nimiumque in eo sit quod solum temperat = EeG 𝔅. 𝔈1. = *nimiumque in eo sit quod solum temperet.* P3. Col. certe = *nimiumque in eo sit.* Fort. P4. = *minimumque in eo sit.* 𝔈2. ... 𝔎 = *minimumque in eo sit quod solum temperet.* Fortun. ci. m𝔈2. = *arenas saturat ac inungit.* G𝔅 ... 𝔎 = *saturat ac iungit.* Schott. ci. = *arenas saturat ac tingit.* refutatur a Gron. Ee ∾. G (m∾) = *non tantum sterilitatem terrarum.* G(s∾) — *est* post *pulcherrima.*

11. e = *oppida modo insularum extant.* G (m∾) Gr. 𝔅 = *oppida insularum modo expectant.*

maior est laetitia = Ee. 𝔅 ... 𝔎 + *Maiorque est laetitia.* Ee = *multos Nilo minus ignobiles.* E = *in aliud adque litus porrigit.* eG = *in aliud aquae* [G = *aque*] *litus porrigit.* P3. 4. = *in alium aquae littus porrigit.* Col. = *in aliud littus aquae porrigit.* 𝔅 = *in alia aq̄ aliud aq̄ littus porrigit.* G Gr. 𝔅𝔈1. = *beluas marinas.* E Fortun. ci. ∾. sG P3. = *vel noxia pares.* P4. Col. = *partes* [= G] *educit.*

Et ex eo quantus sit aestimari potest, quod ingentia animalia et 12
pabulo sufficienti et ad uagandum loco continet. Balbillus uir
optimus profectusque in omni literarum genere rarissimi auctor
est, cum ipse praefectus obtineret Aegyptum, Heracleotico ostio
Nili quod est maximum spectaculo sibi fuisse delphinorum a mari
concurrentium et crocodilorum a flumine aduersum agmen agen-
tium uelut pro partibus proelium: crocodilos ab animalibus pla- 13
cidis morsuque innoxiis uictos. His superior pars corporis dura
et inpenetrabilis est etiam maiorum animalium dentibus, at in-
ferior mollis ac tenera: hanc delphini spinis quas dorso eminen-
tes gerunt submersi uolnerabant et in aduersum enisi diuidebant.
Recisis hoc modo pluribus ceteri uelut acie uersa refugerunt. 14
Fugax animal audaci, audacissimum timido. Nec illos Tenty-
ritae generis aut sanguinis proprietate superant, sed contemptu
et temeritate. Ultro enim insequuntur fugientesque iniecto tra-
hunt laqueo plurimique pereunt quibus minus praesens animus
ad persequendum fuit. Nilum aliquando marinam aquam detu-
lisse Theophrastus est auctor. Biennio continuo, regnante Cleo- 15

12. P3. — *sit* post *quantus*. 𝔅𝔈1. = *ad navigandum loco continet.*

Balbillus = Memm. ci. Lips. (ad Tac. A. XIII, 22.) 𝔊ro ... 𝔎. Ee G Gr. 𝔅 ... 𝔏4. = *Babillus.*

vir optimus profectusque in omni literarum genere rarissimi, auctor est = Ee. G = *virorum optimus perfectusque in omni literarum genere rarissime auctor est.* 𝔅 ... 𝔈 = *virorum optimus, perfectusque* [= Gr. Memm.] *in omni litterarum genere, rarissimus auctor est.* 𝔊 = *virorum optimus, praefectusque in omni litterarum genere rarissimus, auctor est.* 𝔐 ... 𝔎 = *virorum optimus, in omni litterarum genere rarissimus, auctor est.* EG = *optineret.* E = *Heracliotico ostio.* quod non minus probum quam alterum. G = *heradiitio* [s *heradeothico*] *ostio.* P3. 𝔅 ... 𝔈2. = *Heraclitio ostio.* P4. = *Heraduccio ostio.* Col. = *heraducio ostio.* Pinc. v. l. = *Heraclutio ostio.* Pinc. ci. ∾. Ee G(u.) 𝔅 + *ex spectaculo sibi fuisse.* de quo vide.

a mari concurrentium = EeG Gr. Anic. Scal. Rom. 𝔐an 𝔅2. sG 𝔅 ... 𝔅1. (exc. 𝔐an) 𝔑u 𝔎 = *a mari occurrentium.* Ee = *et cocodrillorum.* Ee = *a flumine aversum agmen agentium.* Fortun. quondam ci. = *velut praeparantibus praelium.* ipse postea reprobavit. 𝔅𝔈1. (m∾) = *valde properantibus praelium.*

13. E = *cocodrillos.* G (s∾) — *est* post *inpenetrabilis.* G(s∾) = *vulnerabunt.*

in adversum enisi = Ee Tronc. ci. Grut. G P4. Col. 𝔅 ... 𝔊 = *in adversum emersi.* Fort. P3. m𝔈2. = *in adversum emissi.* 𝔐 ... 𝔎 = *in adversum enixi.*

14. Ee = *Recissis hoc modo.* G = *Rescissis hoc modo.* mG = *resticis hoc modo.* G (s∾) = *acie versa fugerunt.* G — *audaci* post *animal.* E = *Nec illos tanti rite generis* e = *Nec illos Tantiritae generis.* G Fort. P3. 4. 𝔅𝔈1. = *Nec illos tincturae generis.* Col. = *Haec illos tincturae generis.* Fortun. ci. ∾. G (s∾) = *proprietate separatur.*

plurimique pereunt = Ee. G 𝔅 ... 𝔎 = *plerique pereunt.*

15. 𝔅𝔈1. = *regnante Cleopatra non*

patra non adscendisse, decimo regni anno et undecimo, constat. Significatam aiunt duobus rerum potientibus defectionem: Antonii enim et Cleopatrae defecit imperium. Per nouem annos non adscendisse Nilum superioribus seculis Callimachus est auctor.
16 Sed nunc ad inspiciendas causas propter quas aestate Nilus crescat accedam et ab antiquissimis incipiam. Anaxagoras ait *ex Aethiopiae iugis solutas niues ad Nilum usque decurrere.* In eadem opinione omnis uetustas fuit. hoc Aeschylus, So-
17 phocles, Euripides tradunt. Sed falsum esse pluribus argumentis patet. Primo Aethiopiam feruentissimam esse indicat hominum color adustus et Troglodytae quibus subterraneae domus sunt. Saxa uelut igni feruescunt, non tantum medio, sed inclinato quoque die. ardens puluis nec humani uestigii patiens. argentum replumbatur. signorum coagmenta soluuntur. nullum
18 materiae superadornatae manet operimentum. Auster quoque qui ex illo tractu uenit uentus calidissimus est. nullum ex his animalibus quae latent bruma umquam reconditur et per hiemes in summo et aperto serpens est. Alexandria quoque longe ab inmodicis caloribus posita est: niues non cadunt. superiora pluuia carent. Quemadmodum ergo regio tantis subiecta feruo-

descendisse. Grut. ci. = *non escendisse.* Sed EG Fort. Gr. ∾. G(m∾) = *significativa autem duobus rerum potientibus.*

et Cleopatrae defecit = Ee. G = *Cleopatraeque defecitque.* 𝔅 . . . 𝔎 = *Cleopatraeque defecit.*

16. G = *Sed nunc ad incipiendas causas.* sG = *et ab antiquissimo.* Fort. = *omnis vetusta aetas fuit.* EG Gr. 𝔅 ∾. G = *Aeschinus Sophodes Euripedes* [hoc s ∾] *tradebant.* E = *Eripides.* Col. 𝔅 . . . 𝔊 = *Euripides tradebant* (Fortun. ci. m𝔈2. = *credebant*). P4. = *tradebat.* Fort. P3. = *tractabant.*

17. *pluribus argumentis patet* = Ee. G𝔅 . . . 𝔎 = *argumentis plurimis.*

color adustus = Ee. G𝔅 . . . 𝔎 = *adustus color.* EG = *et tragoditae.* 𝔅 = *et tragotidae.* G𝔅𝔈1. = *velut igne fervescunt.* G(m∾) = *signorum argumenta solvuntur.* Fort. P3. = *materiae superadoratae.* Fortun. ci. = *sevo* vel *sepo adornatae.* EG P4. Col. 𝔅 ∾.

18. *ventus calidissimus est* = Ee G Fort. P4. Col. 𝔅 . . . 𝔊. P3. — *ventus.* probat Grut. mG Bong. 𝔐 . . . 𝔎 = *ventorum calidissimus est.*

et per hiemes = Ee. G𝔅 = *etiam per hiemes.* 𝔈1. . . . 𝔎 = *Etiam per hiemem.*

Alexandria quoque longe ab inmodicis caloribus posita est: nives non cadunt. superiora pluvia carent = Ee G. sG + *non longe ab immodicis.* 𝔅𝔈1. + *Alexandria quoque longe ab huiusmodi immodicis caloribus posita est* (𝔈1. = *est posita*) ∾. Fortun. ci. 𝔈2. . . . 𝔅2. = *Alexandriae quoque, quae longe ab huiusmodi immodicis caloribus est posita, nives non cadunt: superiora etiam pluvia carent.* 𝔑u = *Alexandria quoque longe ab huiusmodi immodicis caloribus est posita* ∾. 𝔎 = *Alexandriaeque, quae longe ab huiusmodi immodicis caloribus est posita* ∾. Etiam Gr. = *Alexandria longe et superiora pluvia carent.* Fort. = *Quomodo ergo regio.*

ribus duraturas per totam aestatem niues recepit? quas sane 19
aliqui montes illic quoque excipiant: numquid magis quam Alpes, quam Thraciae iuga, quam Caucasus? atqui horum montium flumina uere et prima aestate intumescunt, deinde hibernis minora sunt: quippe uernis temporibus imbres niuem diluunt, reliquias eius primus calor dissoluit. Nec Rhenus nec Rhodanus nec Ister ei subiacent: modo aestate proueniunt. et illis in Septemtrionibus altissimae iugiter sunt niues. Phasis quoque 20
proinde tempore et Borysthenes crescerent, ut niues possent

nives recepit = Ee sG 𝔅𝔈1. G 𝔈2. ... 𝔎 = *nives recipit?*

19. *numquid magis quam Alpes, quam Thraciae iuga, quam Caucasus* = E. Vet. cod. Ops. = *non quod magis quam Alpes.* e = *numquam magis* ∾. Grut. ci. = *numquamne magis quam Alpes.* G 𝔑u𝔎 = *numquam magis quam Alpes, quam Thraciae iuga aut Caucasus.* 𝔅𝔈1. = *numquam magis Alpes quam Thraciae iuga aut Caucasus.* 𝔖 ... 𝔏4. = *numquam tamen magis quam Thraciae iuga aut Caucasus* om. *quam Alpes* contra mstos etiam Fort. Gr. Anic. Scal. Tronc. Rom. Gron. ci. = *quippe vernis teporibus.* P3. = *quippe vernis* [c. III, 1.] *grandinem hoc modo fieri* rell. om. P4. = *imbres nivem dissolvunt.* G𝔅 = *reliquas eius.*

primus calor dissolvit = Ee. G𝔅 ... 𝔎 = *primus* [𝔅 = *prius*] *calor* [G = *color*] *dissipat.*

Nec Rhenus nec Rhodanus nec Ister ei subiacent: modo aestate proveniunt. et illis in Septemtrionibus altissimae iugiter sunt nives. Ita scripsi locum valde corruptum, ut quam proxime accederem ad E libri praestantissimi scripturam. Ee = *Nec Rhenus nec Rodanus nec Hister nec ei Ystrus subiacent. Molo aestate proveniunt. Et illis in Septentrionibus altissimae iugiter sunt nives.* Illud *Ystrus* pro varia scriptura primo appictum est nomini *Ister* vel *Hister:* deinde iunctum cum Pronomine *ei* (quod refertur ad *calorem*, sicut supra *subiecta fervoribus* legitur) abiit in aliud fluminis nomen *Caystrus*, quem cum *Rheno, Rhodano, Istro* recte componi non posse docuit Ruhk. G = *Nec Renus nec Rodanus nec Ister nec Caystrus subiacent Nilo.* [s.m. *quia*] *aestate proveniunt. et illis altissimae Septentrionibus iugiter sunt nives.* Fort. = *nec Ister nec Caystrus subiacent malo aestate. Sunt et illis altissimae in Sep. iugiter nives.* P4. = *nec Ister nec Caystrus subiacent malo. Aestate proveniunt, et illis altissimae in Sep. iugis nives sunt.* Col. = *nec Ister nec Caystrus subiacent malo. Aestate proveniunt, et illis altissimae in septentrionibus iugiter sunt nives.* 𝔅 = *Nec renus: nec rhodanus* [sp. vc. octo fere litterarum] *nec caistrus subiacent malo. Aestate proveniunt: et illis altissima in septentrionibus iugiter sunt flumina possent* rell. om. 𝔈1. = *Nec Rhenus, nec Rhodanus, nec Caystrus subiacent malo. Aestate proveniunt, et illis altissimae in septentrionalibus iugis nives sunt.* Fortun. ci. = *Nec Rhenus, nec Rhodanus, nec Ister nec Caystrus subiacent malo aestate. Altissimae sunt et in illis Septentrionalibus iugis nives* [= 𝔈2. ... 𝔖] vel *Altissimae sunt et in Sept. iugiter nives.* 𝔐 ... 𝔅1. 𝔑u𝔎 = *Nec Rhenus, nec Rhodanus, nec Ister, nec Caystrus subiacent malo: aestate proveniunt. Altissimae sunt et in illis Septentrionalibus iugis nives.* 𝔅2. = *Nec Rhenus, nec Rhodanus, nec Ister, nec Caystrus subiacent malo; aestate proveniunt: et illis altissimae in septemtrionalibus iugis nives sunt.* Koeler ci. = *nec Ister nec Hebrus subiacentes malo* aut *aestate enim, qua proveniunt* et *etsi altissimae:* ipse tamen defendit vulgatam scripturam *nec Caystrus.*

20. *Phasis quoque proinde tem-*

flumina contra aestatem magna producere. Praeterea si haec causa adtolleret Nilum, aestate prima plenissimus flueret: tunc enim maximae et integrae adhuc niues ex mollissimoque tabes est. Nilus autem per menses quatuor liquitur et illi aequalis ac-
21 cessio est. Si Thaleti credis, *Etesiae discedenti Nilo resistunt et cursus eius acto contra ostia mari sustinent: ita reuerberatus in se recurrit nec crescit, sed exitu prohibitus resistit et quacumque mox potuit inconcessus erumpit.* Euthymenes Massiliensis testimonium dicit: *Nauigaui,* inquit, *Atlanticum mare unde Nilus fluit, maior quamdiu Etesiae tempus obseruant: tunc enim eicitur mare instantibus uen-*
22 *tis. cum resederint, et pelagus conquiescit minorque de-*

pore et Borgsthenes crescerent, ut nives possent flumina contra aestatem magna producere. Ita rursus scribendum duco ex codicis E vestigiis. Ee = *Phasis quoque proinde* [e = *primum.* sed compendio scribit *piñ,* unde error ortus] *tempore et horis tenes crescerent ut nives possent flumina* ∾. G P4. Col. 𝔅 = *nives flumina possent contra aestatem magna producere* rell. om. Causa est in voce *nives,* in quam utrumque enuntiatum desinit. 𝔈1. = *Phasis quoque per Indiae campos, oras tenens cresceret, si nives flumina possent contra* ∾. Fort. = *Phasis quoque per Indiae tempus et oris tenus cresceret, si nives.* Fortun. ci. 𝔈2. ... 𝔊 = *Phasis quoque per id tempus, eas oras tenens, cresceret, si nives flumina possent* ∾. 𝔐 . . . 𝔎 = *Phasis quoque per id tempus et Borysthenes cresceret, si nives flumina possent* ∾. Bong. in msto quodam legit *et Borystenes.* G (cr. ∾) = *Praeterea si haec ea attollent Nilum.* P4. = *si haec ea attollerent nisum.* Col. = *si ea haec attollerent Nilum.* 𝔅𝔈1. = *si haec eadem attollerent nilum.* P4. Col. = *plenissimus effueret.* Ee = *Tunc enim maxime integrae adhuc nives ex moles fimo quae tabes est.* sub quibus quae lateant, examina. Col. = *ex mollissimo tabes est* om. *que.* Pinc. ci. = *maximae et integrae adhuc nivis.* G P4. 𝔅 ∾. Ee = *et illi qualis accessio est.*

21. *discedenti Nilo resistunt* = E 𝔐 . . . 𝔅1. e = *discedente Nilo resistunt.* G = *etesiae descendant. Nilo resistunt.* G (s.m.) P4. Col. = *etesiae discedent. Nilo resistunt.* G = *etesiae descendant. Nilo resistunt.* 𝔅 = *aethesiae descendent: nili resistunt.* 𝔈1. = *etesiae descendentes Nilo resistunt.* Fort. Rom. Scal. 𝔈2. ... 𝔊 𝔅2. ... 𝔎 = *descendenti Nilo resistunt.* EeG 𝔅 = *et cursus* [G s.m. = *cursu*] *eius acto contra ostia maris* [G s.m. = *mari*] *sustinent* (𝔅 = *sustinet*). 𝔈1. = *et cursus eius actus contra ostia maris sustinet.* Fort. ∾. Ee = *in reverberatus in se recurrit.* G (m∾) = *ita revertitur in se recurrit.* G (s∾) 𝔅 ... 𝔊 = *non crescit.*

et quacumque mox potuit inconcessus erumpit = E Fort. 𝔈2. ... 𝔎. G P4. Col. 𝔅𝔈1. = *et quocunque* [P4. = *quacunque*] *mox potuit incontextus erumpit.* m𝔍u = *inconcussus erumpit.* E = *Euchimenes Massiliensis.* G = *Euchinmenes Massiliensis.* P4. = *Enchimenes M.* Col. = *Ensimenes M.* 𝔅 ... 𝔈2. = *Eudimenes Mass.* (𝔅 = *in assiliensis*). Pinc. v. l. ∾. 𝔅 = *Navigavit inquit.* EeG𝔅 = *Athalanticum mare.*

unde Nilus fluit = Ee Wirceb. probat Lud. Ianus. G P4. Col. 𝔅 ... 𝔎 = *Inde Nilus fluit.* Fort. = *ubi Nilus fluit.*

22. e = *cum resederit pelagus conquiescit.* G = *cum resederet* [s m. *resederit*] *et pelagus conquiescit.* P4.

scendenti inde uis Nilo est. Ceterum dulcis mari sapor est et similes Niloticis beluae. Quare ergo, si Nilum Etesiae prouocant, et ante illos incipit incrementum eius et post eos durat? Praeterea non fit maior quo illi flauere uehementius nec remittitur incitaturque, prout illis inpetus fuit: quod fieret, si illorum uiribus cresceret. Quid, quod Etesiae litus Aegyptium 23
uerberant et contra illos Nilus descendit, inde uenturus unde illi, si origo ab illis esset? Praeterea ex mari purus et caeruleus efflueret, non ut nunc turbidus uenit. Adde, quod testimonium eius testium turba coarguitur. Tunc erat mendacio locus, cum ignota essent externa: licebat illis fabulas mittere. Nunc uero tota exteri maris ora mercatorum nauibus stringitur quorum nemo narrat nunc caeruleum Nilum aut mare saporis alterius. quod 24
et natura credi uetat, quia dulcissimum quodque et leuissimum sol trahit. Praeterea quare hieme non crescit? et tunc potest uentis concitari mare, aliquando quidem maioribus: nam Etesiae temperati sunt. Quod si e mari ferretur Atlantico, semel opple-

= *cum resederit et pel. conquiescit.* Col. = *cum residerit et pel. conq.* 𝔅 = *cum residerint in pelagus conquiescit.* 𝔈1. = *cum residerint in pelagus, conquiescit.*

descendenti inde vis Nilo est = G Fort. P4. Col. 𝔅𝔈1. 𝔅2. ... 𝔎. E = *descendentis videmus Nilo est.* e = *descendentis indeuius Nilo est.*

dulcis mari sapor est = Ee. G 𝔅 ... 𝔎 = *maris sapor est.* P4. = *et similes in locis belires.* Col. = *et similes Nilotes beluae.* Ee = *si Nilum Etesiae provocante tante illos.* P4. Col. = *et ante illas.* G (s∾) P4. Col. 𝔅𝔈1. = *et post eas durat.* G = *Praeterea non fit quod illi favere vehementius.* Ee = *favere vehementius.* P4. Col. 𝔅𝔈1. = *Praeterea non sit quo illi favere vehementius.* 𝔈2. ... 𝔖 = *Praeterea non sit maior.* E = *incitatusque.*

23. Ee = *Quid quod Esiae lutus Aegyptum verberant.* G = *Quid quod Esiae littus verberant.* P4. Col. 𝔅𝔈1. — *Aegyptium* (𝔅 = *quicquid*). Fort. 𝔈2. ... 𝔖 = *littus Aegypti verberant.* Fortasse scribendum erat: *Quid, quod Etesiae Aegyptum verberant.* P4. = *et contra illas Nilus descendit.* Col. = *et extra illa Nilus d. Ee = inde venturus unde illis origo ab illis esset* (E prius = *venit* pro *esset*). 𝔅 = *inde venturus unde si origo ab illis esset.* Ee = *purus et caeruleus affluerct.* P4. = *effluerct, veniunt, nunc turbidus venit.* Col. = *ne ut nunc turbidus venit.* Fort. *non, ut nunc, turbidus veniret.* Ee G Fort. P4. Col. 𝔅 = *Age quod testimonium.* Col. = *testium turba tangitur.* Fort. + *cum ignota essent externa litora.* probat Fortun. Ee sG 𝔅 ... 𝔖 = *Libebat illis fabulas mittere.* G = *Libeat illis fabulas mittere.* 𝔅𝔈1. = *tota extremi maris ora.* Ee = *quorum nemo narrat nũtiũ Nili aut mare.* G Col. 𝔅 = *quorum nemo narrat nuncium Nilum aut mare.* Fort. = *quorum nemo narrat nunc zeum Nili aut mare.* P4. = *quorum nemo narrat nuncaum Nilum aut m.* 𝔈1. = *quorum nemo narrat Mintium, Nilum, aut mare.* Fortun. ci. ∾.

24. EeG P4. Col. 𝔅𝔈1. = *quam natura credi vetat.* Fort. ∾. G (u.) + *quia ad dulcissimum quodque.* Ee G Fort. P4. Col. 𝔅𝔈1. = *quare hieme non crescunt.* Fortun. ci. ∾. G = *aliquando quidem.* e = *semper oppleret Aegyptum.* G = *semel op-*

25 ret Aegyptum: at nunc per gradus crescit. Oenopides Chius ait *hieme calorem sub terris contineri. ideo et specus calidos esse et tepidiorem puteis aquam: itaque uenas interno calore siccari.* Sed in aliis terris augentur flumina imbribus. *Nilum, quia nullo imbre adiuuetur, tenuari, deinde crescere per aestatem quo tempore frigent interiora terrarum et*
26 *redit rigor fontibus.* Quod si uerum esset, aestate flumina crescerent omnesque putei aestate abundarent. Deinde calorem hieme sub terris esse maiorem? aqua et specus et putei tepent, quia aera rigentem extrinsecus non recipiunt. Ita non calorem habent, sed frigus excludunt. Ex eadem causa aestate frigescunt,
27 quia illo remotus seductusque aer calefactus non peruenit. Diogenes Apolloniates ait: *Sol humorem ad se rapit: hunc adsiccata tellus ex mari ducit cum ceteris aquis. Fieri au-*

pelleret Aegyptum. Col. = *semel opelleret Aeg.* P4. = *semel oppolleret Aeg.* 𝔅𝔈1. = *semel popu let Aegyptum* (m𝔈1. = *opplet*). E Fort. ∾.

25. 𝔅 = *Genopide schius ait hyemem caloris sub terris.* 𝔈1. = *Genopidechius ait hyeme.* EesG Col. = *et specus cavosos esse.* G = *cavosus esse.* P4. = *specus canosos esse.* 𝔅 ∾. Ee = *et tepidiorem puteis quam.*

flumina imbribus = Ee. G P4. Col. 𝔅𝔈1. = *augent* [𝔈2. . . . 𝔎 =] *imbribus flumina.* Koeler ci. = *fac ut in aliis terris augentur imbribus flumina, Nilum tenuari:* idem putat verba *ut in aliis terris augentur imbribus flumina* commodiorem locum habitura post *adiuvetur.* porro idem ci. + *Sed ut in aliis terris . . . Nilum*, ut sint verba Oenopidae. Sed 𝔎 ita distinxit hunc locum, ut verba *Sed in aliis . . . flumina* referantur ad Senecam, Oenopidae respondentem. G (n.) P4. Col. 𝔅𝔈1. = *flumina Nilum: et quia.* Schottus ci. = *et redit vigor fontibus.* refutatur a Gron.

26. E = *flumina crescerent, omnes putei tepent, quia* rell. om. de quo vide. e = *omnes putei aestate abundarent* om. tantum *que.* G (m∾) — *flumina crescerent omnesque putei aestate* (mG = *omnisque*). P4. Col. 𝔅𝔈1. = *Quod si verum esset, aestate* [*h*]*abundaret* rell. om. Fort. ∾.

Deinde calorem hieme sub terris esse maiorem? = G Gr. 𝔅𝔈1. ci. Lud. Ian. (idem proponit etiam *calorem ne*). Koeler ci. + *Deinde non credo calorem hieme*, vel *Deinde nego calorem hieme.* Fort. 𝔈2. ... 𝔎 + *Deinde non calorem hieme.* Ee + *quia aera et rigentem.* quod potest ferri, ut sit idem atque *et rigentem quidem.*

Ex eadem causa aestate frigescunt = G Pinc. v. l. 𝔈𝔊. Ee = *ex eadem causa est aer frigidus.* P4. Col. = *Ex eadem causa aestate frigidunt.* 𝔅𝔈1. = *Ex eadem causa aestate frigidant.* Fort 𝔈2. = *Ex eadem causa aestate refrigent.* 𝔐 ... 𝔎 = *Ex eadem causa aestate refrigescunt.* Ee = *quia illo remotos seductosque calefactus non pervenit* om. *aer.* G(n.) P4. 𝔅𝔈1. + *quia ab illo remotus seductusque aer.* Col. = *quia ab illis remotus.*

27. *hunc adsiccata tellus* = EeG P4. Col. 𝔅. 𝔈1. = *hunc et siccata tellus.* Fort. 𝔈2. . . . 𝔎 = *hunc exsiccata tellus.*

ex mari ducit cum ceteris aquis = E. E (s.m.) e + *ex mari ducit cum ex ceteris aquis.* G = *ex mari dicit* [s∾] *etiam ex ceteris aquis.* 𝔅 = *ex mari dicit quam ex ceteris aquis.* 𝔈1. = *ex mari ducit et ex ceteris aquis.* 𝔈2. . . . 𝔎 = *tum ex*

*tem non potest, ut una sicca sit tellus, alia abundet. Sunt
enim perforata omnia et inuicem peruia et sicca ab humi-
dis sumunt aliquando. Nisi aliquid terra acciperet, exa-
ruisset. Ergo sol undas trahit, sed ex his quae premunt:
maxime haec meridiana sunt. Terra cum exaruit, plus* 28
*humoris ad se adducit. ut in lucernis oleum illo fluit ubi
exuritur, sic aqua illo incumbit quo uis caloris et terrae
aestuantis arcessit. Unde ergo trahit? ex illis scilicet par-
tibus semper hibernis, Septemtrionalibus exundat. Ob hoc* 29
*pontus in infernum mare adsidue fluit rapidus, non ut ce-
tera maria alternatis ultro citroque aestibus, in unam par-
tem semper pronus et torrens. Quod nisi faceret hisque
itineribus quod cuique deest redderetur, quod cuique super-
est, emitteretur: iam aut sicca essent omnia aut inundata.*
Interrogare Diogenem libet: Quare, cum pontus et amnes cuncti 30

mari ducit, tum ex ceteris aquis. P4. Col. certe non habebant illud *tum* ante *ex mari.*

Fieri autem non potest, ut una sicca sit tellus alia abundet = P4. Col. codd. Ops. 𝔅... 𝔈2. 𝔊ro... 𝔎. Ee = *Fieri autem non potest aut via sicca. sic tellus alia habundet.* G = *Fieri aut non potest ut* [hoc n.] *una sicca sit tellus alia habundet.* Pinc. ci. 𝔈... 𝔏4. = ∾ *alia humeat.*

perforata omnia et invicem pervia = Ee ci. Fortun. 𝔈2.... 𝔏4. G = *perforata omnia et in itinere parva.* Fort. P4. Col. 𝔅𝔈1. = *perforata omnia et in itinere pervia.* Gron. ci. 𝔊ro... 𝔎 = *perforata omnia et in itinera pervia.*

et sicca = EeG. 𝔅...𝔎 — *et* (𝔅 = *Sicca humida sumunt aliquando*). Ee = *Ergo sol unde trahit.* G P4. Col. 𝔅𝔈1. = *Ergo unde sol trahit.* 𝔈2. ... 𝔎 = *Ergo undas sol trahit.* Fromond. ci. = *sed ex his quae premit maxime. haec meridiana sunt* Koeler ci. = *premit* vel *premuntur* vel potius *promunt.* quod poterit aliquis probare. G (m∾) Gr. 𝔅𝔈1. = *haec remedia sunt.*

28. *plus humoris ad se adducit* = Ee (e p.m. + *ad se trahit adducit*). G 𝔅... 𝔎 = *plus ad se humoris adducit.* Ee = *illo fluit ubi exoritur.*

arcessit = EeG 𝔈2.... 𝔎. G = *arrexit.* e𝔅𝔈1. = *accessit.*

Unde ergo trahit = E Fort. 𝔈2. G Pinc. v. l. P4. Col. 𝔅𝔈1. 𝔈... 𝔎 = *Unde ergo trahitur?*

Septemtrionalibus exundat = Ee P4. Col. (Col. = *Septentrionalibus. Exundat ob hoc pontus*). G = *ex illis scilicet partibus* [m *semper*] *hibernis septentrionalibus* [s m. *septentrionali*] *unde exundant.* 𝔅... 𝔎 + *Septentrionalibus, unde exundat.*

29. G = *in infernum mare.* P4. = *in infimum mare.* Col. = *in influmen mare.* 𝔅 = *pontus in inferni mare.* Ee = *ut non cetera maria.*

ultro citroque = Ee. G 𝔅... 𝔎 = *ultro citro* om. *que.* EeG (cr. ∾) 𝔅 = *aestatibus.* E = *quod nisi facit.* Pinc. ci. = *quod nisi fieret.* Ee G𝔅𝔈1. = *his itineribus* om. *que.* Ge𝔅 = *quod cui deest.* E = *quod cuiquam superest emitteretur.* G = *quod cui deest emineret.* P3. (potius 4.) = *quod cuique superest eminetur.* Col. 𝔅𝔈1. = *quod cuique superest emineret.* Fort. ∾.

iam aut sicca essent omnia = E G𝔅. 𝔈1. ... 𝔎 = *ium aut sicca ta essent omnia.*

30. Ee = *Interrogare Diogenem licet quasi compertus* [e = *com-*

inuicem commeent, non omnibus locis aestate maiora sunt flumina? Aegyptum sol magis percoquit: itaque Nilus magis crescit. Sed in ceteris quoque terris aliqua fluminibus fiat adiectio: deinde quare ulla pars terrae sine humore, cum omnis ad se ex aliis terris trahat, eo quidem magis quo calidior est? deinde quare Nilus dulcis est, si haec illi e mari unda est? nec enim ulli flumini dulcior gustus. III. Grandinem hoc modo fieri, si tibi adfirmauero quo apud nos glacies fit gelata nube tota, nimis audacem rem fecero. Itaque ex his me testibus numero secundae notae qui uidisse quidem se negant, sed audisse. aut quod historici faciunt et ipse faciam. Illi cum multa mentiti sunt ad arbitrium suum, unam aliquam rem nolunt spondere:
2 sed adiciunt, *Penes auctores fides erit.* Ergo si mihi parum credis, Posidonius tibi auctoritatem promittit, tam in illo quod praeteriit quam in hoc quod secuturum est. Grandinem enim

ptus] *animus cuncta et invicem commeant.* G = *Interrogare Diogenem libet quasi compertus animus cuncta invicem commeant.* Fort. = *quasi compertus animus cuncta et invicem commeent.* P4. Col. = *quasi apertus* [Col. = *compertus*] *amnis cuncta et invicem commeat.* 𝔙 = *interrogare diogare Diogenem libet. Quasi compertus animus cuncta et invicem commeat.* 𝔈1. = ∾ *quasi compertus animus cuncta et invicem commeat.* Fortun. ci. ∾. Ee + *Aestate vero maiora sunt flumina.* G(m∾) — *percoquit: itaque Nilus magis.* Ee = *Ita Nilus magis cr.*

fluminibus fiat adiectio = Ee 𝔈2. ... 𝔏4. G P4. Col. 𝔙 = *fluminibus fit abiectio.* 𝔈1. 𝔊ro ... 𝔎 = *fluminibus fit adiectio.*

deinde quare ulla pars terrae sine humore, cum omnis ad se ex aliis terris trahat, eo quidem magis quo calidior est = Ee. G 𝔙𝔈1. = *deinde quare ulla pars terrae sine humore est cum omnis ad se ex aliis regionibus trahit* [sG *trahat*] *eoque magis humidior quo calidior est.* 𝔈2. ... 𝔎 = *Deinde, quare ulla pars terrae sine humore est, cum omnis ad se ex aliis regionibus trahit, eoque magis, quo calidior est?*

si haec illi e mari unda est = P4. Col. 𝔐an 𝔅2. G𝔙 = *si hoc illi e mari unda est.* e = *si haec illi cum mari unda est.* E = *si hoc* [*h*, qua nota *hoc*, non *haec* solet significare] *illi cum mari unda est.* quare olim mihi in mentem venit: *si hoc illi cum mari est:* videbatur enim *unda* adscriptum esse interpretationis causa. G (s.m.) 𝔈1. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 (exc. 𝔐an) — *haec.*

nec enim ulli flumini = EG 𝔙 ... 𝔏4. P4. Col. 𝔊ro ... 𝔎 = *nec enim ulli fluminum.*

Cap. III.

P3. 4. Col. = *glacies sit.* E(cr.∾) e (cr.∾) = *congelata nube.*

ex his me testibus numero = BEe G P4. Col. 𝔙 ... 𝔊 𝔅2. ... 𝔎. P3. — *numero.* 𝔐 ... 𝔅1. = *ex his me testibus numera.* 𝔙 = *sedere note.*

qui vidisse se quidem negant, sed audisse = B. Ee = *qui audivisse quidem, se vidisse negant.* G𝔙 = *qui audisse quidem se negant* rell. om. 𝔈1. ... 𝔎 = *qui vidisse quidem se negant, sed audisse.* B = *unam quamque rem nolunt spondere.* 𝔙 = *volunt spondere.* B = *Penes fides auctores erit.*

2. *auctoritatem promittit* = EeG. B = *auctorem* [= Brit.] *promittit* (*auctorem* probare videtur Gron.). sG 𝔙 ... 𝔎 = *auctoritatem promittet.*

tam in illo quod praeteriit = Ec

fieri ex nube aquosa, iam et in humorem uersa, sic adfirmabit tamquam interfuerit. Quare autem rotunda sit grando et sine magistro scire possis, cum adnotaueris stillicidium omne glomerari.
3 quod et in speculis adparet quae humorem halitu colligunt et in poculis sparsis aliaque omni laeuitate. non minus foliis si quae guttae adhaeserunt, in rotundum iacent.

Quid magis est saxo durum? quid mollius unda?
Dura tamen molli saxa cauantur aqua.

aut ut alius poeta ait,

Stillicidi casus lapidem cauat.

4 Haec ipsa excauatio rotunda fit. ex quo adparet illud quoque huic simile esse quod cauat. Locum enim sibi ad formam et habitum sui exsculpsit. Praeterea potest, etiam si non fuit grando talis, dum defertur, conrotundari et totiens per spatium aeris densi deuoluta aequabiliter atque in orbem teri. quod nix pati non potest, quia non est tam solida, immo quia tam fusa est et

Col. codd. Ops. 𝔊ro ... 𝔎. BG Col. 𝔙𝔐an = *tam in illo quod praeterit.* 𝔈1. ... 𝔏4. (exc. 𝔐an) = *tam in illo quod praeteritum.*

iam et in humorem versa = Ee P3. B 𝔈2. ... 𝔅1. = *etiam in humorem versa.* 𝔐an 𝔅2. ... 𝔎 = *et iam in humorem versa.* probant Grut. et Bakius de Posid. p. 85. G = *et in humorem versa.* P4. Col. 𝔙𝔈1. = *iam in humorem versa.*

et sine magistro = BEeG𝔙. 𝔈1. ... 𝔎 = *etiam sine magistro.*

scire possis = EeG𝔙. B = *scire poteris.* 𝔈1. ... 𝔎 = *scire potes.* G = *cum notaveris.*

stillicidium omne glomerari = EeG Anic. Scal. Tronc. 𝔙. B = *stillicidium omne globerari.* 𝔈1. ... 𝔎 = *stillicidium omne conglomerari.*

3. E = *qui humorem.* B = *quae humorem colligunt alicubi.*

non minus foliis si quae guttae adhaeserunt = Ee mG P3. 𝔙. G — *non minus.* Col. = *non ruinis foliis si quae guttae adh.* B = *nam et in herbarum foliis et arborum si quae guttae adh.* P4. = *nam et in herbarum et arborum foliis si quae g. adh.* 𝔈1. = *nam et herbarum et arborum foliis, si quae guttae adh.* 𝔈2. ... 𝔎 = *nam et in herbarum vel arborum foliis, si quae guttae adh.* Anic. Chifl. + *non minus herbarum foliis.*

Quid magis est saxo durum? Ovid. A. A. I, 475. sq. B = *Quid saxo durius.* 𝔙 = *Pura tamen molli.*

alius poeta. Lucret. I, 314. BEe G 𝔙 ... 𝔊 = *Stillicidii casus.*

4. *Haec ipsa excavatio* = EeG𝔙. B = *Haec ipsa cavatio.* 𝔈1. ... 𝔎 + *et haec ipsa excavatio.*

illud quoque huic simile esse = Ee Pinc. v. l. Col. 𝔙𝔅2. G = *illud quoque huic simile est.* B = *illud quoque esse simile huic.* P3. — *quoque.* P4. = *illic quoque huic s. e.* 𝔈1. ... 𝔎 (exc. 𝔅2.) = *illud huic quoque simile esse.*

et habitum sui exsculpsit = Ee P3. BG P4. Col. 𝔙 ... 𝔊 𝔅2. = *et habitum sui exsculpit.* 𝔐 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *et habitum suum exsculpit.*

etiam si non fuit = EeG 𝔙𝔈1. B = *etiamsi non fluit.* 𝔈2. ... 𝔎 = *etiamsi non fuerit.*

dum defertur = Ee. BG𝔙 ... 𝔎 = *cum defertur.* B = *densi aeris devoluta aequabitur.* G𝔙𝔈1. = *aequaliter.*

immo quia tam fusa est = E Gr. 𝔙 ... 𝔊 𝔊ro ... 𝔎. BG — *tam.* 𝔐

non per magnam altitudinem cadit, sed circa terras initium eius est. Ita non longius illi per aera, sed ex proximo lapsus est.
5 Quare non et ego mihi idem permittam quod Anaxagoras? inter nullos magis quam inter philosophos debet esse aequa libertas: grando nihil aliud est quam suspensa glacies, nix in pruina pendens congelatio: illud enim iam diximus quod inter aquam et rorem interest hoc inter pruinam et glaciem nec non inter niuem et grandinem interesse. IV. Poteram me peracta quaestione dimittere: sed bene mensum dabo et, quoniam coepi tibi molestus esse, quicquid in hoc loco quaeritur dicam. Quaeritur autem quare hieme ningat, non grandinet, et uere iam frigore infracto grando cadat. Nam ut fallar tibi, uerum mihi quidem persuadetur qui me usque ad mendacia haec leuiora in
2 quibus os percidi, non oculi erui solent credulum praesto. Hieme aer riget et ideo nondum in aquam uertitur, sed in niuem cui aer propinquior est: cum uer coepit, maior inclinatio sequitur teporis et calidiore coelo maiora fiunt stillicidia. Ideo, ut ait

... 𝔏4. — *quia tam.* B = *altitudinem incadit.* B = *initium est eius.* Ee = *Ita ne longius illi.*

5. *Quare non et ego mihi idem* = Ee. B = *Quare non idem mihi.* G 𝔅 ... 𝔎 = *Quare non* [G hoc habet a s.m.] *et ego idem mihi.* B (cr.∾) = *Anaxagorias.*

inter nullos magis = BEG P3. Col. 𝔅𝔈1. P4. 𝔈2. ... 𝔎 + *cum inter nullos magis.*

debet esse aequa libertas = BEe. mG Fort. P3. = *esse debet aequa libertas.* G P4. 𝔅𝔈1. = *esse debet* [Anic. Tronc. =] *aequalitas.* 𝔈2. ... 𝔎 = *esse debeat aequa libertas.* e = *nil aliud est.* B = *nihil est aliud.* G (n.) Scal. Rom. Tronc. + *suspensa glacies in aere.* Pinc ci. = *Nix et pruina pendens cong.* Anic. = *inter pluviam et glaciem.* G (m∾) — *nec non inter nivem et glaciem.* B — *nivem et.* Cod. Ops. = *nivem et grandinem.* probat Fromond.

Cap. IV.

G (s∾) P3. — *me* post *Poteram.* probat Grut., ut intelligatur *te.*

bene mensum = BEeG Gr. 𝔈1. Tronc. = *bene mersum.* 𝔅 = *bene versum.* 𝔐an 𝔈2. ... 𝔎 = *bene emensum.* G = *tibi molestius esse.* B = *quid in hoc loco quaeritur.* G P3. Col. 𝔅 — *dicam.* B — *autem* post *Quaeritur.* Apud G *Quaeritur autem* in lit. B = *hieme ninguat.*

vere iam frigore infracto = BEeG. 𝔅 = *Ver iam frigorem infracto.* 𝔈1. ... 𝔎 + *et vere iam frigore infr.* B P4. Col. = *Nam ni fallar tibi.* B — *quidem* ante *persuadetur.* P3. = *persuadebatur.* G (cr.∾) 𝔅 = *quod me usque ad m.* 𝔈1. — *qui.* B — *usque.* G = *haec leniora.*

in quibus os percidi = BG Gr. probat Grut. E = *in quibus os perscidi* (*pscidi*). e 𝔅𝔈1. = *in quibus os praescidi.* Fortun. ci. 𝔈2. ... 𝔎 = *in quibus os praecidi.*

2. B (m∾) — *in aquam* ante *vertitur.*

cui aer propinquior est = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *cui aer propior est.*

maior inclinatio sequitur teporis. hoc fortasse voluit E, qui scripsit *tpis:* quod ut significaret *temporis,* addenda fuit lineola (*t̄pis*). e = *maior inclinatio sequitur temporis.* BG Gr. 𝔅 ... 𝔊 = *maior inclinatio temporis sequitur.* unde Grut. ci. = *teporis.* 𝔐 ... 𝔎 = *maior inclinatio*

Uergilius noster,

cum ruit imbriferum uer,

uehementior est mutatio aeris undique patefacti et soluentis se ipso tempore adiuuante. Ob hoc nimbi graues magis uastique quam pertinaces deferuntur. Bruma lentas pluuias habet et te- 3
nues, quales saepe solent interuenire, cum pluuia rara et minuta niuem quoque admixtam habet. Dicimus niualem diem, cum altum frigus et triste coelum est. Praeterea Aquilone flante ut suum coelum habente minutae pluuiae sunt: Austro imber inprobior est et guttae pleniores. V. Rem a nostris positam neque dicere audeo, quia infirma uidetur, neque praeterire. Quid enim mali est aliquid et faciliori iudici scribere? immo si omnia argumenta ad obrussam coeperimus exigere, silentium indicetur. Pauca enim admodum sunt sine aduersario: cetera etsi uincunt, litigant. Aiunt enim uere quicquid circa Scythiam et Pontum et Septemtrionalem plagam glaciatum et adstrictum est relaxari: tunc flumina gelata discedere, tunc obrutos montes niuem soluere. Credibile est ergo frigidos spiritus inde inferri

aeris sequitur. G 𝔙𝔈1. = *maiora sunt stillicidia.*

Vergilius G. I, 313.

vehementior est mutatio aeris = B Ee. Etiam P3. Memm. Nicot. = *mutatio.* G P4. Col. 𝔈1. ... 𝔎 = *vehementior immutatio est aeris.* 𝔙 = *vehementior inmutatione aeris.* B = *et solventes se.*

ipso tempore adiuvante = BEG Gr. 𝔙 ... 𝔅2. Memm. Nicot. 𝔑u 𝔎 = *ipso tepore adiuvante.* probant Gron. (ad c. II. n. 3. p. 325.) et Bentl. (ad Hor. Od. IV, 4, 7.). B = *vastique magis.*

3. sB = *Brumas.* G (s∾) = *lentes pluvias.* B = *habet pluvias.* G (s∾) — *saepe* ante *solent.* B + *cum pluvia et rara et m.* Tronc. = *rara et minima.* Anic. + *minuta quae nivem.* Col. = *nivemque admixtam.* P3. = *nivem quoquè adeptum.* B = *et coelum triste est.*

ut suum coelum habente = Ee. G Pinc. v. l. Gr. 𝔙𝔅2. = *aut suum coelum h.* Fort. = *et suum diem habente.* B 𝔈1. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *et suum coelum h.*

et guttae pleniores = BeEG Gr. 𝔙 𝔈1. 𝔅2. 𝔈2. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 + *et guttae pleniores sunt.*

Cap. V.

neque dicere ... neque praeterire = Ee. BG 𝔙 ... 𝔎 = *nec dicere ... nec praeterire.* Fortun. ci. 𝔈2. ... 𝔊 = *faciliori iudicio scribere* contra mstos etiam Fort. Gr.

argumenta ad obrussam coeperimus exigere = EeG P3. Col. Memm. 𝔙𝔊ro ... 𝔎 (mss. et 𝔙 = *obrusam*). B P4. 𝔈1. ... 𝔏4. = *argumenta ad lancem coeperimus exigere.*

cetera etsi vincunt = BEeG. 𝔙 ... 𝔎 = *Cetera etiamsi vincunt.*

Aiunt enim vere quicquid ... relaxari = Ee. G𝔈1. — *enim.* 𝔙 = *Aiunt ver quicquid ... relaxari.* B𝔈2. ... 𝔎 = *Aiunt quidquid ... vere relaxari.* Tronc. + *tunc flumina gelata et lacus discedere.* G P3. Col. 𝔙 = *tunc obrutas* [𝔙 = *obruptas*] *nives solvere* om. *montes.* Ee + *montes lacus nivem solvere.* 𝔈1. ... 𝔊 = *nives solvere.* B = *Credibile ergo est.*

frigidos spiritus inde inferri = EeG P3. Col. 𝔙𝔈1. (G = *vim infer-*

2 et uerno coelo remisceri. Illud quoque adiciunt quod neque sum expertus neque experiri cogito: tu quoque, censeo, si uolueris uerum exquirere, niuem ita caue experiaris. Minus algere aiunt pedes eorum qui fixam et duram niuem calcant quam eorum qui teneram et labefactam. Ergo, si non mentiuntur, quicquid ex illis Septemtrionalibus locis iam disturbata niue et glacie frangente se fertur id meridianae partis tepentem iam humidumque aera adligat et praestringit. Itaque cum pluuia futura erat, grando fit iniuria frigoris. VI. Non tempero mihi, quo minus omnes nostrorum ineptias proferam. Quosdam peritos obseruandarum nubium esse adfirmant et praedicere, cum grando uentura sit. hoc intellegere usu ipso potuerunt, cum colorem nubium notassent quam grando totiens insequebatur: illud incredibile Cleonis fuisse publice praepositos χαλαζοφύλακας, speculatores

ri). BmG P4. 𝔊2.... 𝔎 = *frigidos spiritus inde fieri.*

et verno coelo remisceri = E P3. Memm. Nicot. 𝔊ro ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎. G P4. Col. 𝔅 ... 𝔏4. = *et verno coelo immisceri.* B = *et uno coelo remisceri.* Brit. 𝔅2. = *et imo coelo remisceri.* probant Gron. et Koeler. At apparet apice illo neglecto, quo *verno* (*úno*) distinguitur ab *uno*, primum hoc, deinde amplius depravata scriptura etiam *imo* ortum esse.

2. *neque sum expertus neque experiri cogito* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *nec sum expertus nec experiri cogito.* E(s∾) e(s∾) = *Tu quoque sentio.* B = *inquirere.* Fort. = *verum experiri.*

nivem ita cave experiaris = 𝔅 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎. EeG Brit. cod. Casaub. = *nivem in cane experiaris.* B = *in cane experiaris* om. *nivem.* P3. = *nivem incane experiaris.* P4. = *nivem incave experiaris.* Col. = *nivem in cave experiaris.* Scal. = *nivem in cavo experiaris.* Gron. ci. 𝔅2. = *nivem in Care experiaris* i. e. in vilissimo homine. probat Koeler. B = *Minus aiunt algent pedes.* Opsop. ci. = *teneram et labefactam.*

iam disturbata nive = BEG Anic. Scal. Rom. Brit. Casaub. 𝔅 ... 𝔊2. 𝔊ro ... 𝔎. 𝔊 ... 𝔏4. = *iam distributa nive.* B = *et glacie se frangente.* P3. = *et glatōse frangente fertur.* Col. — *frangente.* B = *id mundanae partis.*

adligat et praestringit = BEG P4. 𝔅 ... 𝔎 = *alligat et perstringit.* Gron. ci. = *alligat et stringit.* Ee = *cum plurima futura erat.* B = *cum pluvia futura erit.*

Cap. VI.

omnes nostrorum ineptias = EG P3. Col. Scal. 𝔊ro ... 𝔎. 𝔅 = *omnes nostrorum ineptiam.* B = *ineptias nostrorum omnes.* P4. 𝔊1. ... 𝔏4. = *omnium nostrorum ineptias.* Guilelm. (Quaest. in Plauti Poen. c. 5.) ci. = *hominum nostrorum ineptias.* G (s∾) = *observandorum nubium.*

cum grando ventura sit = BEeG 𝔅 ... 𝔐. 𝔏 ... 𝔎 = *cum grando futura sit.*

hoc intellegere usu ipso potuerunt = BEeG P3. (G p. m. — *usu*). P4. Col. + *et hoc intelligere usu ipso potuerunt.* 𝔅𝔊1. = *hoc intelligere usu ipso potuere.* Fortun. ci. 𝔊2. ... 𝔅2. = *et hoc intelligere usu ipso potuisse.* Grut. ci. 𝔑u𝔎 = *et hoc intelligere usu ipso* om. *potuerunt.* B = *cum calorem nubium.* B = *quam grando totiens.* B = *publice propositos.* G (s∾) = *publice praepositas.* B = *chalazophilicas.* E = *calazophilacas.* G = *calo3 [sz] ophilacas.* 𝔅 = *calazo phila-*

futurae grandinis. Hi cum signum dedissent adesse iam grandinem, quid exspectas? ut homines ad penulas discurrerent aut
ad scorteas? Immo pro se quisque alius agnum inmolabat, alius 2
pullum: protinus illae nubes alio declinabant, cum aliquid gustassent sanguinis. Hoc rides? accipe quod rideas magis: si quis neque agnum neque pullum habebat quod sine damno fieri poterat manus sibi adferebat. et ne tu auidas aut crudeles existimes nubes, digitum suum bene acuto graphio pungebat et hoc sanguine litabat. nec minus ab huius agello grando se uertebat quam ab illo in quo maioribus hostiis exorata erat. VII. Rationem huius rei quaerunt: alteri, ut homines sapientissimos decet, negant posse fieri, ut cum grandine aliquis paciscatur et tempestates munusculis redimat, quamuis munera et deos uincant. alteri suspicari ipsos aiunt esse in ipso sanguine uim quamdam potentem auertendae nubis ac repellendae. Sed quomodo in tam exiguo sanguine potest esse uis tanta, ut in altum penetret et illam sentiant nubes? Quanto expeditius erat dicere, mendacium
et fabula est? At decuriones iudicia reddebant in illos quibus 2

tas. sE se = venturae grandinis.

aut ad scorteas = EG(s.m.) P3. (an hic potius habet storeas?) 𝔊ro ... 𝔎. B Fort. P4. = aut ad scorta. GCol. = aut ad scorreas. 𝔅𝔈1. = aut ad scoreas. Fortun. ci. m𝔈1. 𝔈2. ... 𝔊 = aut ad storeas. m𝔈2. 𝔐 ... 𝔏4. = aut ad scortea.

2. P3. — alius ante agnum. Fortun. ci. = album agnum immolabat aut pullum. 𝔈2. ... 𝔊 = album agnum immolabat, alius pullum. G = alius agnum immolat [s immolabit] alius pullum. BE P4. Col. 𝔅 ∾.

protinus illae nubes = EG Gr. 𝔅𝔈1. 𝔊ro 𝔅2. B 𝔈2. ... 𝔏4. 𝔅1. ℜu 𝔎 + Protinus autem illae nubes. B = quod magis rideas.

si quis neque agnum neque pullum habebat = Ec. BG 𝔅 ... 𝔎 = si quis nec agnum nec pullum habebat. Fortun. ci. = si quis nec agnum pullum habebat contra mstos etiam Fort. B = quod sine damno poterat fieri manus sibi affereb ant. se = magis sibi auferebat. e = aestimes nubes. B (cr. ∾) = et hoc sanguine linibat. G(cr. ∾) = et hoc sanguine litabit. e = neque minus. 𝔅 = ad huius agello.

grando se vertebat = EeG𝔅. B = se grando avertebat. 𝔈1. ... 𝔎 = grando se avertebat.

Cap. VII.

Rationem huius rei quaerunt = Ec. B = Ratio huius rei quaeritur. G 𝔅 ... 𝔎 + Rationem huius rei quidam quaerunt. G = negavit posse fieri. 𝔅 = Negat posse f. G(cr. ∾) = redimant.

et deos vincant = BEe P4. Col. 𝔅 ... 𝔊. G P3. — et. Trist. = vel deos vincant. 𝔐 ... 𝔎 = etiam deos vincant. G (s.m.) = Alii suspicari. B Fort. = suspicari se aiunt. Grut. ci. — ipsos aiunt. EG Gr. 𝔅 ∾. B = quamdam vim avertendae nubis om. potentem. 𝔅 = potentiae. G = avertendum nubis ac repellende. B = vis esse potest tanta. B + ut illa in altum penetret.

et illam sentiant = EeG 𝔅𝔈1. B 𝔈2. ... 𝔎 = et eam sentiant. G (s∾) — et ante fabula est.

2. At decuriones iudicia reddebant = E. e = At Deciones iudi-

delegata erat cura prouidendae tempestatis, quod neglegentia eorum uineae uapulassent aut segetes procidissent. Et apud nos in duodecim tabulis cauetur, *ne quis alienos fructus excantasset.* Rudis adhuc antiquitas credebat et adtrahi imbres cantibus et repelli: quorum nihil posse fieri tam palam est, ut huius rei causa nullius philosophi schola intranda sit. VIII. Unam rem adhuc adiciam et fauere te ac plaudere iuuabit. Aiunt niuem in ea parte aeris fieri quae prope terras est: hanc enim plus habere caloris ex quatuor causis: una, quod omnis terrarum euaporatio, cum multum in se feruidi aridique habeat, hoc est calidior quo recentior. altera, quod radii solis a terra resiliunt et in se currunt: horum duplicatio proxima quaeque a terris calefacit. quae ideo plus habent teporis, quia solem bis sentiunt. Tertia causa est, quod magis superiora perflantur, at quaecumque depressa sunt minus uentis uerberantur. IX. Accedit his ratio Democriti: *Omne corpus quo solidius est hoc calorem citius concipit, diutius seruat. Itaque si in sole posueris aeneum uas et uitreum et argenteum, aeneo citius calor accedet, diutius haerebit.* Adicit deinde quare

cia reddebant. B P4. 𝔐 ... 𝔅2. = *At Cleonis iudicia reddebant.* G = *At Cleone indicia reddebant.* P3. Col. 𝔅 ... 𝔖 𝔑u 𝔎 = *At Cleonae iudicia reddebant.* Fort. = *At Cleone iudicia in illos vertebant.* Fortun. ci. m𝔈2. = *animadvertebant in illos.* E (cr. ∾) e (cr. ∾) = *curia providendae.* G (m∾) = *cura providendum potestatis.*

ne quis alienos fructus excantasset BEe (s.m.) G𝔅. e = *excantassent.* 𝔈1. ... 𝔎 = *ne quis alienos fructus excantassit.* Plin. N. H. XXVIII, 4. QUI FRUGES EXCANTASSET. B Fort. Nicot. = *et attrahi nubes* [Nicot. = *nubeis*] *cantibus.* G (s∾) — *et* ante *repelli.* B = *ut eius rei causa.*

Cap. VIII.

e sG P3. 𝔅 ... 𝔈2. = *ad hoc adiciam.* BEG Pinc. v. l. P4. Col. ∾.

favere te ac plaudere = BEe. G = *et favere aut* [m *ac*] *plaudere te* [hoc n.] *iuvabit.* 𝔅 ... 𝔎 = *et favere ac plaudere te iuvabit.* B = *est prope terram.*

ex quatuor causis = EeG Gr. 𝔅 𝔈1. quarta causa est *Democriti ratio* ab initio proximi capitis commemorata. B Fort. 𝔈2. ... 𝔎 = *ex tribus causis.*

cum multum in se = BEeG Gr. Memm. Nicot. Scal. Trist. 𝔅𝔈1. 𝔅2. 𝔈2. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *cum multum intra se.* B = *aridi fervidique habeat.* G = *quo radii solis.* G (m∾) — *a terra.*

et in se currunt = BEeG 𝔅 ... 𝔖. sG 𝔐 ... 𝔎 = *et in se recurrunt.* Ee = *proxima quoque.* B = *proxima quaeque terris* om. *a.* G (m∾) 𝔅 = *plus habent temporis.* G (cr. ∾) = *quaecunque dempsa sunt.*

Cap. IX.

G𝔅 = *Accidit his ratio D.*

diutius servat = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 + *et diutius servat.* G𝔅 ... 𝔖 = *si in solem posueris.* Koeler ci. = *aut argenteum.* B = *accedet calor.* EG 𝔅 ... 𝔖 = *calor accedit* (E = *acced'*). B = *diutius adhaerebit.* 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *Adiice deinde*, primum ex errore librarii.

quare existimet hoc fieri = Ee.

existimet hoc fieri. *His, inquit, corporibus quae duriora et pressiora sunt necesse est minora foramina esse et tenuiorem in singulis spiritum. Sequitur ut quemadmodum minora balnearia et minora miliaria citius calefiunt, sic haec foramina occulta et oculos fugientia et celerius feruorem sentiant et propter easdem angustias quicquid receperint tardius reddant.* Haec longe praeparata ad id perducunt de quo nunc quaeritur. X. Omnis aer quo propior est terris hoc crassior. Quemadmodum in aqua et in humore omni ima est faex, ita in aere spississima quaeque desidunt. Iam autem probatum est omnia quo crassioris solidiorisque materiae sunt, hoc fidelius custodire calorem receptum. Editior aer quo longius a terrarum conluuie recessit, hoc sincerior puriorque est. Itaque solem non retinet, sed uelut per inane transmittit: ideo minus calefit. XI. Contra quidam aiunt cacumina montium hoc calidiora esse debere, quo sunt propiora soli: qui mihi uidentur errare, quod Apenninum et Alpes et alios notos ob eximiam altitudinem montes in tantum putant crescere, ut illorum magni-

G 𝔅 ... 𝔎 = *quare hoc existimet fieri.* B — *hoc.* et recte fortasse.

quae duriora et pressiora sunt = Ee G P3. Memm. Nicot. 𝔅𝔅2. Col. = *quae duriora et pressiora fiunt.* B P4. 𝔈1. ... 𝔅1. ℜu 𝔎 + *quae duriora et pressiora densioraque sunt.* B — *necesse est.* mG = *unciora balnearia.* B = *et minora militaria citius calescunt.* 𝔅𝔈1. = *et minora foramina citius calefiunt.* EG Fort. Gr. ∾.

et oculos fugientia = BE. G𝔅 ... 𝔎 = *et oculos effugientia.* G (s∾) = *fervorem sentiunt.*

quicquid receperint = Ee. BG𝔅 ... 𝔎 = *quidquid receperunt.*

Cap. X.

B = *propinquior est terris.*

et in humore omni ima est faex = Ee. BG𝔅 ... 𝔎 = *et in omni humore faex ima* [𝔅 = *una*] *est.* P3. + *ita in aere una est spiss.* G = *spississima quoque* [hoc cr. ∾ Col. =] *desident.* 𝔅𝔈1. = *sp. quaeque descendunt.* P4. = *spississimo quam desidunt.* BE Fort. ∾ B = *Iam ante probatum est.* B = *quae crassioris.*

receptum. Editior aer quo longius = Ee Memm. B + *receptum. quo editior est aer et quo longius.* G = *receptum. sed editius* [cr. *editior*] *aer quo longius.* Col. 𝔅𝔈1. + *receptum. sed editior aer quo longius.* P3. = *receptum. sed ditior aer quo longius.* P4. = *receptum. sed quo editior est aeri quo longius.* Fort. 𝔈2. ... 𝔎 + *receptum: sed quo editior est aer et quo longius.* B P4. = *Itaque solem non recipit.* G = *recesserit.* E (cr. ∾) e (cr. ∾) = *per inane transmittunt.*

Cap. XI.

Contra quidam aiunt = Ee P3. B *Contra est quod aiunt.* P4. + E *contra autem quidam aiunt.* G𝔅 ... 𝔎 + *Contra autem quidam aiunt.*

quo sunt propiora soli = Ee. G = *quo propior* [s ∾] *sole* [s ∾] *sunt.* B 𝔅 ... 𝔎 = *quo propiora soli sunt.* B = *Apennium.* B = *et alios montes ob eximiam altitudinem notos.* B Fort. = *ut illorum magnitudines ∾ possint.* Col. = *ut illorum alti-*

tudo sentire solis uiciniam possit. Excelsa sunt ista, quamdiu nobis conparantur: at uero ubi ad uniuersum respexeris, mani-
2 festa est omnium humilitas. inter se uincuntur et uincunt. Ceterum in tantum nihil adtollitur, ut in collatione totius ulla sit uel maximis portio: quod nisi esset, non diceremus totum orbem terrarum pilam esse. Pilae proprietas est cum aequalitate quadam rotunditas: aequalitatem autem accipe hanc quam uides in lusoria pila. non multum illi commissurae et rimae earum
3 nocent, quo minus par sibi ab omni parte dicatur. Quomodo in hac pila nihil illa interualla officiunt ad speciem rotundi, sic ne in uniuerso quidem orbe terrarum editi montes quorum altitudo totius mundi collatione consumitur. Qui dicit altiorem montem, quia solem propius excipiat, magis calere debere, ille dicere potest longiorem hominem citius quam pusillum debere
4 calefieri et caput citius quam pedes. At quisquis mundum mensura sua aestimauerit et terram cogitauerit tenere puncti locum intelleget nihil in illa posse eminere ita, ut coelestia magis sentiat, uelut in propinquum illis accesserit. Montes isti quos

tudo. G (s ∾) = *solis vicinam.* G (s ∾) = *quamdiu nobis parantur.* G(m∾) = *nisi ad universum.* B = *ubi ad inmensum respexeris.* 𝔊ro ... 𝔎 — *ad* ante *universum* contra mstos. sG Scal. = *manifesta est in omnibus humilitas.* B = *manifesta est omnibus humilitas.*

2. B = *Celerum tantum* om. *in.* P3. = *Ceterum in terra nihil attollitur.*

ut in collatione totius = BEe G (s.m.). G = *ut collationem totius.* 𝔅 ... 𝔎 — *in.*

ulla sit vel maximis portio = BEe P3. Col. 𝔅2. ci. Koeler. probat Grut. G P4. 𝔅 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *nulla sit vel maximis portio.* P3. + *quod nisi esset sub interrogatione.* 𝔅 + *Quod enim nisi sub interrogatione esset.* G𝔅 = *non dicerem.* B — *totum* ante *orbem.* P3. 𝔅𝔈1. = *rotunditas ad aequalitatem ducta. hanc accipe.* P4. Col. = *rotunditas, ad aequalitatem autem hanc accipe.* G = *rotunditas ad* [hoc n.] *aequalitatem. hanc autem accipe.* B = *aequalitatem autem hanc accipere.* E = *aequalitatem autem accipere hanc.* Infinit. potest necti ex verbo *diceremus.* 𝔈2. ... 𝔎 = *aequalitatem autem hanc accipe.* e ∾. B = *commissurae et ruinae earum.* P3. = *Non multum illi commissum est et rimae.* P4. Anic. 𝔈1. = *commissurae rimarum nocent.* EG Col. 𝔅 ∾.

3. e = *nil illa intervalla.* B = *nihil ulla intervalla.* G (s.m.) = *illa intervalla conficiunt.* 𝔅 = *illa intervalla efficiunt.*

ne in universo quidem = EeG (s.m.). G + *nec ne in univ. q.* 𝔅 = *necve in univ. q.* B𝔈1. ... 𝔎 = *nec in univ. q.* G(s∾) — *terrarum.* B = *quia solem propius excipit.* Fort. = *quia solem propius respicit.*

ille dicere potest = Ee. B = *idem potest dicere.* G 𝔅 ... 𝔎 = *idem dicere potest.*

et caput citius quam pedes = BEe G Gr. 𝔅 2. 𝔅 = *et caput eius quam pedes.* 𝔈1. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *et citius caput eius quam pedes.*

4. G (cr. ∾) = *At quisque mundum.* B = *tenere locum puncti.* G (cr.∾) = *cogitaverit punctim locum.* e = *nil in illa posse.* B = *nihil in ea posse.*

eminere ita = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *ita eminere.* sG = *ut coelestia magna sentiat.* B = *velut in propinquo illis*

suspicimus et uertices aeterna niue obsessi nihilominus in imo sunt. et propius quidem est a sole mons quam campus aut ualles: sed sic quo modo est pilus pilo crassior. Isto enim modo et arbor alia magis quam alia dicetur uicina coelo: quod falsum est, quia inter pusilla non potest esse magnum discrimen, nisi dum inter se conparantur. Ubi ad collationem inmensi corporis uentum est, nihil interest quanto sit alterum altero maius, quia etiam si magno discrimine tamen minima uincuntur. XII. Sed ut ad propositum reuertar, propter has quas retuli causas plerisque placuit in ea parte aeris niuem concipi quae uicina terris est et ideo minus adligari, quia minore rigore coit. Nam uicinus aer et plus habet frigoris, quam ut in aquam uel imbrem transeat, et minus quam ut duretur in grandinem: hoc medio frigore non nimis intento niues fiunt coactis aquis. XIII. Quid

accesserit. Ee = *et vertices aeterna nive possessi.* de quo vide.

et propius quidem est a sole mons = Ee. B = *et propius quidem a sole est mons.* G𝔅 = *et propius quidem soli mons.* 𝔈1. ... 𝔎 = *et propius quidem soli est mons.*

campus aut valles = EeG𝔅. B — *campus ... arbor alia magis quam.* sG 𝔈1. ... 𝔎 = *campus aut vallis.* G P4. Col. 𝔅 ... 𝔊 𝔑u 𝔎 + *pilus pilo crassior* [P4. Col. 𝔅𝔈1. = *grossior*] *arbor arbore et mons monte maior esse dicitur.* P3. = *pilus pilo grossior, arbor arbore, et mons monte maior esse dicitur et magis vicina coelo.* E Wirceb. 𝔐 ... 𝔅2. ∾. nec improbare videtur Lud. Ianus.

5. P4. = *Isto enim monte* ∾ [G Col. =] *dicitur vicina coelo.* 𝔅𝔈1. = *Isto enim modo et arbor et alia magis quam alia dicentur vicinia* [𝔈1. = *vicina*] *coelo.* 𝔈2. ... 𝔊 = *Isto enim modo et arbores aliae magis quam aliae dicentur vicinae coelo.* Fort. + *Isto enim modo et arbor et alia magis quam alia terra dicetur vicina coelo.* B = *alia terra coelo vicina.* sG + *magis vicina coelo.* E ∾. B = *quod est falsum quia inter illa magnum non potest esse discrimen.* G = *potest magnum esse discrimen interdum inter se.* B = *inter se comparant.* Anic. = *Ubi ad comparationem immensi c.* E (cr. ∾) e(cr. ∾) = *immensi temporis.*

quanto sit alterum altero maius = Ee. B = *interest alterum altero sit maius* om. *quanto.* G Gr. 𝔅𝔈1. = *quantum sit alterum altero maius.* 𝔐an 𝔈2. ... 𝔎 = *quanto alterum altero sit maius.* Fort. = *quia et sine magno discrimine.* B = *etsi magno discr.*

tamen minima vincuntur = BE G Fort. Gr. 𝔅 ... 𝔊 𝔊ro ... 𝔎. Fortun. ci. = *tamen minima iudicantur* vel *videntur.* 𝔐 ... 𝔏4. = *tamen minima dicuntur.*

Cap. XII.

B — *has* ante *quas retuli.* B = *concipi nivem.*

quia minore rigore coit = BEe sG P4. 𝔅𝔈1. G = *quia minore rigore erit.* P3. = *quia minore rigore cogit.* Col. = *quia minore coit* om. *rigore.* 𝔐an 𝔈2. ... 𝔎 = *quia minore frigore coit.* Ge P3. Col. 𝔅 ... 𝔊 — *et* ante *plus habet frigoris.* BE Fort. P4. ∾.

in aquam vel imbrem = Ee. B = *in aquam imbremque.* G𝔅 ... 𝔎 = *in aquam et imbrem.* Suspicor aliunde accessisse *imbrem.* P3. = *hic medio frigore non minus intento.* Col. = *hoc medio frigore non minus intento.*

istas, inquis, ineptias quibus literatior est quisquam, non me-
lior, tam operose persequeris? Quomodo fiant niues dicis, cum
multo magis ad nos dici a te pertineat quare emendae non sint
niues. Iubes me tu cum luxuria litigare? cotidianum istud et
sine effectu iurgium est. Litigemus tamen et, si superior fu-
tura est, pugnantes ac reluctantes uincat. Quid porro? hanc
ipsam inspectionem naturae nihil iudicas ad id quod uis confer-
2 re? Cum quaerimus quomodo nix fiat et dicimus illam pruinae
habere similem naturam, plus illi spiritus quam aquae inesse,
non putas exprobrari illis, cum emere aquam turpe sit, si ne
aquam quidem emunt? Nos uero quaeramus potius quomodo fiant
niues quam quomodo seruentur, quoniam non contenti uina dif-
fundere, ueteraria per sapores aetatesque disponere inuenimus
quomodo stiparemus niuem, ut ea aestatem euinceret et contra
3 anni feruorem defenderetur loci frigore. Quid hac diligentia
consecuti sumus? nempe ut gratuitam mercemur aquam. Nobis

Cap. XIII.

quibus literatior est quisquam, non melior = Ee. G P3. Col. 𝔅 = *quibus literatior est quisque non melior.* P4. 𝔈1. = *quibus nec literatior est quisquam nec melior.* B = *quibus nec literatior quisquam est nec melior.* 𝔈2. ... 𝔎 = *quibus nec litteratior fit quisquam nec melior.* G — *magis* post *cum multo.* B = *cum multo magis ad te et ad nos pertineat dicere.* G(s∾) = *emendum non sunt nives.* Rom. Scal. = *bibendae non sint nives.*

Iubes me tu cum luxuria = Ee. BG P4. = *Iubes mentem cum luxuria.* P3. = *An iubes mentem cum luxuria.* Col. = *aut nubes mentem cum luxuria.* 𝔅 = *Haha. iubes mentem cum luxuria.* 𝔈1. ... 𝔖 = *Haha, iubes me cum luxuria.* Fort. 𝔐 ... 𝔎 = *Iubes me cum l.* om. *tu.* Post *litigare* posui interrogationis notam.

et, si superior = Ee. B — *et, si superior ... reluctantes vincat.* G 𝔅 ... 𝔎 = *etiamsi superior.* P3. = *et superior* om. *si.* Col. = *etiam superior.* P4. = *cum etiam superior.* G = *reluctantes vincant.* G (m∾) P3. Col. 𝔅𝔈1. — *Quid porro?* P4. = *quod porro.* BE Fort. ∾. e = *nil iudicas.*

2. B sG P4. Scal. = *dicimus illam pluviae.*

habere similem naturam = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *similem habere naturam.* sG + *et plus illi spiritus.* G (s∾) = *non putas approbrari illis cum emunt.* 𝔅 = *exprobrari vel cum emunt.*

si ne aquam quidem emunt = Ee. G𝔅 = *sine aquam quidem emunt* (G s.m. = *emant*). B 𝔈1. ... 𝔎 = *si nec aquam q. emunt?* P3. = *Nos vero dominis quaeramus.* G (s∾) = *quomodo servantur.*

vina diffundere, veteraria per sapores aetatesque disponere = Ee Bong. ex Cui. cf. Ep. 114, 25. BG P4. Col. 𝔅𝔈1. = *vina diffundere veterana per sapores aetatesque* [𝔅 = *aestatesque*] *disponere.* P3. = *ventaria per sap.* Pinc. v. l. = *vina diffundere per veterana, per saporesque disponere.* 𝔈2. ... 𝔎 = *vina diffundere veterana, et per sapores aetatesque disp.* Distinctionem nostram iam suaserat Grut. Ee = *quomodo istis paremus nivem.* G P3. Col. 𝔅 = *quomodo isti paremus nivem.* P4. = *quomodo saporemus nivem.* G (cr.∾) = *ut eam aestatem.* E(s∾) = *vinceret.*

3. Apud G *mercemur* in lit. G (cr.∾) = *Nobis doliet.*

dolet, quod spiritum, quod emere solem non possumus, quod
hic aer etiam delicatis diuitibusque ex facili, non emptus uenit.
O quam nobis male est, quod quicquam a rerum natura in me-
dio relictum est! Hoc quod illa fluere et patere omnibus uoluit,
cuius haustum uitae publicum fecit, hoc quod tam homini quam
feris auibusque et inertissimis animalibus in usum large ac beate
profudit, contra se ingeniosa luxuria redegit ad pretium. Adeo 4
illi nihil placere potest nisi carum. Unum hoc erat quod diuites
in aequum turbae deduceret, quo non possent antecedere pau-
perrimum: illi cui diuitiae molestae sunt excogitatum est quem-
admodum etiam caperet aqua luxuriam. Quando ad hoc per-
uentum sit, ut nulla nobis aqua satis frigida uideretur quae
flueret, dicam. Quamdiu sanus et salubris cibi capax stomachus
est inpleturque, non premitur, naturalibus fomentis contentus
est: ubi cotidianis cruditatibus non temporis aestus, sed suos 5
sentit, ubi ebrietas continua uisceribus insedit et praecordia bile
in quam uertitur torret, aliquid necessario quaeritur quo aestus
ille frangatur qui ipsis aquis incalescit, remediis incitat uitium.
Itaque non tantum aestate, sed media hieme niuem hac causa
bibunt. Quae huius rei causa est nisi intestinum malum et luxu
corrupta praecordia quibus nullum interuallum umquam quo in-
terquiescerent datum est, sed prandia coenis usque in lucem

quod emere solem = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *quod solem emere.*

n o n emptus = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *n e c emtus.* G = *quod q u i s quam a rerum natura.* B = *cuius publicum vitae haustum fecit.* B = *quam fer a e avibusque.* G (s∾) = *large ac beate profu g it.*

4. *Adeo illi nihil placere potest* = Ee mG (e = *n i l*). G — *placere.* B 𝔅 ... 𝔎 = *Adeo nihil potest illi placere.*

quo non possent antecedere pauperrimum = BEG Gr. 𝔊ro ... 𝔎. 𝔅 = *quo n e c poss e t antecedere paup.* 𝔈1. = *quo u n o n e c possent antec. p.* 𝔈2. ... 𝔏4. + *quo u n o non possent antec. p.*

etiam caperet aqua luxuriam = Ee mG 𝔅𝔈1. B — *aqua.* G — *caperet.* 𝔈2. ... 𝔎 = *etiam aqua caperet luxuriam.*

Q u a n d o ad hoc pervenlum sit = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *U n d e ad hoc perventum sit.* G (m∾) — *contentus* post *fomentis.*

5. B = *Ubi cotidianis cruditat i o n i bus.* B = *et praecordia bile in quam vert u n tur torr e n t.* G = *et prae-cordia l i s* [s ∾] *in quam* [s *qu e m*] *vertitur tor q u et* (s∾). P3. 𝔅𝔈1. = *et praecord i a l e in q u o d vertitur torret.* P4. = *et praecord i a b i le quam vert u n tur.* Col. = *et praecord i a l i s i n q u a m vertitur.* B = *remediis m i t i a t vitium.*

Itaque non tantum aestate = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *Itaque non aestate tantum.*

sed media hieme = BEeG 𝔅𝔈1. 𝔈2. ... 𝔎 + *sed e t media hieme.* B = *et corrupta luxu praecordia.* G = *et l u s u p r e rupta* [hoc cr. ∾] *precordia.* B — *umquam* post *intervallum.* Cod. Fratrum. Min. (in m𝔍u) = *usque in lucem p r o ductis.*

perductis ingesta sunt et distentos copia ferculorum ac uarietate
6 comessatio altius mersit? Deinde numquam intermissa intem-
perantia quicquid auide coxerat efferauit et in desiderium semper
noui rigoris accendit. Itaque quamuis coenationem uelis ac spe-
cularibus muniant et igne multo doment hiemem, nihilominus
stomachus ille solutus et aestu suo languidus quaerit aliquid quo
erigatur. Nam sicut animo relictos stupentesque aqua frigida
spargimus, ut ad sensum sui redeant: ita uiscera istorum uitiis
torpentia nihil sentiunt, nisi frigore illa uehementiori perusse-
7 ris. Inde est, inquam, quod ne niue quidem contenti sunt,
sed glaciem, uelut certior illi ex solido rigor sit, exquirunt ac
saepe repetitis aquis diluunt: quae non e summo tollitur, sed ut
uim maiorem habeat et pertinacius frigus, ex abdito effoditur.
Itaque ne unum quidem est pretium: sed habet institores aqua
et annonam, pro pudor, uariam. Unguentarios Lacedaemonii
urbe expulerunt et propere cedere finibus suis iusserunt, quia
8 oleum disperderent. Quid illi, si uidissent reponendae niuis
officinas et tot iumenta portandae aquae deseruientia cuius colo-

B = *et distentos copias ferculorum.* G(s∾) = *ac varietatum.* B = *comessatio altera mersit.* P3. Col. = *comessatio alterius mersit.* 𝔐 (apud Grut.) ℜu𝔎 = *comissatio.*

6. *quicquid avide coxerat* = Ee. G(cr.∾) Col. = *quicquid animi decoxerat.* P3. = *quicquid autem decoxerat.* m𝔈2. = *quicquid avide decoxerat.* B = *quicquid animi detexerat.* Facile perspicitur, quomodo ex scriptura principe nasci potuerit diversitas, cum primum extrema syllaba vocis *avide* male est seiuncta a praecedentibus: nam *an̄* = *ante*, *aū* = *autem*, *aī* = *animi.* B = *rigoris semper novi.* G (s∾) = *dement hiemem.* B = *amoveant hiemem.* G (s∾) = *solutus in aestu suo.* B = *animo relicto stupentes* om. *que.*

aqua frigida spargimus = BEe P4. 𝔈1. G Fort. P3. Col. 𝔅𝔈2. . . . 𝔎 — *aqua.* B = *ut ad animum suum redeant.* B — *istorum vitiis torpentia.* G (s∾) Bong. ex Cui. Gr. 𝔅 𝔈1. = *intus torpentia.* E Fort. ∾. e = *nil sentiunt.*

vehementiori = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *vehementiore.*

perusseris = EG Col. 𝔈1. ... 𝔎. sG = *perurseris.* 𝔅 = *peruseris.* P3. = *perinseris.* B Fort. P4. = *perfuderis.* Pinc. v. l. = *percusseris.*

7. *ne nive quidem.* Ita scribendum duco. Ee𝔅 — *quidem.* BsG𝔐 ... 𝔏4. 𝔅1. = *nec nive quidem.* G Gr. 𝔈1. ... 𝔊 𝔊ro 𝔅2. . . . 𝔎 = *nec nive* om. *quidem.* P3. sedem vocis *certior* habet vacuam. G = *non quae ex* [hoc in lit.] *summo tollitur, sed ut inde magis habeat.* Gr. 𝔈1. = *non quae e summo tollitur.* 𝔅 = *non quae ē summo tollitur sed magis habeat.* Ee = *ne eius unum quidem est pretium.* B(s.m.) = *et annona proh pudor varia.* P3. 𝔅𝔈1. (m∾) = *pro pudore variam.* Pinc. ci. = *et prope recedere finibus suis.* P4. = *et procul cedere finibus suis.*

8. *Quid illi, si vidissent* = EeG P3. Col. 𝔅𝔅2. probat Grut. BmG P4. 𝔈1. ... 𝔅1. ℜu 𝔎 + *Quid illi fecissent, si vidissent.* B (cr.∾) = *potandae aquae.* G (s∾) = *reponendum ∾ portandum.* G Fort. Gr. 𝔅 𝔈1. = *cuius calorem saporemque.* B

rem saporemque paleis quibus custodiunt inquinant? At, di boni,
quam facile est exstinguere sitim sanam! Sed quid sentire pos-
sunt emortuae fauces et occallatae cibis ardentibus? Quemad-
modum nihil illis satis frigidum, sic nihil satis calidum est:
sed ardentes boletos et raptim condimento suo mersatos demit- 9
tunt paene fumantes quos deinde restinguant niuatis potionibus.
Uidebis, inquam, quosdam graciles et palliolo focalique circum-
datos, pallentes et aegros non sorbere solum niuem, sed etiam
esse et frusta eius in scyphos suos deicere inter ipsam bibendi
moram. Sitim esse putas? febris est et quidem eo acrior, quod 10
non tactu uenarum neque in cutem effuso calore deprehenditur:
sed cor ipsum excoquit luxuria, inuictum malum et ex molli flui-
doque durum atque patiens. Non intellegis omnia consuetudine
uim suam perdere? Itaque nix ista in qua iam etiam natatis eo
peruenit usu et cotidiana stomachi seruitute, ut aquae locum ob-
tineat. Aliquid adhuc quaerite illa frigidius, quia pro nihilo
est familiaris rigor.

= *cuius colorem saporem* om. *que*. E Fortun. ci. ∾. B = *quibus custodiuntur inquinantur*. G + *Sed quid se sentire p.* B = *et occultatae cibis ardentibus.* Ee = *et decallata cibis ardentibus.* G(cr. ∾) 𝔅 = *et occalatae cibis ardentibus.* E = *nihil illi satis frigidum.* e = *nil illi satis frigidum sic nil.* B = *frigidum est sic nihil satis calidum.* G (m∾) — *frigidum sic nihil satis.* P4. + *sic nihil illis satis calidum est.* 𝔊1. 2. = *sic nihil calidum illis satis est.* E Pinc. v. l. P3. Col. 𝔅 ∾.

9. BEeG Bong. ex Cui. Fort. Gr. 𝔅𝔊1. = *indumento suo mersatos* (G = *mensatos*). Fortun. ci. 𝔐an + *in condimento suo mersatos.* BEeG (s∾) 𝔅 = *dimittunt.* B = *quos deinde restingunt.* EG = *restingant.* mG = *vinalis potionibus.* Fort. = *quosdam gracili palliolo.* B = *graciles et pallio locaphalique circumdatos.* P3. 𝔅 = *graciles et palliolo facilique circumdatos.* Bong. = *palliolo focilioque.* P4. Col. = *graciles et palliolo foculoque circumdatos.* P3. 𝔅𝔊1. = *non sorbentes solum.* BEG P4. Col. Fortun. ci. ∾. B = *nives sed et esse.* G𝔅 = *et frustra eius.* B — *eius.* E𝔊1. = *in ciphos.* 𝔅 = *in cyphos.*

inter ipsam bibendi morum = BEe GGr. 𝔅𝔊1. mG Fort. 𝔊2. . . . 𝔎 + *ne inter ipsam bibendi moram tepescant.*

Sitim esse pulas = Ee. B = *Sitim istam non putes esse.* G𝔅 ... 𝔎 + *Sitim istam esse putas?*

10. *neque in cutem effuso* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *nec in cutem eff.* Col. = *fuso calore.* Fort. = *effuso colore.* probat Fortun. P3. = *patiens si intelligit omnia.*

Itaque nix ista in qua iam etiam natatis eo pervenit usu = Ee. B Bamb. = *Nix inquam ista iam eo assiduitatis pervenit usu.* Hanc scripturam vulgatae praefert Lud. Ianus. Fort. = *Nix inquam ista eo assiduitate pervenit, usu, et quotidiana.* P3. = *Itaque nix ista in qua etiam natatis* om. *iam.* G P4. Col. 𝔅 𝔊1. = *Itaque nix* [P4. = *vix*] *ista in qua etiam iam natatis.* Fortun. ci. 𝔊2. ... 𝔎 = ∾ *in qua etiam nunc* [*num*] *natatis.* P3. = *eo pervenit usque ad cotidiana stomachi servitute.* P4. = *eo assiduitate pervenit usu et quotidiana stomachi servitute.* 𝔅𝔊1. = *eo pervenit usu ad quotidianam stomachi servitutem.*

illa frigidius = BEeG 𝔅 . . . 𝔊. 𝔐 ... 𝔎 = *illi frigidius.* G = *Explicit lib' tercius.* 𝔊1. = *Libri quarti naturalium quaestionum finis.*

L. ANNAEI SENECAE
AD LUCILIUM
NATURALIUM QUAESTIONUM
LIBER V.

I. Uentus est fluens aer. Quidam ita definierunt, Uentus est aer fluens in unam partem: haec definitio uidetur diligentior, quia numquam aer tam inmobilis est, ut non in aliqua sit agitatione. Sic tranquillum mare dicitur, cum leuiter mouetur neque in unam partem inclinatur. Itaque si legeris,

Cum placidum uentis staret mare,

2 scito illud non stare, sed succuti leuiter et dici tranquillum, quia neque huc neque illo inpetum faciat. Idem et de aere iudicandum est, non esse umquam inmobilem, etiam si quietus sit. quod ex hoc intellegas licet. Cum sol in aliquem clausum locum infusus est, uidemus corpuscula minima in aduersum ferri,

B = *Incipit lib' Quartus.* E = *Incipit Licer V. naturalium questionum. de ventis.* G = *incipit lib' IIII9. de ventis et ortu ipsorum et de numero ipsorum et causis ipsorum.* 𝔅 = *Lucii Annei Senecae cordubensis naturalium liber quintus: in quo de ventis et aeris motu agitur. Foeliciter incipit.* 𝔈1. = *Lucii Annei Senecae Naturalium Quaestionum Liber Quintus, in quo de ventis et aeris motu agitur.* 𝔈2. . . . 𝔎 + *L. Annaei Senecae Ad Lucilium Naturalium Quaestionum Liber Quintus. In quo de ventis et aeris motu agitur* (𝔅2. — *Ad Lucilium*).

Cap. I.

B = *Ventus est aer fluens.* EeG = *ita diffinierunt,* ut solent fere. B Fort. P4. = *aer agitatus in unam partem.* EG P3. Col. 𝔅 ∾. B = *Haec differentia videtur dil.* G(cr.∾) = *quia nusquam aer.* G (cr.∾) = *in aliqua sit inagitatione.* G (n.) e 𝔅 + *non cum leviter.* *cum leviter movetur* = BEe. G𝔅 ... 𝔎 = *leviter commovetur.*

neque in unam partem = E. B G P3. 𝔅 ... 𝔎 = *nec in unam partem.* P4. = *nec nisi in unam partem.* Col. = *nec in unam partem declinatur.* B = *Itaque cum legeris.*

Cum placidum ventis. Virg. Ecl. II, 26. G (cr. ∾) = *Cum placidis ventis.* G (cr.∾) = *scio illud.* B = *sed conculi leniter.* G(cr.∾) = *sed siculi leviter.*

2. G(m∾) P4. Col. 𝔅𝔈1. = *et duci tranquillum* (𝔅𝔈1. + *tranquillum est*).

neque huc neque illo. Ita scribendum duco. E = *neque hoc neque illo.* B𝔅 = *nec hoc nec illo.* G = *nec huc* [s.m. *hoc*] *nec illum* (s.m. *illo*). 𝔈1. ... 𝔎 = *nec huc nec illo.*

inpetum faciat = Ee. BG𝔅 ... 𝔎 = *impetum capiat.* G = *Quid ex hoc intelligas.* 𝔅 = *intelligis licet.* B — *sol* ante *in aliquem.* P4. — *locum* post *clausum.* B — *videmus* ante *corpuscula.* P3. = *videmus*

alia sursum, alia deorsum uarie concursantia. Ergo ut parum diligenter conprehendet quod uult qui dixerit, Fluctus est maris agitatio, quia tranquillum quoque agitatur, at ille abunde sibi 3
cauerit cuius haec definitio fuerit, Fluctus est maris in unam partem agitatio: sic in hac re quam cum maxime quaerimus non circumscribetur qui ita se gesserit, ut dicat, Uentus est fluens aer in unam partem aut aer fluens inpetu aut uis aeris in unam partem euntis aut cursus aeris aliquo concitatior. Scio quid responderi pro definitione altera possit. Quid necesse est 4
adicere te, in unam partem fluens aer? Utique enim quod fluit in unam partem fluit. Nemo aquam fluere dicit, si tantum intra se mouetur, sed si aliquo fertur. Potest ergo aliquid moueri et non fluere: et e contrario non potest fluere nisi in unam partem. Sed siue haec breuitas satis a calumnia tuta est, hac utamur: siue aliquis circumspectior est, uerbo non parcat cuius adiectio cauillationem omnem poterit excludere. Nunc ad ipsam rem accedamus, quoniam satis de formula disputatum est.

huius corpuscula minima. G P4. Col. Scal. = *videmus corpuscula minima.* 𝔙 = *in adversa ferri.* G = *in adversum fieri.* Ee = *alia sursum varie concurrentia atque deorsum.* quod videtur fere recipiendum, modo *atque* mutetur in *alia.*

Ergo ut parum = Ee P3. Col. cod. Ops. 𝔙𝔅2. probant Grut. Opsop. BG 𝔈1. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 — *ut.* B = *comprehendent.* G 𝔙𝔈1. = *comprehendit.* B (s∾) — *qui* ante *dixerit.* G (m∾) 𝔙 — *Fluctus est maris agitatio ... cuius haec definitio fuerit.*

3. Ee — *quia tranquillum quoque ... Fluctus est maris in unam partem agitatio.* B = *cuius haec differentia fuerit.* mG = *qui dixerit, Fluctus est.*

sic in hac re quam cum maxime quaerimus = E𝔙. e = *sic in hac re quoque cum maxime quaerimus.* B = *sic in hac quoque quam nunc maxime quaerimus.* G (lit.) = *sic quoque in hac re quam cum maxime quaerimus.* 𝔈1. = *Sic in hac re de qua nunc maxime quaerimus.* 𝔈2. ... 𝔊 = *Sic in hac quoque re, de qua nunc maxime quaerimus.* 𝔐 ... 𝔎 = *Sic in hac quoque re, de qua cummaxime quaerimus.* Ee = *non circumscribitur.* G (cr.∾) = *quod ita se gesserit.* B = *Ventus est fluens in unam partem aer.*

aut aer fluens inpetu = BEe Memm. Nicot. G P3. 4. 𝔙 + *aut aer est fluens impetu.* Anic. Scal. Tronc. Chifl. + *aut est aer fluens impetu.* Col. „hic lineam transilit." 𝔈1. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 + *aut Ventus aer est fluens impetu.* B = *in unam partem fluentis.* B = *pro altera diffinitione possit.*

4. B = *te adicere in unam partem effluens aer.* B = *utique enim quod pluit.* 𝔙 — *enim.* B = *inter se movetur.* G𝔙 = *infra se movetur.* Ee + *aliquo loco fertur.* mG = *patet ergo aliquid moveri.* B = *Potest enim aliquid moveri.*

et e contrario = BEe mG 𝔙 ... 𝔊. G = *et e cerio.* 𝔐 ... 𝔎 = *at e contrario.* 𝔙 — *non* ante *potest fluere.* G (cr.∾) = *non in unam partem.*

Sed sive haec brevitas = BE Gr. 𝔊ro ... 𝔎. G = *Sed si non haec brevitas.* 𝔙 ... 𝔏4. = *Sed si haec br.*

sive aliquis = BE Gr. 𝔊ro ... 𝔎. 𝔙 ... 𝔏4. = *Si vero aliquis.* G = *sive aliquid.* B = *omnem posset excludere.* B = *de formula satis.* G (cr.∾) = *disputandum est.*

II. Democritus ait, *cum in angusto inani multa sint corpuscula* quae ille *atomos* uocat, *sequi uentum. At contra quietum et placidum aeris statum esse, cum in multo inani pauca sint corpuscula. Nam quemadmodum in foro aut uico, quamdiu paucitas est, sine tumultu ambulatur, ubi turba in angustum concurrerit, aliorum in alios inciden-*
2 *tium rixa fit: sic in hoc quo circumdati sumus spatio, cum exiguum locum multa corpora inpleuerint, necesse est alia aliis incidant et inpellant ac repellantur inplicenturque et conprimantur ex quibus nascitur uentus, cum illa quae conluctabantur incubuere et diu fluctuata ac dubia inclinauere se. At ubi in magna laxitate corpora pauca uersantur, nec arietare possunt nec inpelli.* III. Hoc falsum esse uel ex eo colligas licet, quod tunc minime uentus est, cum aer nubilo grauis est: atqui tunc plurima corpora se in angustum contulerunt et inde est spissarum nubium grauitas. Adice nunc, quod circa flumina et lacus frequens nebula est artatis coniectis-

Cap. II.

𝔙𝔈1. — *in* ante *angusto*. G = *cum in augusto inani*. B P4. = *cum in angusto v i a r u m.*

multa s i n t corpuscula = BEe. G𝔙 . . . 𝔎 = *multa s u n t corpuscula.* B = *at h o m a s.* EG 𝔙 = *at h o mos.* B = *quietum a d placidum.* P4. = *et placi t um.* P3. = *et p l i d i d u m.* B (s∾) = *in multo ina n a.* G (m∾) = *statum esse t a m inani.*

pauca s i n t corpuscula = BEeG (s.m.). G 𝔙 . . . 𝔎 = *pauca s u n t corpuscula.* G = *turba in a u gustum.*

c o n c u r r e r i t = Ee. BG Gr. cod. Ops. Anic. Scal. Verd. 𝔐an 𝔊ro . . . 𝔎 = *concur r i t.* 𝔙 . . . 𝔏4. (exc. 𝔐an) = *c u c u r r i t.* G(s∾) = *rixa e s t.*

2. B = *necesse est aliis alia incit e n tur.*

et inpell a n t ac repellantur = Ee G. B = *ac impella n t u r et repellant.* 𝔙 . . . 𝔎 = *et impellan t u r ac repellan t.* B = *a c diu fluctu a n t i a dubia se inclinavere.* Fort. = *et diu fluctua n t i a.* B Fort. = *nec a r t a r i* [*a r c t a r i*] *possunt nec impelli.*

Cap. III.

quod tunc minime ventus est = Ee G Gr. 𝔙𝔈1. B = *quod i n t e r i m ventus minime est.* 𝔈2. . . . 𝔅1. 𝔑u 𝔎 + *quod tunc i n t e r i m minime ventus est.* 𝔅2. = *quod i n t e r i m minime ventus est.* probat Grut. Opsop. In uno m. s., inquit, deest *tunc*, in altero *interim*. Deleatur alterutrum. unde Grut. finxit in Memmiano defuisse *tunc*, in Nicotiano *interim*. Immo hic cum nostro B, ille cum E solent concordare. B + *cum a e r in nubilo.*

contuler u n t = BEeG. 𝔙 . . . 𝔎 = *contul e r e.* Ruhk. ci. = *cont u d e r e.* sed ipse reprobat.

et inde est spis s a r u m nubium gravitas = Ee sG P3. Scal. Trist. Tronc. G P4 Col. 𝔙𝔈1. = *inde est spiss i o r nubium gravitas.* 𝔈2. ... 𝔏4. = *et inde spiss i o r nubium gravitas est.* B Fort. 𝔐an = *et inde est spiss a t a rum nubium gravitas.* 𝔊ro . . . 𝔎 = *et inde spiss a t a rum nubium gravitas est.* Opsop. M. ss. duo, inquit, una cum Fortunati libris, *et inde est spissatarum* (vel *spissarum*) *nubium gravitas.* unde rursus colligitur in Memm. fuisse *spissarum*, in Nicot. *spissatarum.*

artatis con i e c t i sque corporibus =

que corporibus neque tamen uentus est. Interdum uero multa caligo effunditur, ut conspectum in uicino stantium eripiat. quod non eueniret, nisi in paruum locum corpora se multa conpellerent: atqui nullum tempus magis quam nebulosum caret 2 uento. Adice nunc, quod e contrario euenit, ut sol matutinum aera spissum et humidum ortu suo tenuet: tunc surgit aura, cum datum est laxamentum corporibus et stipatio illorum ac turba resoluta est. IV. Quo modo ergo, inquis, fiunt uenti, quoniam hoc modo negas fieri? Non uno modo: alias enim terra ipsa uim magnam aeris eicit et ex abdito spirat, alias cum magna et continua ex imo euaporatio in altum egit quae emerserat, inmutatio ipsa halitus mixti in uentum uertitur. Illud enim neque ut credam mihi persuaderi potest neque ut taceam: quomodo in nostris corporibus cibo fit inflatio quae non sine magna

Ee. BG P4. Col. 𝔚 ... 𝔏4. = *arctatis coniunctisque corporibus.* mG Fort. P3. codd. Ops. 𝔊ro ... 𝔎 = *arctatis congestisque corp.*

neque tamen = Ee. BG 𝔚 ... 𝔎 = *nec tamen.* G(cr. ∾) = *Interdum nec.*

multa caligo effunditur = BEeG 𝔚. Anic. Verd. + *tam multa caligo eff.* 𝔈1. ... 𝔎 = *tanta caligo eff.* (𝔅1. 2. = *offunditur*). B = *ut aspectum.* G (s∾) = *quod non evenit.*

2. G (s.m.) = *At quem nullum tempus magis.* G (n.) + *Adice nunc quod est.*

quod e contrario evenit = Ee. BG𝔚 ... 𝔎 = *quod e contrario venit.* B = *aera scissum et humidum.* B = *tenuet. consurgit ut cum datum laxamentum corp. et stipatio illa ac turba.* 𝔈1. = *et constipatio illorum.*

Cap. IV.

Quo modo ergo, inquis, fiunt venti, quoniam hoc modo negas fieri = E. e = ∾ *quum* [E habet *qm̃*] *hoc modo* ∾. G = *Quomodo inquis ergo venti fiunt, quoniam hec* [hoc in lit.] *negas fieri.* P3. Memm. = *quoniam haec negas fieri?* Col. = *Quomodo hoc negat fieri?* B = *Quomodo ergo inquis venti fiunt quos non negas fieri?* 𝔚 = *Quomodo inquis ergo venti fiunt. Quomodo ergo negas fieri?* 𝔈1. ... 𝔎 = *Quomodo, inquis, venti fiunt,* [P4. =] *quos non negas fieri?*

vim magnam aeris = Ee. BG 𝔈1. ... 𝔎 = *magnam vim* [G p. m. *vis*] *aeris.* P3. = *Alias enim alia vis aeris tempora magna eicit.* P4. = *alias enim terram ipsam magna vis aeris eicit.* Col. = *alias enim tempora ipsa* [= G p. m.] *magna vis aeris eiecit.* 𝔚 = *Alio enim tempora magna vis aeris eiicit.* B — *ex* ante *abdito.* B = *alia cum magna.*

in altum egit quae emerserat = EG𝔚. 𝔈1. ... 𝔏4. = *in altum agit quae merserat.* B Fort. codd. Ops. Brit. 𝔑u 𝔎 = *in altum egit quae emiserat.* probat Gron. 𝔊ro ... 𝔅2. = *in altum agit quae emiserat.* P3. = *vaporatio in altum egit, quae emiserat.* P4. = *evaporatio in altum agit, quo emiserat.* Col. = *alias cum magna tonitrua et eximia et vaporatio in altum egit, quae emiserat ymitatio. Ipsa.* Pinc. ci. = *in altum agit, quae mersa erant.* probat Fromond. Magis placeret *quae emerserant.* G (s. m) Fort. codd. Ops. = *mutatio ipsa.* BG = *alitus mixti.* P3. Col. 𝔚𝔈1. = *alicuius mixti.*

neque ut credam . . . neque ut taceam = Ee. B = *ut credam . . . nec ut taceam.* G 𝔚 ... 𝔎 = *nec ut credam . . . nec ut taceam.*

cibo fit = BEG𝔚. 𝔈1. ... 𝔎 +

narium iniuria emittitur et uentrem interdum cum sono exone-
2 rat, interdum secretius: sic putant et hanc magnam rerum na-
turam alimenta mutantem emittere spiritum. Bene nobiscum
agitur, quod semper concoquit: alioquin inmundius aliquid ti-
meremus. Numquid ergo hoc uerius est dicere multa ex omni
parte terrarum et adsidua ferri corpuscula, quae cum coaceruata
sunt, deinde extenuari sole coeperint, quia omne quod in an-
gusto dilatatur spatium maius desiderat, uentus exsistit?
V. Quid ergo? hanc solam esse causam uenti existimo, aqua-
rum terrarumque euaporationes? ex his grauitatem aeris deinde
solui inpetu, cum quae densa steterant ut est necesse extenuata
nituntur in ampliorem locum? Ego uero et hanc iudico. Ce-
terum illa est longe ualentior ueriorque habere aera naturalem
uim mouendi se neque aliunde concipere, sed inesse illi ut alia-
2 rum rerum ita huius potentiam. An hoc existimas, nobis quidem
datas uires quibus nos moueremus, aera autem relictum inertem

ex cibo fit. 𝔅 = *inflatoque non.* B 𝔈1. — *narium.* P4. = *magna iniuria virium vel narium.* E(s∾) e(s∾) = *non sine magna narium angustia.* G Fort. P3. Col. 𝔅 ∾. G (m ∾) — *interdum cum sono exonerat.*

2. G = *alimenta mutante.* Ee = *cum quod semper concoquitur sic emittit, immundius aliquid timeremus.* Unum ex. Ermi = *quum quod, semper concoquit sic emittit.* G (n.) Col. + *cum quod semper concoquit* ∾. P3. 𝔅 = *cum quod semper excoquit. aliquando immundis* [𝔅 = *immundius*] *aliquid.* P4. = *cum quod semper quicquid alioquin imm.* B = *concoquit ne quid immundius aliquid timeremus.* 𝔈1. . . . 𝔏4. = ∾ *excoquit* ∾. *concoquit* erat etiam in Fort. Anic. codd. Ops. Sed locum sanum non esse arbitror. B — *ergo* post *Numquid.* G (m∾) P3. Col. 𝔅 𝔈1. = *et assidua fieri corpuscula.* B = *extenuari sole coeperunt.* G (m∾) = *quia omne quod magnitudo dilatatur.* G𝔅 = *spatium magis desiderat.*

Cap. V.

sG = *Quod ergo.* 𝔈1. = *Quin ego hanc solam.* G = *causam esse.*

existimo = BEeG Gr. 𝔅𝔈1. probat fere Grut. Fort. 𝔈2. ... 𝔎 = *existimas.* B = *terrarumque vaporationes.*

ex his gravitatem aeris deinde solvi = EeG P3. Col. 𝔅. B P4. 𝔈1. ... 𝔎 + *Ex his gravitatem aeris fieri, deinde solvi.* Gr. 𝔅 = *cumque densa steterant.* 𝔈1. = *cumque densa steterint.* ℜu 𝔎 = *cum quae densa stent.* Iam hic locus probare poterit Ruhkopfii negligentiam. Cum enim Gruterus scripsisset haec, „*cum quae densa stet.* etc.) ita emendavit Fort. antea erat, *cumque densa st.* quomodo adhuc mei tres“: Ruhkopfius, „*stent.* Reducendum, inquit, hoc e codd. putavi cum Grutero, qui recte improbabat, quod Fortunatus *steterat* ex ingenio mutaverat: unde *steterant* omnes edd. invaserat.“

longe valentior veriorque = BE Gr. G + *Ceterum et illa* [= Scal.] *est longe causa valentior veriorque.* 𝔅 𝔈1. = *Ceterum et illa est longe verior causa valentiorque.* 𝔈2. ... 𝔎 = *Ceterum illa est longe verior causa valentiorque.* B = *aera habere.*

neque aliunde = E. BG 𝔅 ... 𝔎 = *nec aliunde.*

2. B — *An hoc.* 𝔅 = *An hic.* G Gr. 𝔅 = *quidem nobis.* 𝔈1. — *quidem.*

datas vires quibus = Ee. BG 𝔅

et inagitabilem esse? cum aqua motum suum habeat etiam uentis quiescentibus: non enim aliter animalia edere posset. Muscum quoque innasci aquis et herbosa quaedam uidemus summo earum innatantia. VI. Est ergo aliquid in aqua uitale. De aqua dico? ignis qui omnia consumit quaedam creat et quod uideri non potest simile ueri, sed tamen uerum est animalia igne generari. Habet ergo uim aliquam talem aer et ideo modo spissat se, modo expandit se et purgat et alias contrahit, diducit ac differt. Hoc ergo interest inter aera et uentum quod inter lacum et flumen. Aliquando per se ipse sol causa uenti est fundens rigentem aera et ex denso coactoque explicans. VII. In uniuersum de uentis diximus, nunc uiritim incipiamus illos excutere: fortasse adpa-

... 𝔎 + *datas vires esse, quibus.* G(s.m.) = *nos moveremur.*

relictum inertem et inagitabilem esse = EeG. B — *esse.* 𝔙𝔈1. + *relictum et inertem et inagitabilem esse.* 𝔈2. ... 𝔅1. = *aera autem inertem, inagitabilem relictum esse?* 𝔅2. ... 𝔎 = *inertem et inagitabilem relictum esse.* Etiam codd Ops. Gr. = *et inagitabilem.* B — *suum* post *motum.* G 𝔙 = *et ventis.*

non enim aliter = Ee. BG 𝔙 ... 𝔎 = *nec enim aliter.* B codd. Ops. = *animalia ederet* (B + *et muscum*). P4. — *animalia.* G P3. Col. 𝔙 = *edere possent.* P3. = *et herbora quaedam videremus.* B Fort. P4. + *quaedam quae videmus.* EG Col. 𝔙 ∾.

summo earum innatantia = Ee P3. B = *summo natantia.* G𝔙 ... 𝔎 — *earum.*

Cap. VI.

B = *in aqua aliquid.*

quaedam creat = BEeG 𝔙𝔈1. Anic. Scal. Tronc. 𝔈2. ... 𝔎 + *quaedam etiam creat.* G (m∾) = *possunt simile veri.* B = *veri simile.*

tamen verum est = EeG P3. Col. 𝔙. probat Gron. B P4. 𝔈1. ... 𝔎 + *sed tamen verum est.*

animalia igne generari = EeG Gr. 𝔙𝔈1. 𝔐u 𝔎. probat Gron. B = *animalia igne creari.* Fort. 𝔈2. ... 𝔅2. = *animalia igne generantur.* probat Grut. Idem laudat ex antiquitus cusis nescio quibus *animalia igne aliquando generari.*

Habet ergo vim aliquam talem aer = Ee. B = *Habet quoque aer aliam vim talem.* G𝔙 ... 𝔎 = *Habet ergo aliquam vim talem aer.*

modo spissat se, modo expandit se = BEe 𝔙 ... 𝔖. G = *modo spissat se modo spandit se.* P3. = *modo inspissat.* P4. = *modo spissat se modo exspissat.* 𝔐 ... 𝔎 — *se* post *expandit.*

et alias contrahit, diducit ac differt = Ee 𝔈1. ... 𝔖. B + *et alias contrahit ac diducit ac differt.* G = *et alia contrahit deducit* [hoc cr.∾] *ac differt.* P3. Col. = *et alia contrahit diducit ac differt.* P4. = *et alia contrahit et diducit ac differt.* 𝔙 = *et alia contrahit deducit et differt.* 𝔐 ... 𝔎 = *alias contrahit, alias diducit ac differt.* B — *ergo* ante *interest.* G (m∾) = *Alioquin per se.* B = *Aliquando per se ipsum solum causa est venti.* EG (m∾) P4. Col. 𝔙 = *per se ipse, solum causa venti est.* P3. = *per se ipse solum causam.* 𝔈1. = *per se ipsum solum causa venti est.* Fort. ∾. Anic. = *findens rigentem aera.*

Cap. VII.

nunc viritim incipiamus = BEe P3. 𝔅2. G Col. 𝔙 = *Nunc iterum incipimus illos excutere.* P4. = *Nunc iterum ille virium incipiamus illos excutere.* Fort. = *Nunc viritim incipiemus illos describere.* 𝔈1. = *Nunc iterum incipiemus illos excutere.* 𝔈2. ... 𝔅1. 𝔐u 𝔎 = *nunc viri-*

rebit quemadmodum fiant, si adparuerit quando et unde procedant. Primum ergo antelucanos flatus inspiciamus qui aut ex fluminibus aut ex conuallibus aut ex aliquo sinu feruntur. Nullus ex his pertinax est, sed cadit fortiore iam sole nec fert ultra terrarum conspectum. Hoc uentorum genus incipit uere nec ultra aestatem durat et inde maxime uenit ubi aquarum plurimum et montium est. Plana licet abundent aquis, carent aura, hac dico quae pro uento ualet. VIII. Quomodo ergo talis flatus concipitur quem Graeci Ἐγκολπίαν uocant? Quicquid ex se paludes et flumina remittunt, id autem et multum est et adsiduum, per diem solis alimentum est: nocte non exhauritur et montibus inclusum in unam regionem colligitur. Cum illam inpleuit et iam se non capit, exprimitur aliquo et in unam partem procedit: hic uentus est. Itaque eo incumbit quo liberior exitus inuitat et loci laxitas in quam coaceruata decurrant. Huius rei
2 argumentum est, quod prima noctis parte non spirat: incipit enim fieri illa collectio quae circa lucem iam plena est. onerata

tim incipiemus illos excutere. B = *Fortasse quemadmodum flabit apparebit.* Ee = *antelucanos fluctus inspiciamus.* G (cr. ∾) 𝔅 = *antel. flatus incipiamus.* B — *ex* ante *conuallibus* et ante *aliquo.*

nec fert ultra = BE P3. Col. codd. Ops. 𝔅. G P4. 𝔈1. ... 𝔎 = *nec fertur ultra.*

terrarum conspectum = EG P4. Col. Anic. Scal. Chifl. 𝔅𝔈1. B P3. 𝔈2. ... 𝔎 = *terrarum adspectum.* Codd. Ops. = *aspectum*, sive *conspectum.* B = *Hoc genus uentorum.* B = *non ultra aestatem.* G (cr. ∾) = *aetatem.* B = *plurimum aquarum montiumque est. Plena.*

carent aura = BEe Gr. codd. Ops. G𝔅 ... 𝔎 + *tamen carent aura.*

Cap. VIII.

B = *quem Graeci elicolpiam vocant.* E P3. = *quem Graeci encolpiam vocant.* G (lit.) = *quem Graeci encolphiam vocant.* P4. = *quem Graeci eurolpiam vocant.* Col. = *quem Graeci eucolpiam vocant.* 𝔅 = *quem Graeci eucophiā vocant.* 𝔈1. = *quem Graeci εὐκοπίαν vocant.* Fort. ∾.

et flumina remittunt = BEesG Anic. Scal. Tronc. G 𝔈1. ... 𝔎 = *et flumina emittunt.* 𝔅 = *et flumina mittunt.* B — *solis* ante *alimentum.* G (s∾) — *est* post *alimentum.*

nocte non exhauritur et montibus inclusum = B (s.m.) EeG P3. B𝔅 — *non* ante *exhauritur.* 𝔈1. = *nocte exhauritur montibus inclusum* om. *non* atque *et.* P4. = *nocte non exhauritur, montibus inclusum.* Col. = *nocte non exhauritur et montibus interclusum.* Fort. 𝔈2. ... 𝔎 = *nocte non exhauritur, sed montibus inclusum.* G (n.) Gr. 𝔅𝔈1. + *et in unam regionem.* B = *colligatur.* B — *iam* ante *se non capit.*

exprimitur aliquo = EeG P3. Anic. Tronc. Chifl. 𝔅. Col. = *exprimitur et unam procedit* rell. om. B P4. 𝔈1. ... 𝔎 + *sed exprimitur aliquo.* G (n.) Gr. + *Itaque in eo.* B = *quo liberior exit.*

in quam coacervata decurrant = EeG Gr. Anic. Scal. Verd. 𝔅𝔈1. B = *in quam coacervatam incurrant.* 𝔈2. ... 𝔎 = *in quam coacervata incurrant.*

2. P3. = *prima noctis parte non inspirat.*

incipit enim fieri illa collectio = Ee

quaerit quo defluat et eo potissimum exit ubi plurimum uacui est et magna ac patens area. Adicit autem ei stimulos ortus solis feriens gelidum aera. Nam etiam antequam adpareat, lumine ipso ualet et nondum quidem radiis aera inpellit, iam tamen lacessit et inritat luce praemissa. Nam cum ipse processit, alia 3
superius rapiuntur, alia distrahuntur tepore: ideo non ultra matutinum illis datur fluere. omnis illorum uis conspectu solis exstinguitur. etsi uiolentiores flauere, circa medium tamen diem relanguescunt nec usquam usque in meridiem aura producitur. Alia autem inbecillior ac breuior est, prout ualentioribus minoribusue collecta causis est. IX. Quare tamen tales uenti uere et aestate ualidiores sunt? leuissimi enim cetera parte anni neque qui uelum inpleant surgunt. Quia aer aquosus est, ex pluribus aquis locisque ob humidam coeli naturam saturis et redun-

G𝔅. B𝔈1.... 𝔎 + *Incipit enim fieri tunc illa collectio.*

onerata quaerit quo defluat = EeG 𝔅. B 𝔈1.... 𝔎 + *et onerata quaerit quo def.*

et magna ac patens area = E m𝔈1. ci. Fortun. 𝔈2.... 𝔎. B = *et magno patens aere.* Fort. = *et magno potens aere.* G Col. 𝔈1. = *et magna ac patens aera.* 𝔅 = *et magna ac potens cui aera.* P3. = *et magna ac parens area.* P4. = *et magna patens aera.* EeG 𝔅 = *eis stimulos.* G = *Nam antequam etiam.* Col. = *appareant lumina, ipso valet.* P3. = *luminis ipso valet.*

radiis aera inpellit = BEe. 𝔅 = *et nondum quod aera ostendit radiis impellit.* G 𝔈1.... 𝔎 = *aera radiis impellit.* B = *inmutat luce praemissa.*

3. *Nam cum ipse processit* = E ci. Fortun. 𝔈2.... 𝔎. BG Fort. Gr. 𝔅 𝔈1. = *Nam cum ipse praecessit.*

alia distrahuntur tepore = Ee Britan. B = *alia demittuntur terrae.* Fort. = *alia diffunduntur terrae.* G — *alia distrahuntur.* mG 𝔈1. = *alia finiuntur tepore.* mG (tert. m.) Fortun. ci. 𝔈2. ... 𝔎 = *alia diffunduntur tepore.* P3. = *alia diffiniuntur tempore.* P4. = *alia dimittuntur terrae.* Col. 𝔅 = *alia finiuntur tempore.*

illis datur fluere = BEeG Fort. P4. Col. codd. Ops. Anic. Trist. 𝔅𝔈1. 𝔅2.... 𝔎. B = *illis fluere datur.* P3. — *datur.* Fortun. ci. 𝔈2.... 𝔅1. = *illis datur flare.* B + *in conspectu solis.*

etsi violentiores = Ee. B = *etiamsi insolentiores.* G𝔅... 𝔎 = *etiamsi violentiores.* B = *circa mediam tamen diem.* G(m∾) — *diem.*

nec usquam usque = Ee sG. BG 𝔅... 𝔎 = *nec umquam usque.* P3. = *aura perducitur.* P3. Col. = *Alia autem becillior.* B = *aut brevior est.* G = *et brevior est.*

Cap. IX.

G (m∾) = *certa parte.*

neque qui velum impleant = Ee. BG (s.m.) 𝔈1.... 𝔎 = *nec qui vela impleant.* G 𝔅 = *nec quia vela impleant.*

Quia aer aquosus est, ex pluribus aquis locisque. Ita scribendum videtur. B = *Quod aer vere aquosus est ex pluribus locis aquis ad humidam coeli naturam.* Ee = *Quia aer aquosū est.* G = *Quia ver aquosus* [s. m. *aquosum.* m *aer aquosus*] *est et in plurimis aquis locisque.* Fort. P4. + *Quia vere aer aquosus est et ex pluribus.* P3. Col. 𝔅 = *Quia ver aquosus est, ex plurimis aquis locisque.* 𝔈1. = *Quia ver aquosius est, et plurimis locis ob humidam coeli naturam.* Atque ipse olim su-

dantibus maior euaporatio est. At quare aestate profunditur? quia post occasum solis remanet diurnus calor et magna noctis parte perdurat: qui euocat exeuntia ac uehementius trahit quicquid ex his sponte reddi solet. deinde non tantum habet uirium,
2 ut quod euocauit absumat. Ob hoc diutius corpuscula emanare solita et efflari: terra ex se atque aqua humorem mittunt. Facit autem uentum sol ortus non calore tantum, sed etiam ictu. Lux enim, ut dixi, quae solem antecedit nondum aera calefacit, sed percutit tantum: percussus autem in latus cedit, quamquam ego ne illud quidem concesserim lucem ipsam sine calore esse, cum ex calore sit. Non habet forsitan tantum teporis quantum tactu adpareat: opus tamen suum facit et densa diducit ac tenuat.
3 Praeterea loca quae aliqua iniquitate naturae ita clausa sunt, ut solem accipere non possint, illa quoque nubila et tristi luce calefiunt et per diem minus quam noctibus rigent. Etiamnunc natura calor omnis abigit nebulas et a se repellit: ergo sol quoque idem facit et ideo, ut quibusdam uidetur, inde flatus est

spicabar a librario emendaturo vocem *aquis* esse adscriptam. 𝔈2. . . . 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *Quia ver aquosius est, et ex plurimis aquis locisque* [𝔏 . . . 𝔎 = *locisve*] *ob humidam c. n.* 𝔅2. = *Quia vere aer aquosus est, et ex plurimis aquis, locis ve.* B = *malorum est evaporatio. Et quare.* B = *post solis occasum.* G(cr. ∾) 𝔅𝔈1. = *remanet diuturnus calor.* Fort. = *remanet diuturno* [?] *calor.* BE Fortun. ci. ∾. B = *ut quod collocavit absumat.* E (s∾) = *ut quod evocat absumat.* G(s∾) = *ut quod evocavit assumat.*

2. B = *corpuscula diutius.*

emanare solita et efflari = EG Gr. 𝔊ro . . . 𝔎. B — *emanare . . . terra.* 𝔅 = *emanare solita et afflari.* 𝔈1. ... 𝔏4. = *emanare solita et efflare.*

terra ex se atque aqua humorem mittunt = Ee. B = *atque ex se humorem mittit* (om. *terra*). G = *terra ex se atque humorem* [s. m. *humor*] *mittit.* P3. Col. 𝔅𝔈1. = *terra ex se atque humorem mittit.* P4. = *terra atque ex se humorem mittit.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *terra ex se atque humorem emittit.* 𝔐 ... 𝔎 = *terra ex se atque humor emittit.* B — *sol* ante *ortus.* G = *sol ortu.* Fort. P3. 𝔅 = *solis ortus.* Col. = *Facit autem sol ventum* om. *ortus.* E P4. ∾. G(s.m.) = *percussu autem.* B = *nec illud concesserim* om. *quidem.*

cum ex calore sit = BEeG P4. 𝔅 𝔈1. P3. — *sit.* Col. = *cum ex calore fit.* 𝔈2. . . . 𝔎 = *cum ex calore fiat.* BG(m∾) = *tantum temporis.*

quantum tactu adpareat = BEeG 𝔅 . . . 𝔊. Scal. = *quam ut tactu appareat.* 𝔐 ... 𝔎 = *quantum actu appareat.* B = *Opus enim suum facit.* BG (s∾) = *deducit ac tenuat.*

3. G = *accipere non possunt.* Ee = *illa nebulo quoque et tristi luce.* Fortun. ci. = *et illa quoque nebula et tristi luce* B = *Et nunc natura caloris ambigit nebulas.* G(cr. ∾) = *ambigit nebulas.* B = *Ergo sol idem quoque.*

et ideo, ut quibusdam videtur, inde flatus est unde sol = EeG P3. Col. Anic. Scal. Dal. 𝔅𝔈1. B = *et ideo quibusdam videtur esse sol* rell. om. Fort. P4. 𝔈2. ... 𝔎 = *Et ideo quibusdam videtur, inde flatus esse, unde sol.* Koeler putat intra *videtur* et *esse* excidisse *semper* Particulam.

unde sol. Hoc falsum esse ex eo adparet, quod natura in omnem
partem aera uehit et contra ortum plenis uentis nauigatur: quod
non eueniret, si semper uentus ferretur a sole. X. Etesiae
quoque qui in argumentum a quibusdam aduocantur non nimis
propositum adiuuant. Dicam primum quid illis placeat, deinde
cur displiceat mihi. *Etesiae, inquiunt, hieme non sunt, quia
breuissimis diebus sol desinit, priusquam frigus euincatur:
itaque niues et ponuntur et durant. Aestate incipiunt flare,
cum etiam longius extenditur dies et recti in nos radii di-
riguntur. Ueri ergo simile est concussas calore magno
niues plus humidi efflare. item terras exoneratas niue re-
tectasque spirare liberius. ita plura ex Septemtrionali* 2
*parte coeli corpora exire et in haec loca quae sunt submis-
siora ac tepidiora deferri. sic inpetum Etesias sumere:
et ob hoc a solstitio illis initium est, ultra ortum Caniculae
non ualent, quia iam multum e frigida coeli parte in hanc
coniectum est. ac sol mutato cursu in nostra rectior ten-*

P3. = *Hoc frigidum esse ex eo apparet.*

quod natura in omnem partem aera vehit = Ee. 𝔙 = *quod natura in omnem partem aeris vehit.* B = *quod aura in omnem partem venit et inter ortum.* G𝔈1.....𝔎 = *quod aura in omnem partem vehit.*

plenis ventis navigatur = BEG Fort. P4. Col. 𝔙𝔈1. 𝔑u 𝔎. P3. = *planis ventis navigatur.* mG Fortun. ci. 𝔈2....𝔙2. = *plenis velis navigatur.* sG + *quod dum non eveniret.* B = *ventus a sole ferretur.*

Cap. X.

BE𝔙 = *Ethesiae quoque* [Gr. 𝔈1. =] *quae in argumentum.* B = *advocantur a quibusdam.* Fort. P4. Col. 𝔙𝔈1. = *non minus propositum adiuvant.* BEG P3. Fortun. ci. ∞. B = *cur mihi displiceat.* G (cr. ∞) = *hiemes non sunt.*

itaque nives et ponuntur et durant = BEeG. 𝔙 = *Itaque nives componuntur* [= P3.] *et durant.* 𝔈1.... 𝔎 = *Itaque nives et ponuntur* [= P4. Col.] *et durantur.* Pinc. ci. = *Itaque nives et reponuntur.*

cum etiam longius = E. BG𝔙... 𝔎 = *cum et longius.* B — *et* ante *recti.* E = *radii d'riguntur* (i. e. *deriguntur*). sG = *veri quoque simile est.* B = *Item terrasque* [m *exhoneratas nive relectas*] *spirare liberius.* Ee = *oneratas nive* G(s∞) = *tectasque.*

2. *ita plura ex Septemtrionali* = BEeG P3. 4. Col. 𝔙𝔈1. = *Item plura ex Septemtrionali.* 𝔈2....𝔎 = *Itaque plura ex S.* B — *haec* ante *loca.*

quae sunt submissiora ac tepidiora = EeG. Col. 𝔙 𝔊ro... 𝔎 = *quae submissiora ac tepidiora sunt.* B = *quae sunt remissiora ac tepidiora.* P3. = *quae sunt submissiora deferri* rell. om. P4. 𝔈1....𝔏4. = *quae remissiora ac tepidiora sunt.* Etiam Pinc. v. l. = *submissiora.* G = *differri.* Col. 𝔙 = *Sic ipse enim Etesias sumere.* P3. = *Sic ipse enim Etesias* om. *sumere.*

a solstitio illis initium est = EG𝔙 ... 𝔙1. 𝔑u 𝔎. B — *a* ante *solstitio.* Brit. 𝔙2. = *solstitium illis initium est.* quod, quasi elegantius sit, probat Gron.

ultra ortum Caniculae = Ee. B = *ultraque ortum cuniculae.* G𝔙 ... 𝔎 + *ultraque ortum Caniculae.* G (cr. ∞) = *multum est frigida.*

in hanc coniectum est = Ee.

ditur et alteram partem aeris adtrahit, aliam uero inpellit. Sic ille Etesiarum flatus aestatem frangit et a mensium feruentissimorum grauitate defendit. XI. Nunc quod promisi dicendum est, quare Etesiae uos non adiuuent neque quicquam huic conferant causae. Dicimus ante lucem auram incitari, eamdem subsidere, cum illam sol adtingit. Atqui Etesiae ob hoc *somniculosi* a nautis et *delicati* uocantur, quod, ut ait Gallio, *mane nesciunt surgere:* eo tempore fere incipiunt prodire quo ne pertinax quidem aura est. quod non accideret, si ut auram ita illos sol conmoueret. Adice nunc, quod si causa illis flatus est diei spatium ac longitudo, etiam ante solstitium flarent, cum longissimi dies sunt et cummaxime niues tabescunt. Iulio enim mense iam despoliata sunt omnia aut certe admodum pauca iacent adhuc sub niue. XII. Sunt quaedam genera uentorum quae ruptae nubes et in pronum solutae emittunt: hos

BG 𝔅 ... 𝔎 = *in hanc egestum est. ac sol mutato cursu in nostra rectior tenditur* = EeG 𝔅. B = *ac sol mutato cursu in ar'a rectior tenditur.* P3. = *ac Sol mactato cursu in nostra rectior tenditur.* P4. Col. 𝔈1. ... 𝔖 = *Ac sol mutato cursu in nostram rectior tenditur.* Bong. ci. = *tendit.* 𝔐 ... 𝔎 = *At sol mutato cursu in nostram rectior tenditur.* Pinc. (qui hunc locum vitiatissimum dicit) ci. = *ac sol mutato cursu nostra regione cedit.* Fromond. ci. = *At sol rectior mutato cursu a nostra avertitur. alteram partem aeris attrahit, aliam vero impellit.* B P3. Koeler ci. = *alteram vero impellit.* B = *ille etesiarum status* ∞ *ferventissima gravitate.*

Cap. XI.

G (cr. ∞) = *quod promissi.*

quare Etesiae vos non adiuvent = Ee. G 𝔅𝔈1. = *quare Etesiae nos non adiuvent.* B P3. 4. = *quare Etesiae nos adiuvent.* 𝔈2. ... 𝔅1. 𝔐u 𝔎 = *quare Etesiae illos non adiuvent.* Col. 𝔅2. — *vos.* probat Grut.

neque quicquam = E. BG 𝔅 ... 𝔎 = *nec quicquam.* B = *conferam huic causae.*

Dicimus ante lucem auram incitari = BEeG Gr. codd. Ops. 𝔅𝔈1. Fort. 𝔈2. ... 𝔎 = *Dicimus autem luce auram incitari.*

eamdem subsidere = B P4. codd. Ops. EeG P3. Col. 𝔅 ... 𝔎 = *tandem subsidere.*

cum illam sol adtingit = Ee. B = *cum illam sol attinget.* G 𝔅 ... 𝔎 = *cum illam sol attigit.*

eo tempore fere incipiunt = BEeG 𝔅 ... 𝔖. 𝔐 ... 𝔎 — *fere.* sG = *incipiunt surgere.*

si ut auram = EeG P4. P3. Col. = *si ut aura.* B𝔅 ... 𝔎 = *si ut auras.* B — *ita illos* (in m *illos* tantum suppletur).

sol conmoveret = EeG P4. Col. 𝔅 ... 𝔏 𝔍u ci. Koeler. P3. = *sol amoveret.* B Fort. 𝔏4. ... 𝔎 = *sol comminueret.* B = *si. causa flatus est illis.* G = *si tam illis flatus est.*

diei spatium = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *spatium diei.* G 𝔅 = *et ante solstitium.* Ee + *non flarent.* B = *dies tabescunt.*

despoliata sunt = Ee. B P3. 𝔅 ... 𝔎 = *dispoliata sunt.* G P4. Col. = *disposita* [sG = *deposita*] *sunt.* mP4. = *discooperta sunt.*

Cap. XII.

G (m ∞) = *et in pronum sonum.*

emittunt = BE cod. Ops. Trist. ci. Fortun. 𝔖ro ... 𝔎. G P3. Col. 𝔅 ... 𝔏4. = *praemittunt.* P4. = *praee-*

Graeci uentos Ἐκνεφίας uocant. qui hoc, ut puto, modo fiunt:
cum magna inaequalitas ac dissimilitudo corporum quae uapor
terrenus emittit in sublime eat et alia ex his corporibus sicca
sint, alia humida: ex tanta discordia corporum inter se pugnan-
tium, cum in unum conglobata sunt, uerisimile est quasdam ca-
uas effici nubes et interualla inter illas relinqui fistulosa et in
modum tibiae angusta. His interuallis tenuis includitur spiritus 2
qui maius desiderat spatium, cum euerberatus cursu parum li-
bero incaluit et ob hoc amplior fit, scinditque cingentia et erum-
pit in uentum qui fere procellosus est, quia superne demittitur
et in nos cadit uehemens et acer, quod non fusus neque per aper-
tum uenit, sed laborat et iter sibi ui ac pugna parat. Hic fere 3
breuis flatus est. quia receptacula nubium per quae ferebatur ac
munimenta perrumpit, ideo tumultuosus uenit, aliquando non
sine igne ac sono coeli. Hi uenti multo maiores diuturnioresque
sunt, si alios quoque flatus ex eadem causa fluentes in se abs-
tulerunt et in unum confluxere plures: sicut torrentes modicae
magnitudinis eunt, quamdiu separatis suus cursus est, cum uero 4
plures in se aquas conuerterunt, fluminum iustorum ac peren-
nium magnitudinem excedunt. Idem credibile est fieri et in pro-
cellis, ut breues sint quamdiu singulae sunt: ubi uero sociauere

mittunt. B = *egnephios vocant.* E = *ecnephias vocant.* G = *ethnephias vocant.* 𝔅 = *etnephyas vocant.* 𝔈1. = *aetnaephas vocant.* B = *qui ut puto hoc modo fiunt.* G (cr. ∾) = *sicca sunt.* G — *est* post *verisimile.* EG 𝔅 = *quasdam causas* [E = c̄as] *effici nubes.* Fort. m𝔈2. = *et in modum tibiae diducta.* Dal. = *et in modum tubi diducta.*

2. G(s∾) = *qui magis desiderat spatium.* B = *everberatus cursu parumper incaluit.* B = *scinditque scindentia.* B = *et erupit* (s. m. *eruperit*). G (s∾) 𝔅 = *et rumpit in ventum.* 𝔏4. = *qui vere procellosus est.* Col. 𝔈1. 2. = *qui superne.* BEe 𝔅 = *dimittitur.*

neque per apertum = E. B = *non per apertum.* G𝔅 . . . 𝔎 = *nec per apertum.* G𝔅 = *laborat et tunc sibi.* BEe = *sibi in hac pugna parat.* sG = *vi hac pugna parat.* G 𝔅 ∾.

3. B = *Quia receptacula nubium ac munimenta per quae ferebatur perrumpit.*

fluentes = Ee. G = *tuentes.* B𝔅 . . . 𝔎 = *ruentes.*

in se abstulerunt = EeG. B = *in se abstulerint.* 𝔅 . . . 𝔎 = *in se abstulere.* B = *confluxerint conplures.* EG 𝔅 ∾. P4. Col. 𝔈1. = *torrentes modicae valitudinis eunt.* Grut. fere non improbat. BEG Fort. P3. 𝔅 ∾. Koeler ci. = *modicae magnitudinis sunt.* BEeG Gr. 𝔅 = *quamdiu separatus suus cursus est.* Olim suspicabar Senecam scripsisse: *quamdiu separatus cursus est,* et *suus* additum a librariis.

4. B = *in se plures.*

converterunt = BEeG. 𝔅 . . . 𝔎 = *convertere.* B (s∾) 𝔅 = *fluminum istorum.* B = *Idem credibile est fieri ut quamdiu singuli sunt breves sunt.* Fort. = *Ideo credibile est, ut spiritus, quamdiu singuli sunt, breves sint.* G Gr. 𝔅 . . . 𝔎 = ∾ *ut*

uires et ex pluribus coeli partibus elisus spiritus eodem se contulit, et inpetus illis accedit et mora. XIII. Facit ergo uentum resoluta nubes: quae pluribus modis soluitur. Nonnumquam conglobationem illam spiritus rumpit, nonnumquam inclusi et in exitum nitentis luctatio, nonnumquam calor quem modo sol fecit, modo ipsa arietatio, magnorum inter se corporum adtritus. Hoc loco, si tibi uidetur, quaeri potest cur turbo fiat. Euenire in fluminibus solet, ut, quamdiu sine inpedimento feruntur,
2 simplex et rectum illis iter sit: ubi incurrerunt in aliquod saxum ad latus ripae prominens, retorqueantur et in orbem aquas sine exitu flectant, ita ut circumlatae in se sorbeantur et uerticem efficiant. Sic uentus, quamdiu nihil obstitit, uires suas effundit: ubi aliquo promuntorio repercussus est aut ui locorum coeuntium in canalem deuexum tenuemque collectus, saepius in se uolutatur similemque illis quas diximus conuerti aquas facit uor-
3 ticem. Hic uentus circumactus et eumdem ambiens locum ac se

sint breves ∾ (P3. — *singulae*). Ee ∾. 𝔅 ... 𝔈2. 𝔐an — *ex* ante *pluribus*. BEG Pinc. v. l. Gr. ∾. G = *impetus illi accedit*. Fortun. ci. = *impetus illis accedit et motus*.

Cap. XIII.

quae pluribus modis solvitur = BEG 𝔊ro ... 𝔎. P4. + *quae ex pluribus modis s.* P3. = *quod pluribus modis s.* 𝔅 ... 𝔏4. = *quae plurimis modis solvitur.*

nonnumquam inclusi = EeG Gr. cod. Ops. 𝔅𝔈1. G(s.m.) Fortun. ci. 𝔈2. ... 𝔎 — *nonnumquam*. B — *nonnumquam inclusi ... luctatio*. BG P3. Col. = *quem modo sol facit*. P4. hic lineam transilit. 𝔅 = *modo ipsa annectatio*.

magnorum inter se corporum adtritus = EeG Gr. 𝔅. B Brit. 𝔊ro ... 𝔎 + *magnorum inter se corporum et attritus*. 𝔈1. ... 𝔏4. + *ut magnorum inter se corporum attritus*. B — *loco*.

Evenire in fluminibus solet = BEG Fort. Pinc. v. l. P3. 4. codd. Ops. Trist. Anic. Scal. 𝔊ro ... 𝔎. Col. + *quae evenire in fl. s.* 𝔅 ... 𝔏4. + *qui evenire in fl. s.*

2. *ubi incurrerunt in aliquod saxum* = EeG. B = *ubi incurrerint ad aliquod saxum*. 𝔅 ... 𝔎 = *ubi incurrere in aliquod s.* B = *ad ripae latus*. e = *retorquebantur*. BGe P3. = *ita ut circumlata in se sorbeantur*. P4. Col. 𝔅𝔈1. = *ita ut circumlata inter se sorbeantur*. Trist. = *ita ut cumulatae in se sorbeantur*. Anic. = *ita ut circulatae in se sorbeantur*. Vet. cod. Dal. = *ita ut in circulos actae in se sorbeantur*. E Fortun. ci. ∾.

et verticem efficiant = BEG𝔅. 𝔈1. ... 𝔎 = *et vorticem efficiant*. B = *obstitit nihil*.

promuntorio = E. BG = *promunctorio*. 𝔅 ... 𝔎 = *promontorio*. B + *repulsus ac repercussus est*. Ee P3. Col. 𝔅 — *vi* ante *locorum coeuntium*. BG P4. ∾.

in canalem devexum = BE Pinc. v. l. 𝔊ro ... 𝔎. 𝔅 = *in canalem devexu*. G = *in canalem denexum*. P3. Col. = *in canalem denexu*. P4. 𝔈1. 2. = *in canalem convexam*. 𝔈 ... 𝔏4. = *in canalem convexum*. G (s∾) = *volutatus*.

quas diximus converti aquas facit vorticem = E. B = *quas diximus converti aquis verticem facit*. G𝔅 = *quas diximus converti aquas facit verticem* (mG = *virtutem*). 𝔈1. ... 𝔎 = *quas diximus converti, aquis facit vorticem*.

3. B — *ventus*. e = *eundem ambigens locum*.

ipsa uertigine concitans turbo est. qui si pugnacior est ac diutius uolutatur, inflammatur et efficit quem Πρηστῆρα Graeci uocant: hic est igneus turbo. Haec fere omnia pericula uenti erupti de nubibus produnt quibus armenta rapiantur et totae naues in sublime tollantur. Etiamnunc quidam uenti diuersos ex se generant et inpulsum aera in alias quoque partes quam in quas inclinauere dispergunt. Illud quoque dicam quod mihi occurrit: 4
quemadmodum stillicidia, quamuis iam inclinent se et labantur, nondum tamen efficere lapsum, sed ubi plura coiere et turba uires dedit, tunc fluere et ire dicuntur: sic quamdiu leues sunt aeris motus agitati pluribus locis, nondum uentus est. tunc esse incipit, cum omnes illos miscuit et in unum inpetum contulit. Spiritum a uento modus separat: uehementior enim spiritus uentus est, inuicem spiritus leniter fluens aer. XIV. Repetam nunc quod primo dixeram, edi e specu uentos recessuque inte-

ac se ipsa vertigine concitans = B Ee G (s.m.) P4. Col. codd. Ops. 𝔅𝔈1. 𝔐an 𝔅2. G = *ac sepe ipsa vertiginem concitans.* P3. = *ad se ipsa vertigine concitans.* 𝔈2. 𝔊ro ... 𝔅1. 𝔑u𝔎 = *et se ipsa vertigine concitans.* 𝔈 ... 𝔏4. = *et se in ipsa vertigine concitans.* BE 𝔈1. = *pugnatior.* Ge = *volutatus.* P4. Col. 𝔅𝔈1. 𝔅2. = *qui pugnacior si est, ac diutius volutatus.* probat Grut. P3. = *qui si pugnacior est ac diutius inflammatus est volutatur et efficit.* B — *et* ante *efficit.* B = *quod praestam Graeci vocant.* G = *quem prestera Graeci vocant.* Ee = *quod prèstera Graeci vocant.* de quo vide. sG 𝔅 = *quem postera Graeci vocant.* P3. = *quem pestera Graeci vocant.* P4. = *quem praestara Graeci vocant.* Col. = *quem praesten Graeci vocant.* Pinc. ci. = *quem praester Graeci vocant.* P3. = *hic est omnis turbo.* Pinc. ci. = *hoc est igneus turbo.* P4. — *turbo.*

Haec fere omnia = BEG Memm. P4. = *Haec vere omnia.* B (s.m.) P3. = *Hic fere omnia.* G (s.m.) — *omnia.* Col. = *Hoc fere omnia.* Nicot. = *Hinc fere omnia.* 𝔈1. = *Sed fere omnia.* 𝔅 Fortun. ci. 𝔈2. ... 𝔎 = *Hi* [𝔅 = *hii*] *fere omnia.* Idem Fortun. ci. = *Typhones fere omnia.* B = *de nubibus prodeunt.*

quibus armenta rapiantur = E P3. 4. 𝔅 ... 𝔈2. G = *quibus armeta rapiantur.* BPinc. v. l. Col. 𝔈 ... 𝔎 = *quibus armamenta rapiantur.* B = *et totae nives.* E (s∾) e (s∾) = *in sublime ferantur.* B = *Et nunc quia venti diversos.* P4. 𝔈1. = *Etiamnunc quia ventos diversos.* B — *ex se* ante *generant.* B = *in alias partes quoque.* G(s∾) 𝔅 = *quam inquis ipsi.* B — *ipsi* ante *inclinavere.*

4. Col. = *inclinent se iam et labantur.* P3. 4. = *iam inclinant se et l.*

efficere lapsum = EeG P4. Col. 𝔅. B = *effixere lapsum.* P3. = *efficiẽ lapsum.* 𝔈1. ... 𝔎 = *effecere lapsum.* BG Gr. P3. 𝔅 = *ubi plura coire.* EsG ∾. B = *agitati pluribus ventis.* P3. = *unde ventus est.* 𝔅 = *nondum ventum est.* P4. 𝔈1. 𝔐an 𝔈2. = *tunc enim incipit.* BEG Pinc. v. l. P3. Col. ∾.

spiritus leniter fluens = BEe. G 𝔅 ... 𝔎 = *spiritus leviter fluens.*

Cap. XIV.

Col. = *Repeto nunc quod in primo dixeram.* B sG = *Repetam nunc quae primo dixeram.* P3. 4. Brit. 𝔅 𝔊ro ... 𝔎 + *quod in primo d.* EG ∾. Ee + *edi scilicet e specu.* B = *edi specu* om. *e.*

riore terrarum. Non tota solido contextu terra in imum usque fundatur, sed multis partibus caua

et caecis suspensa latebris.

alicubi habet inania sine humore. Ibi etiam si nulla lux discrimen aeris monstrat, dicam tamen nubes nebulasque in obscuro
2 consistere. Nam ne hae quidem super terras, quia uidentur, sunt, sed quia sunt, uidentur. Illic quoque nihilominus ob id sunt, quod non uidentur. Flumina illic scias licet nostris paria sublabi, alia leniter ducta, alia in confragosis locis praecipitando sonantia. Quid ergo? non illud aeque dabis esse aliquos et
3 sub terra lacus et quasdam aquas sine exitu stagnare? Quae si ita sunt, necesse est et illud, aera onerari oneratumque incumbere et uentum propulsu suo concitare. Ex illis ergo subterraneis nubibus sciemus nutriri inter obscura flatus, cum tantum uirium fecerunt quanto aut terrae obstantia auferant aut aliquod apertum ad hos efflatus iter occupent et per hanc cauernam in
4 nostras sedes efferantur. Illud uero manifestum est magnam esse sub terris uim sulphuris et aliorum non minus ignem alentium. Per haec loca cum se exitum quaerens spiritus torsit, accendat flammam ipso adfrictu necesse est: deinde flammis la-

Non tota solido contextu = BEG Pinc. v. l. Gr. 𝔅𝔈1. 𝔐an 𝔊ro ... 𝔎. 𝔈2. ... 𝔏4. = *non tota solida contextu.* P3. = *terram.*

in imum usque fundatur = Ee Pinc. v. l. Col. 𝔑u 𝔎. BG P3. Col. 𝔅 ... 𝔅2. = *in unum usque fundatur.* Ovid. (M. I, 388.) = *caecis obscura latebris.* G𝔅 = *caecis suspensis latebris.* G = *alibi habet inania.* 𝔅 = *alicui habet inania.* G (s.m.) — *sine* ante *humore.* G (cr. ∾) Gr. 𝔅𝔈1. = *discrimen aeris monstraret.*

2. BE 𝔅𝔈1. = *Nam ne haec quidem.* G = *Nam ne hoc quidem.*

super terras = E𝔅. BG 𝔈1. ... 𝔎 = *supra terras.* B = *Nihilominus illic quoque.* e = *illic quoque nil minus.* G 𝔅 = *Illic quoque nihil minus.* B = *ob hoc* [s *non*] *sunt quia non videntur.* G = *ob id sint quod non videntur.* Ee Gr. 𝔅 ... 𝔈2. = *quod non videntur flumina. Illic scias.* BG Pinc. v. l. ∾.

alia leniter ducta = BEe. G 𝔅 ... 𝔎 = *alia leviter ducta.* G (s.m.) — *in* ante *confragosis.* sG = *non illud aeque dabitur.* B = *esse aliquos et sub terra lucos.*

3. G = *Quod* [cr. ∾] *si ita sunt necesse est et* [*est et* in lit.] *illud.* Ee — *est* post *necesse.* 𝔅 = *quod si ita sunt, necesse et illud.* B = *et ventu provisu suo concitare.*

Ex illis ergo subterraneis = E 𝔈1. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎. BG Gr. 𝔅2. + *Et ex illis ergo subterraneis.* 𝔅 = *Et exilis ergo subt.*

cum tantum virium fecerunt = E. BG 𝔅 ... 𝔎 = *cum tantum virium fecerint.* B = *quantum aut terrae abstinentia auferat.* sG = *aut terrae obstantiam auferant.* 𝔅 — *aut* ante *aliquod.* E = *aut aliquid apertum.* B = *aut aliquod apertum per quod.*

efflatus = BEeG P3. 4. 𝔅 ... 𝔊 𝔊ro ... 𝔎. Col. = *ad hoc flatus.* 𝔐 ... 𝔏4. = *ad hos afflatus.*

4. sG + *sulphuris et aliorum corporum.* G(s∾) — *spiritus* ante *torsit.*

ipso adfrictu = Nicot. 𝔊ro ... 𝔎 (*affr.*). B = *ipso attritu.* EG

tius fusis, etiamsi quid ignaui aeris erat, extenuatum moueri et uiam cum fremitu uasto atque inpetu quaerere. Sed haec diligentius persequar, cum quaeram de motibus terrae. XV. Nunc mihi permitte narrare fabulam. Asclepiodotus auctor est demissos quam plurimos a Philippo in metallum antiquum, olim destitutum, ut exploraret quae ubertas eius esset, quis status, an aliquid futuris reliquisset uetus auaritia: descendisse illos cum multo lumine et multos duraturo dies. deinde longa uia fatigatos uidisse flumina ingentia et conceptus aquarum inertium uastos, pares nostris nec conpressos quidem terra supereminente, sed liberae laxitatis, non sine horrore uisos. Cum magna hoc 2
legi uoluptate: intellexi enim seculum nostrum non nouis uitiis, sed iam inde antiquitus traditis laborare nec nostra aetate primum auaritiam uenas terrarum lapidumque rimatam in tenebris male abstrusa quaesisse. Illi maiores nostri quos celebramus laudibus, quibus dissimiles esse nos querimur spe ducti montes ceciderunt et supra lucrum sub ruina steterunt. Ante Philippum 3
Macedonem reges fuere qui pecuniam in altissimis usque latebris sequerentur et recto spiritu liberoque in illos se demitterent

Col. = *ipso abstrictu.* e = *ipso abstricto.* Memm. = *ipso astrictu.* P3. 4. 𝔅 ... 𝔏4. = *ipso obstrictu.*

Sed haec diligentius = E. B = *Sed haec latius.* G𝔅 ... 𝔎 = *Sed hoc diligentius.* G(s∞) 𝔅 = *prosequar.* 𝔅 = *cum quaeram de montibus terrae.*

Cap. XV.

G (m∞) = *narrare fabellam.* B = *Asclepiodotus est auctor.* G = *Asclepiodotus est actor.*

ut exploraret = EG P3. Col. 𝔅𝔊𝔯𝔬 𝔅2. B 𝔈1. ... 𝔏4. 𝔅1. 𝔑𝔲 𝔎 = *ut explorarent.* P3. = *quae libertas eius esset.*

quis status = BEe 𝔅 ... 𝔏4. G 𝔊𝔯𝔬 ... 𝔎 = *qui status.*

et multos duraturo dies = BE Brit. 𝔊𝔯𝔬 ... 𝔅2. 𝔎. G𝔅 ... 𝔏4. = *et multos durasse dies.* P3. = *et multos duram̄ dies.* 𝔑𝔲 = *et multos duraturos dies.* quod non displicet. Ee = *neque compressos quidem.* 𝔅 = *nec oppressos quidem.* BG ∞.

terra supereminente = BEG 𝔅 ... 𝔅2. Gron. ci. 𝔑𝔲 𝔎 = *terra superimminente.* B = *non sine horrore visu.*

2. *Cum magna hoc legi voluptate* = E. BG 𝔅 ... 𝔎 = *Cum magna haec legi voluptate* (hoc G tantum in m habet). B — *non* ante *novis vitiis.*

sed iam inde antiquitus traditis = B P3. Memm. 𝔊𝔯𝔬 ... 𝔎. Ee = *sed iam in antiquitus traditis.* G P4. Col. Anic. Scal. 𝔅𝔈1. = *sed iam ante antiquitus traditis* (iñ = inde. añ = ante). Fortun. ci. 𝔈2. ... 𝔏4. — *inde.* B = *nec nostra primum aetate.* G (s∞) = *ramatam in tenebris.* B = *rimatam tenebris obstrusa male.* EeG 𝔅 ... 𝔏4. = *male obstrusa.* P3. ∞.

Illi maiores nostri = BEeG 𝔅𝔈1. 𝔈2. ... 𝔎 + *Illi quoque maiores nostri.* Ee = *dissimiles esse nos querimus.* B = *dissimiles nos esse querimur.* G 𝔅 ... 𝔎 = *quibus dissimiles querimur* [sG 𝔅 = *querimus*] *nos esse.* B = *et sub rima steterunt.*

3. B = *Ante Philippum Macedones reges fuere.*

et recto spiritu liberoque = BEe G P4. Col. 𝔅𝔈1. P3. = *et recto spi-*

specus in quos nullum noctium dierumque perueniret discrimen. A tergo lucem relinquere quae tanta spes fuit? quae tanta necessitas hominem ad sidera erectum incuruauit et defodit et in fundum telluris intimae mersit, ut erueret aurum non minore
4 periculo quaerendum quam possidendum? Propter hoc cuniculos egit et circa praedam lutulentam inertemque reptauit oblitus dierum, oblitus naturae melioris a qua se auertit. Ulli ergo mortuo terra tam grauis est quam istis supra quos auaritia urgens terrarum pondus iniecit, quibus abstulit coelum, quos in imo ubi illud malum uirus latitat infodit? Illo descendere ausi sunt ubi nouam rerum positionem, terrarum pendentium habitus uentosque per caecum inane experirentur et aquarum nulli fluentium horridos fontes et altam perpetuamque noctem: deinde cum ista fecerunt, inferos metuunt. XVI. Sed ut ad id de quo

ritu libereque. 𝔐an 𝔈2. . . . 𝔎 = *et relicto spiritu libero* om. *que.* Ee = *se dimitterent.* Col. = *malum noctium dierumque.* P4. = *dierumve.*

discrimen. A tergo lucem relinquere quae tanta spes fuit = EeG Gr. 𝔅2. (G — *spes fuit? quae tanta.* mG = *spes fuerit*). 𝔙 = *pervenire a tergo lucem relinquere. Quae tanta spes fuit?* 𝔈1. = *a tergo lucem relinquerent. Quae tanta spes fuit?* 𝔈2. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *et a tergo lucem relinquerent. Quae tanta spes fuit?* B = *at ergo lucem relinquerent. Quae t. sp. f.*

4. *et circa praedam lutulentam inertemque reptavit* = Ee. B P3. 𝔙 ... 𝔈 𝔊ro ... 𝔎 = *et circa praedam lutulentam incertamque reptavit.* G = *et circa praedam luculentam incertamque reptavit.* P4. = *et circa praedam lutulentam incertamque reputavit.* Col. = *et circa praedam lutulentam incretamque reptavit.* 𝔊 ... 𝔏4. = *et circa praedam lutulentam incertamque raptavit.* G — *oblitus dierum.* 𝔈1. = *reptavit oblitus rerum naturae melioris* rell. om. B = *oblitus rerum naturae mulieris* (hoc cr. ∾). P4. + *oblitus rerum naturae melioris.* 𝔙 = *oblitus naturae: mollioris aqua se evertit.* G (cr. ∾) = *se advertit.*

Ulli ergo mortuo . . . infodit? = BEeG𝔙. 𝔈1. . . . 𝔎 = *Nulli ergo mortuo . . . infodit.* BG P4. Col. cod. Ops. 𝔙𝔈1. = *avaritia ingens.* E Fort. P3. ∾. P3. = *terrarum pondus ingerit.* G 𝔙𝔈1. = *quos in imo illud malum ubi virus latitat.* P3. = *quos immo uberi illud malum virtus latitat.* P4. = *quos in ymo velud malum ubi viros latitat.* Col. = *quos in ymum illud malum ubi virus latitat.* BE Fort. ∾.

terrarum pendentium = BEeG𝔙. 𝔈1. ... 𝔎 + *terrarumque pendentium.*

per caecum inane = EmG Bamb. Wirceb. 𝔈1. . . . 𝔊ro 𝔅2. B = *per caecum inanes.* G = *per caecum mare.* Col. = *per caecum inanem.* P3. 4. = *per centum inane.* 𝔙 = *per cētū manare.* 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *per coelum inane.* Est haec scriptura inter eas, quae ex librarii cuiusdam negligentia ortae et editorum incuria propagatae exercere solent virorum doctorum ingenia.

et aquarum nulli fluentium = BE Fort. P4. Col. codd. Ops. 𝔙𝔐an 𝔊ro 𝔅2. ... 𝔎. G = *et aquarum ullis fluentium.* P4. 𝔈1. ... 𝔏4. (exc. 𝔐an) 𝔅1. = *aquarum in illis fluentium.* G(s.m.) = *et alteram perpetuamque.* B — *deinde.*

cum ista fecerunt = E. BG𝔙 ... 𝔎 = *cum ista fecerint.* 𝔙 = *inferos metiuntur.*

agitur reuertar, uenti quatuor sunt, in ortum, occasum, meri-
diem septemtrionemque diuisi. Ceteri quos uariis nominibus ad-
pellamus his adplicantur.

Eurus ad Auroram Nabataeaque regna recessit
Persidaque et radiis iuga subdita matutinis.
Uesper et occiduo quae litora sole tepescunt
Proxima sunt Zephyris. Scythiam Septemque triones
Horrifer inuasit Boreas: contraria tellus
Nubibus adsiduis pluuioque madescit ab Austro.

Uel si breuius illos conplecti mauis, in unam tempestatem quod 2
nullo modo fieri potest congregentur.

Una Eurusque Notusque ruunt creberque procellis
Africus

et qui locum in illa pugna non habuit Aquilo. Quidam illos duo-
decim faciunt. Quatuor enim coeli partes in ternas diuidunt et
singulis uentis binos subpraefectos dant. Hac arte Uarro, uir 3
diligens, illos ordinat, nec sine causa. Non enim eodem loco
semper sol oritur aut occidit: sed alius est ortus occasusque ae-
quinoctialis (bis autem aequinoctium est), alius solstitialis, alius
hibernus. Qui surgit ab oriente aequinoctiali Subsolanus apud
nos dicitur, Graeci illum Ἀφηλιώτην uocant. Ab oriente hiber-

Cap. XVI.

G — *his* ante *adplicantur.*

Eurus ad Auroram. Ovid. M. I, 61. sqq.

Nabataeaque nunc apud Ovidium quoque scribunt. BEG 𝔅 . . . 𝔎 = *Nabathaeaque.* B = *Persida quoque et r.* e = *subdita matunis.* G (cr. ∾) = *Vesper et occidio.*

Zephyris = BEeG 𝔅 (scribunt tamen *Zephiris*). m𝔍u = *Zephuris.* 𝔈1. ... 𝔎 Ovid. = *Zephyro.* G(cr. ∾) Gr. 𝔅 = *Septentrionesque.* Ovid. (ed. Iahn.) = *Septemque trionem.* P3. = *Hostifer invasit Boreas.* BG Gr. 𝔅 = *pluviaque madescit.* E ∾.

2. B = *Vel si illos binos complecti maius.*

quod nullo modo fieri potest = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *quod fieri nullo modo potest.* Heynius (Exc. III. ad Virg. A. I. p. 133. ed. II.) haec verba non Senecae esse arbitratur: refutatur a Koelero.

Una Eurusque. Virg. A. I, 85. B EG 𝔅 = *Nothusque.* sG = *crebrisque procellis.*

in illa pugna non habuit = Ee. 𝔅 = *in illa rite non habuit.* BG 𝔈1. . . . 𝔎 = *in illa rixa non habuit.*

et singulis ventis binos subpraefectos dant = EG Bong. ex Cui. P3. Memm. 𝔅. e = *et singulis ventis binos subperfectos* [at cod. habet *subp̄fectos*] *dant.* Fort. = *et singulis ventis binos sub praefecto dant.* Col. = *et singulis ventis binos subrefectos dant.* BP4. = *et singulis ventis binos supradictos dant.* 𝔈1. ... 𝔎 = *et singulis ventis binos suffectos dant* (m𝔈1. = *subditos dant*).

3. B = *Hac arte illos Varro vir diligens ordinat.* Ee = *Varo vir diligens.*

eodem loco semper sol = Ee. B = *eodem loco sol semper.* G 𝔅 ... 𝔎 = *eodem semper loco sol.* B = *aliud enim solstitialis* [Brit. =] *alius hibernalis.* B = *qui surgit ab occidente aequinoctiali.* B = *Graeci*

4 no Eurus exit quem nostri uocauere Uolturnum. Et Liuius hoc illum nomine adpellat in illa pugna Romanis parum prospera in qua Hannibal et contra solem orientem exercitum nostrum et contra uentum constituit, tum uenti adiutorio ac fulgoris praestringentis oculos hostium uicit. Uarro quoque hoc nomen usurpat: sed et Eurus iam ciuitate donatus est et nostro sermoni non
5 tamquam alienus interuenit. Ab oriente solstitiali excitatum *Καικίαν* Graeci adpellant, apud nos sine nomine est. Aequinoctialis occidens Fauonium mittit quem Zephyrum esse dicent tibi etiam qui Graece nesciunt loqui. A solstitiali occidente Corus uenit qui apud quosdam Argestes dicitur: mihi non uidetur, quia Cori uiolenta uis est et in unum partem rapax, Argestes fere mollis est et tam euntibus communis quam redeuntibus.
6 Ab occidente hiberno Africus furibundus et ruens, apud Graecos *Λίψ* dicitur. A septemtrionali latere summus est Aquilo, medius Septemtrio, imus *Θρασκίας*: huic deest apud nos uocabulum. A meridiano axe Euronotus est: deinde Notus, Latine Auster. deinde Libonotus qui apud nos sine nomine est.

illum aphelicten dicunt. Ee = *Gr. illum apheloten vocant.* G = *Gr. illum ephelicten* [s *aphelicten*] *vocant.* 𝔅 = *Gr. illum ephelictem vocant.* 𝔈1. = *Gr. illum ἐφηλιωτην vocant.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *Gr. illum ἀπηλιώτην vocant.*

4. G (s.m.) — *Et* ante *Livius.* B = *in qua Hannibal contra solem orientem et contra ventum exercitum nostrum.* 𝔅 = *circa solem orientem.*

tum venti adiutorio = BEe. G 𝔅 . . . 𝔎 = *cum venti adiutorio.* G (n.) = *hostium vincit.* G (s.m.) = *Sit chayrus iam civitate donatus.* B — *et* ante *Eurus.* e = *non tanquam alienus invenit.*

5. B = *Kaieriad Graeci appellant.* Ee = *Kaiekian Graeci appellant.* G = *Kaieriam* [s *n*] *Graeci appellant.* 𝔅 = *Καιεκιαν Graeci appellant.* 𝔈1. . . . 𝔎 = *Graeci Καικίαν appellant.* P4. = *Favonium nutrit.* E = *qui Zephyrum.* B = *quem Zephirum esse dicunt illi etiam qui.* BEe G (lit.) 𝔅 . . . 𝔊 = *Chorus venit.* sic iidem hoc nomen et infra scribunt. B P4. = *Ergates fere mollis est* EeG P3. Col. 𝔅 = *Ergastes fere mollis est.* Eadem scripturae discrepantia infra est. Vox *communis* offendit Lud. Ianum, ut ex libri Wirceb. scriptura cōīs coniiciat *comis* = Anic.

6. BEG 𝔅 = *lips dicitur.* 𝔈1. = *libs dicitur.*

imus Θρασκίας. sic scribendum videtur, Graecis litteris. 𝔈2. . . . 𝔊 𝔊ro . . . 𝔎 = *imus Thrascias.* Gronovio [ms] derivari videtur nomen a verbo ϑράσσω. B = *unus itacias.* Ee = *imus Tharchias.* G = [s *imus*] *Trachias.* 𝔅 = *unus tarchias.* 𝔈1. = *imus Trachias.* 𝔐 . . . 𝔏4. = *imus Thracias.* BEeG 𝔅 = *Euronothus.* eG (s ∾) — *est* post *Euron.* ė + *qui est latine Auster.* B = *deinde austronothus qui apud nos sine nomine.* Ee = *deinde Leuconothus.* Fort. P3. = *deinde Leuconotus.* quod poterat defendi. P4. = *deinde Lebonochus.* Col. = *deinde Lebonothus.* G (s∾) = *deinde Libothus.* Fortun. ci. ∾.

XVII. Placet autem duodecim uentos esse, non quia ubique tot
sint (quosdam enim inclinatio terrarum excludit), sed quoniam
nusquam plures sunt. Sic casus sex dicimus, non quia omne
nomen sex recipit, sed quia nullum plures quam sex. Qui duodecim
uentos esse dixerunt hoc secuti sunt, totidem uentos esse
quot coeli discrimina. Coelum enim diuiditur in circulos quin-
que qui per mundi cardines eunt: est septemtrionalis, est ae- 2
quinoctialis, est solstitialis, est brumalis, est contrarius septem-
trionali. His sextus accedit qui superiorem partem mundi ab
inferiore secernit: ut scis enim, dimidia pars mundi semper
supra, dimidia infra est. Hanc lineam quae inter aperta et oc-
culta est Graeci ῾Ορίζοντα uocant, nostri finitorem dixerunt, alii
finientem. Adiciendus est adhuc meridianus circulus qui hori- 3
zonta rectis angulis secat. Ex his quidam circuli in transuersa
currunt et alios interuentu suo scindunt. Necesse est autem
tot aeris discrimina esse quot partes. Ergo horizon siue finiens
circulus quinque illos orbes quos modo dixi fieri secat et efficit
decem partes, quinque ab ortu, quinque ab occasu. Meridia-
nus circulus qui in horizonta incurrit regiones duas adicit. Sic 4
duodecim aer discrimina accipit et totidem facit uentos. Quidam

Cap. XVII.

G = *ventis esse.*

sed quoniam nusquam plures sunt = Ee. B = *sed quia plures quam non sint. qui XII. ventos esse dixerunt* rell. om. G𝔅 ... 𝔎 = *sed quoniam* [sG = *quia*] *plures nusquam sunt.* G𝔅 = *Sic casus sex videmus.*

totidem ventos esse quot coeli discrimina = Ee. B = *totidem ventorum quot coeli esse discrimina.* G𝔅 ... 𝔎 = *totidem ventorum esse, quot* [G p.m. = *quo*] *coeli discrimina.*

2. *est aequinoctialis, est solstitialis* = Ee. BG 𝔈2. ... 𝔎 = *est solstitialis, est aequinoctialis.* 𝔅𝔈1. = *Est Septemtrionalis, Solstitialis* [𝔅 = *Solstialis*], *Aequinoctialis, Brumalis.* B = *His sextus accessit qui superiorem mundi partem ab inferio* [s *re*] *secrevit.*

ut scis enim, dimidia pars mundi = BEG Gr. 𝔅𝔈1. 𝔊ro ... 𝔎. 𝔈2. ... 𝔏4. = *ut scis. Dimidia enim p. m.* B — *semper* ante *supra.* B = *Hanc lineam quae inter lineam apertam et occultam est hunc scilicet circulum Graeci orizonta* [hoc in lit.] *vocant.* EeG + *et occulta est, id est hunc circulum Graeci orizonta* [sic et infra scribunt] *vocant.* quae num Senecae esse possint, vide. 𝔅 ∾ (sed ipsa scribit *orizonta*).

nostri finitorem dixerunt = EeG. B + *nostri finitorem esse dixerunt.* 𝔅 ... 𝔎 = *nostri finitorem dixere.*

3. *Adiciendus est adhuc* = BEeG Pinc. v. l. P3. Col. Anic. Trist. 𝔅𝔅2. P4. 𝔈1. ... 𝔅1. ℜu𝔎 = *Adiiciendus est ad hunc.* B = *rectis angulis segregat.*

Necesse est autem = BEeG. 𝔅 ... 𝔎 = *Necesse autem est.* E (s∾) — *aeris.* B = *quod partes.* B = *quinque orbes illos.* EeG 𝔅 — *secat* ante *et efficit.* Ee = *qui in orizonta concurrit.* G𝔅 = *qui in orizonta occurrit.* G = *regiones suas adicit.* B = *regiones duas efficit.* P4. + *regiones duas adiicit vel efficit.*

4. G = *Sic duodecim* [= Gr. 𝔅

sunt quorumdam locorum proprii qui non transmittunt, sed in
proximum ferunt. Non est illis a latere uniuersi mundi inpetus.
Atabulus Apuliam infestat, Calabriam Iapyx, Athenas Sciron,
Pamphyliam Cataegis, Galliam Circius: cui aedificia quassanti
tamen incolae gratias agunt, tamquam salubritatem coeli sui de-
beant ei. Diuus certe Augustus templum illi, cum in Gallia
moraretur, et uouit et fecit. Infinitum est, si singulos uelim
persequi: nulla enim propemodum regio est quae non habeat ali-
quem flatum ex se nascentem et circa se cadentem. XVIII. In-
ter cetera itaque Prouidentiae opera hoc quoque aliquis ut di-
gnum admiratione suspexerit: non enim ex una causa uentos
aut inuenit aut per diuersa disposuit, sed primum ut aera non
sinerent pigrescere, sed adsidua uexatione utilem redderent ui-
talemque tracturis, deinde ut imbres terris subministrarent iidem-
2 que nimios conpescerent. Nam modo adducunt nubes, modo
diducunt, ut per totum orbem pluuiae diuidi possent. In Ita-
liam Auster inpellit, Aquilo in Africam reicit: Etesiae non pa-
tiuntur apud nos nubes consistere. Iidem totam Indiam et Ae-
thiopiam continuis per id tempus aquis inrigant. Quid, quod
fruges percipi non possent, nisi flatu superuacua et mixta ser-

𝔈1. 𝔐an] *discrimina aer* [𝔙 =] *accepit.* B = *et totidem ventos efficit.* B = *sed in proximum feruntur.* B — *mundi* post *universi.* B = *Athabulus.* G (s.m.) = *Azabulus* (m *Acabulus*). 𝔙 = *At apulus apuliam infestat.* Ee = *Calabriam Ipix.* G 𝔙 = *Iapix.* B = *Athenas Schyron.* EeG 𝔙𝔈1. = *Athenas Scyron.* B = *Pamphiliam Chagris.* Ee P3. = *Pamphiliam Cagreus.* G Col. 𝔙 = *Pamphiliam Chagneus.* sG Fort. = *Chagreus.* P4. 𝔈1. = *Chagenus.* Fortun. ci. ∾. B = *qui aedificia quassanti.* B = *cum in Gallia moraretur templum illi.* G = *Infinitum est singulos* [𝔙𝔈1. =] *prosequi.* G (s∾) — *est* post *regio.*

Cap. XVIII.

G (m∾) = *admiratione surrexerit.* Anic. = *aut in diversa disposuit.* G = *non sineret pigrescere* ∾ *redderet.* P4. = *non sinerent pinguescere.* Cod. Fratrum Min. = *assidua versatione.* B = *utile red-derent* [P4. 𝔈1. . . . 𝔊 =] *vitalemque terris.* P3. 𝔙 = *vitalemque tractaturis.* G = *vitalemque tractaveris.* E Fort. m𝔈2. ∾. G = *subministrarent itemque.* BEe 𝔙𝔈1. = *subministrarent idemque.* B = *nubes compescerent.* [2] *modo adducunt ut per totum orbem dividi possint* rell. om.

2. Ge Gr. 𝔙𝔈1. = *modo deducunt.*

dividi possent = EG 𝔙 ... 𝔎 (B = *possint*). B = *nubes apud nos consistere.* BG P3. 4. 𝔙 = *Idem per totam Indiam.* Col. = *Inde per totam Indiam.* Ee = *Idem totam Indiam.*

Quid, quod fruges percipi non possent = EesG m𝔍u. B = *Quomodo enim fruges exciperentur nisi flatu.* G 𝔙 . . . 𝔎 = *Quid, quod fruges percipi non possunt.*

supervacua et mixta servandis = BEeG Gr. 𝔙 ... 𝔊. 𝔐 . . . 𝔎 = *nisi supervacua admixta servandis.*

uandis uentilarentur, nec esset quod segetem excitaret et latentem frugem ruptis uelamentis suis quae folliculos agricolae uocant adaperiret? Quid, quod omnibus inter se populis com- 3
mercium dedit et gentes dissipatas locis miscuit? Ingens naturae beneficium, si illud in iniuriam suam non uertat hominum furor. Nam quod de Caesare maiori uolgo dictatum est et a Tito Liuio positum, in incerto esse utrum illum nasci magis reipublicae profuerit an non nasci, dici etiam de uentis potest: adeo quicquid ex illis utile et necessarium est non potest his repensari quae in perniciem suam generis humani dementia excogitat. Sed non ideo non sunt ista natura bona, si uitio male 4
utentium nocent. Non in hoc Prouidentia ac dispositor ille mundi deus exercendum uentis aera dedit et illos ab omni parte, ne quid esset situ squalidum, effudit, ut nos classes partes freti occupaturas conpleremus milite armato et hostem in mari aut post mare quaereremus. Quae nos dementia exagitat et in mu-

nec esset quod segetem = E. B G𝔅 ... 𝔎 = *nisi esset, quod segetem* (*n* = *nec. n* = *nisi*; c, i superscr.). Trist. Dal. = *ruptis vestimentis suis.*

3. B = *omnibus in se populis.*

Nam quod de Caesare maiori volgo dictatum est = Ee. G = *Nunc quod de Caesare maiore* [s i] *vulgo dictatum est.* P3. = *Nunc quidem Caesare maiori.* 𝔅 = *Nunc quod de Caesare maiore vulgo ditatum* [sic ab initio novae paginae, sed in fine superioris legitur *dicatum*] *est.* P4. = *Nunc quod de Caesare olim maiore.* B 𝔅1. = *Nunc quod de Caesare olim maiore vulgo dictatum est.* 𝔑u 𝔎 = *Nunc quod de Caesare maiore* ∾. 𝔈1. ... 𝔊ro 𝔅2. = *Nunc quod de Caesare olim maiore vulgo dictitatum est* (hoc maluit Koeler). Particula *olim* non legitur in Pinc. v. l. Col. Rom. Anic. Scal.

G (s ∾) — *a* ante *Tito Livio.* G (s∾) = *et incerto esse.*

utrum illum nasci magis reipublicae profuerit = Ee (sed scribit *illud*). B = *utrum magis reipublicae profuerit eum nasci.* G 𝔅 ... 𝔎 = *utrum illum magis nasci reipublicae profuerit.* Aliquando suspecta mihi fuit Partic. *magis.* EeG (m∾) P3. Col. 𝔅 — *an non nasci.* B P4. ∾. B = *utile est ac necessarium.* G = *quae in peritiam suam.* B = *humani generis.*

4. *non sunt ista natura bona* = Ee G𝔅. B 𝔈1. ... 𝔎 + *non sunt ista natura sua bona.* G (s∾) = *sed vitio male.*

Non in hoc Providentia ac dispositor ille mundi deus exercendum ventis aera dedit et illos ab omni parte, ne quid esset situ squalidum, effudit, ut nos classes = Ee. G = ∾ *aera ventis exercendum nequit esse situ sqalidum* ∾. Col. 𝔅𝔈1. = ∾ *aera ventis exercendum dedit.* P3. = *Non in hoc Providentia ac dispositio* ∾ *aera ventis exercendum dedit* ∾ *effudit non nos classes.* Anic. Rom. = *nam in hoc providentia.* B = *Nimirum hac providentia dispositor ille* [= P4.] *mundi deus aera ventis exercendum dedit* ∾ *effudit* [P4. =] *ut nos classes.* Fort. 𝔐an 𝔈2. ... 𝔎 = *Nimirum in hoc Providentia* ∾ *aera ventis exercendum dedit* ∾ *effudit, non ut nos classes.*

partes freti = Ee. G = *partem* [m *freti*] *occupaturas.* B 𝔅 ... 𝔎 = *partem freti.*

post mare quaereremus = BEe P3. codd. Ops. G 𝔅 = *post mare inquiremus.* sG P4. Col. 𝔈1. ... 𝔎

5 tuum conponit exitium? Uela uentis damus bellum petituri et
periclitamur periculi causa. incertam fortunam experimur, uim
tempestatum nulla ope humana superabilem, mortem sine spe
sepulturae. Non erat tanti, si ad pacem per ista ueheremur:
nunc cum euaserimus tot scopulos latentes et insidias uadosi ma-
ris, cum effugerimus procellosos desuper montes per quos prae-
6 ceps in nauigantes uentus inpingitur, cum inuolutos nubilo dies
et nimbis ac tonitribus horrendas noctes, cum turbinibus diuulsa
nauigia: quis erit huius laboris ac metus fructus? quis nos fes-
sos tot malis portus excipiet? bellum scilicet et obuius in litore
hostis et trucidandae gentes tracturae ex maxima parte uictorem
et antiquarum urbium flamma. Quid in arma cogimus populos?
quid exercitus scribimus directuros aciem in mediis fluctibus?
7 quid maria inquietamus? parum uidelicet ad mortes nostras terra
late patet. Nimis delicate fortuna nos tractat: nimis dura dedit
nobis corpora, felicem ualitudinem. Non depopulatur nos ca-
sus incurrens: emetiri cuique annos suos ex commodo licet et

= *post mare inquireremus.* B = *exagitat et in routuum.*

conponit exitium = EG P3. Col. codd. Ops. Rom. 𝔙 𝔊ro 𝔅2. ... 𝔎. B P4. 𝔈1. ... 𝔏4. 𝔅1. = *compellit exitium.*

5. *bellum petituri* = BG Col. codd. Ops. 𝔊ro ... 𝔎. Ee P3. = *bellum peracturi.* P3. (immo 4.) 𝔙 ... 𝔏4. = *bellum paraturi.* B — *humana.*

nunc cum evaserimus = BEeG Col. codd. Ops. 𝔈1. 𝔅2. 𝔙 = *Nunc evaserimus* om. *cum.* P4. = *Nunc cum senserimus.* P3. = *Nunc autem evaserimus.* 𝔈2. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 + *Nunc autem cum evaserimus.* sG = *cum effugeremus.*

per quos praeceps in navigantes ventus inpingitur = BEe. G = *per quos preces* [s p] *in navigantes ventus impinguit.* 𝔙 = *per quos praeces in navigantes ventus impingit.* P3. 4. 𝔈1. ... 𝔊 = *per quos praeceps in navigantes ventus impingit* (P4. = *impinguit*). Pinc. ci. 𝔐 ... 𝔎 = *in quos praeceps navigantes ventus impingit.* Idem ci. = *quos praeceps in navigantes ventus impingit.* Col. = *per quos navigantes ventus impingit.*

6. P4. 𝔈1. 2. = *cum involuto nubilo dies.* P3. = *cum involutus nubilo dies.* BEG Fort. Pinc. v. l. Col. 𝔙 ∾.

cum nimbis ac tonitribus = EmG P3. codd. Ops. e = *cum nimbis ac tonitrubus.* BG P4. Col. 𝔙 ... 𝔎 = *cum nimbis ac tonitruis.* G (s ∾) Col. = *horrendis noctes.* P4. codd. Ops. = *horridas noctes.* B = *quis in eis laboris metus ac fructus.* G = *quis erit* [s in] *hoc laboris.* B = *et trucidatae gentes.* G (s∾) = *trucidandae gentis.*

tracturae ex maxima parte victorem = Ee. B = *tractatur aeque ex magna parte victorem.* G = *tracturaeque magna ex parte victorem.* 𝔙 = *tractareque magna ex parte victorem.* 𝔈1. ... 𝔎 = *tracturae magna ex parte victorem.* G(cr. ∾) Col. 𝔙𝔈1. = *et antiquarum urbium flammam.* P3. = *et antiq. urbium inflammam.* B = *directuras aciem.* G — *aciem.* 𝔙 = *directuros avem.*

7. B — *videlicet.* B = *nimis aura felicem dedit nobis corporum valitudinem.* B (cr. ∾) = *Non depulatur nos,*

ad senectutem decurrere. Itaque eamus in pelagus et uocemus in nos fata cessantia. Miseri, quid quaeritis? mortem quae ubique superest? petet illa uos et ex lectulo: sed innocentes petat. occupabit nos in nostra domo: sed occupet nullum molientes malum. Hoc uero quid aliud quis dixerit quam insaniam, circum- 8
Per omnem terram, inquiunt = Ee. BG 𝔈2. ... 𝔎 = *Per omnem, inquiunt, terram.* 𝔅𝔈1. = *Per omnem inquit terram.* sG = *aquarum genera occurrunt.* BG(s∾) = *Alibi perpetui amnes.* B — *etiam* post *navigabilis.* G 𝔅𝔈1. = *pernavigabilis etiam.* G (m∾) = *sine adulterio imbrium.* B — *est* post *magnitudo.* G (cr.∾) = *per egestatem* ∾ *placata et hostilia.* B — *et* ante *hostilia.* P4. Trist. 𝔅 = *Europam Asiamque discriminans* (idem fere videbatur legi in P3. Col.). Fortun. et Fromond. haec pro spuriis habent: refutantur a Ruhkio. Koeler ci. = *Tanais ac Rhenus* ∾. Dalech. ci. + *alter Sarmaticos impetus cohibens, ut et Tanais Europam Asiamque disterminans.* E (cr. ∾) e (cr. ∾) = *Germanicos.* B = *avidam belli gentem.* E = *repellent.*

2. G (m∾) — *ignotis.*

ne ipsis quidem = BEeG 𝔅. 𝔈1. ... 𝔎 = *nec ipsis quidem.* E(s∾) — *capita* ante *fluminum.* B P4. = *subito ex se et ex occulto.* EeG P3. Col. 𝔅𝔈1. = *subito se et ex occulto.* B = *amnes fundentia.* E (cr. ∾) e(cr. ∾) = *aquarum vires quam repentinae.* B𝔅𝔈1. = *quorum vires tam repentinae quam br.* P4. = *quorum vires tam repentinae tam breves.* P3. = *quoque in res tam repentinae quam br.* 𝔈 ... 𝔏4. = *quorum vires quam repentinae, quam breves.* Ee Col. Nicot. 𝔈2. 𝔈ro ... 𝔎 ∾.

omnis aquarum et intra terram = Ee sG. B = *Omnis aquarum intra terram.* G𝔅 = *Omnis aquarum et inter terram.* 𝔈1. = *Omnis aquarum* [= Gr. 𝔐an] *etiam inter terram.* 𝔈2. ... 𝔎 = *Omnis haec aquarum etiam intra terram.*

que aliae uasto cursu deferuntur et in praeceps uolutae cadunt. aliae languidiores in uadis refunduntur et leniter ac quiete fluunt: quis autem neget uastis illas receptaculis concipi et cessare multis inertes locis? non est diu probandum ibi multas aquas esse ubi amnes sunt: neque enim sufficeret tellus ad tot flumina eden-
4 da, nisi ex reposito multoque funderet. Si hoc uerum est, necesse est aliquando illic amnis crescat et relictis ripis uiolentus in obstantia occurrat: sic fiet motus alicuius partis in quam flumen inpetum dedit et quam donec decrescat uerberabit. Potest fieri, ut aliquam regionem riuus adfluens exedat ac secum
5 trahat aliquam molem qua lapsa superposita quatiuntur. Iam uero nimis oculis permittit nec illos scit producere ultra animum qui non credit in abscondito terrae sinus maris uasti. Nec enim uideo quid prohibeat uel obstet, quo minus habeatur in abscondito etiam aliquod litus et per occultos aditus receptum mare

3. B = *vasto impetu deferuntur.* Col. = *in vadis referuntur.* 𝔅 ... 𝔊 = *et leviter ac quiete.* G𝔅𝔈1. = *vastis illa receptaculis.* B = *Non est probandum diu.*

ibi multas aquas esse ubi amnes sunt = ci. Lud. Ian. quod facere ex Lucil. Act. v. 120. (et 121.), vetuerat Ruhk. BEG𝔅 ... 𝔎 = *ubi omnes sunt.* G = *fufficere tellus.* mG = *ad tot flumina aequanda.* B = *nisi ex reposita* [s o] *multoque ea funderet.* P3. = *ubi ex reposito.* P4. = *nisi ex reposito multo ea funderet.* Col. = *nisi ex reposito multa funderet.* G (cr. ∾) = *funderent.*

4. *illic amnis crescat* = Ee. B = *illic amnis excurset.* G𝔅 ... 𝔎 = *illic amnis excrescat.*

violentus in obstantia occurrat = Ee. B = *violenter violenter* [hoc del.] *incurrat.* G𝔅 ... 𝔎 = *violentus in obstantia incurrat.* B = *Sic motus alicuius partis est.* G (m ∾) = *in quam motus impetum dedit.* G (s ∾) Pinc. v. l. Col. 𝔅 = *donec crescat verberabit.* B = *ut aliquam regionem rivis effluens excedat ac si trahat.* E = *ut aliquam regionem rivus affluens exedat ac sic trahat.* e = *ut aliquam regionem rivis affluens exedat* [= P3.] *ac sic trahat.* G = ∾ *excedat* ∾. P4. = *rimis affluens.* 𝔅 = *rivus fluens excedat: ac secum trahat.*

qua lapsa superposita quatiuntur = Ee. BG 𝔈1. ... 𝔎 = *qua lapsa superposita quatiantur.* 𝔅 = *quando lapsa superposita quatiantur.*

5. mG = *Iam vero in his oculis permittit.* Scal. + *Iam vero in his nimis.*

nec illos scit producere ultra animum = BEeG Gr. 𝔅. 𝔈1. ... 𝔎 = *nec ultra illos scit producere animum.*

qui non credit in abscondito = Ee. G𝔅 ... 𝔎 + *qui non credit esse in abscondito.* B = *qui non credit esse* [codd. Ops. =] *in abdito terrae.* hoc probat Opsop. ex usu Senecae. Etiam Gr. = *in abscondito.* B = *sinus vasti maris.* B = *prohibeat aut obstet.* G (s ∾) = *vel obstat.*

quo minus habeatur in abscondito etiam aliquod litus et per occultos aditus receptum mare = Ee. G 𝔅𝔐an = *quominus habeatur* [G s.m. = *habeat.* 𝔅 = *habebatur*] *aliquod etiam in abscondito litus et per occ. a. r. m.* P3. = *quo minus etiam habeatur in abscondito litus.* P4. = *quo minus illic quoque habeatur. Habetur aliquod etiam in abscondito littus.* B = *quominus illic quoque habeantur. habentur aliqui et in abditos sinus et aliquod litus et per occultas aditus r. m.* 𝔈1. ... 𝔎 = *quo-*

quod illic quoque tantumdem loci teneat aut fortassis hoc amplius quo superiora cum tot animalibus erant diuidenda: abstrusa enim et sine possessore deserta liberius undis uacant. quas quid ue- 6
tat illic fluctuare et uentis quos omne internallum terrarum et omnis aer creat inpelli? Potest ergo maior solito exorta tempestas aliquam partem terrarum inpulsam uehementius conmouere. Nam apud nos quoque multa quae procul a mari fuerant subito eius accessu uapulauerunt et uillas in prospectu conlocatas fluctus qui longe audiebatur inuasit. Illic quoque potest accedere ac recedere pelagus infernum: quorum neutrum fit sine motu superstantium. VIII. Non quidem existimo diu te haesitaturum an credas esse subterraneos amnes et mare absconditum: unde enim ista prorepunt, unde ad nos ueniunt, nisi quod origo humoris inclusa est? Age, cum uides interruptum Tigrim in medio itinere siccari et non uniuersum auerti, sed paulatim non adparentibus damnis minui primum, deinde consumi, quo illum putas abire nisi in obscura terrarum, utique cum uideas emergere iterum non minorem eo qui prior fluxerat? Quid cum ui- 2

minus illic habeatur aliquod etiam in abscondito littus, et per ∾. Codd. Ops. rursus = *in abdito.* Grut. ci. = *quominus illic quoque habeatur littus* etc. rell. om. B = *quod ibi quoque tantumdem.* G (m∾) = *quod illic quoque timendum loci.*

loci teneat = EeG. B = *loci obtineat.* 𝔅 ... 𝔎 = *loci tenet.* B = *aut fortassis terrarum amplius.*

quo superiora = BEeG Gr. 𝔅 ... 𝔊 𝔅2. 𝔐 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *quod superiora.* B + *erant haec dividenda.* EG 𝔅 = *abstrusa enim etiam sine possessore* (G p. m. = *possessione*). P3. — *enim.* P4. Anic. Scal. Rom. = *abstrusa etiam sine possessore.* B Col. ∾. B (cr. ∾) = *undis vocant.*

6. *quas quid vetat* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *quas quis vetat* (sB = *vetet*). sG = *illuc fluctuare.* B = *quos omne intervallum creat impelli potest* rell. om. P3. = *omnis aer crepat.* P4. (s∾) = *omnis aer circumeat.* B = *maior insolito exorta.*

vehementius conmovere = BEeG𝔅 ... 𝔈. 𝔊 ... 𝔎 = *vehementius movere.*

vapulaverunt = BEeG. 𝔅 ... 𝔎 = *vapulavere.*

in prospectu conlocatas = EeG Col. Anic. Scal. P4. = *in profectu collocatas.* B P3. 𝔅 ... 𝔎 = *in conspectu collocatas.* B — *longe* ante *audiebatur.*

potest accedere ac recedere pelagus infernum. Ita scripsi. BEeG P3. 4. 𝔅 = *potest recedere ac retegere pel. inf.* Col. = *potest accedere ac retegere pelagus infernum.* 𝔈1. 𝔐an 𝔈2. ... 𝔊ro 𝔅2. = *potest accedere ac decedere pelagus inf.* 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *potest accedere pelagus infernum* om. *ac recedere.*

Cap. VIII.

B = *Non quidem estimo.* G = *diu te exitatum* (s *hesitatum*). B = *aut credas esse.*

unde enim ista prorepunt = BEe sG Brit. 𝔅2. probat Gron. G𝔅 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *Unde enim ista prorumpunt.*

in medio itinere = BEe. G𝔅 ... 𝔎 = *in medio itineris.* G = *non minor est eo qui prior.* B = *qui prius fluxerat.*

2. B = *Quid cum videas.*

des Alpheon celebratum poetis in Achaia mergi et in Sicilia
rursus transiecto mari effundere amoenissimum fontem Arethu-
sam? Nescis autem inter opiniones quibus enarratur Nili aesti-
ua inundatio et hanc esse, a terra illum erumpere et augeri non
3 supernis aquis, sed ex intimo redditis? Ego quidem centurio-
nes duos quos Nero Caesar, ut aliarum uirtutum ita ueritatis in
primis amantissimus, ad inuestigandum caput Nili miserat audi-
ui narrantes longum illos iter peregisse, cum a rege Aethiopiae
instructi auxilio commendatique proximis regibus penetrassent
4 ad ulteriora. *Equidem,* aiebant, *peruenimus ad inmensas
paludes quarum exitum nec incolae nouerant nec sperare
quisquam potest, ita implicatae aquis herbae sunt et aquae
neque pediti eluctabiles nec nauigio, quod nisi paruum et
unius capax limosa et obsita palus non ferat. Ibi,* inquit,
*uidimus duas petras ex quibus ingens uis fluminis excide-
5 bat.* Sed siue caput illa siue accessio est Nili siue tunc nasci-
tur siue in terras ex priore recepta cursu redit: nonne tu cre-
dis illam quicquid est ex magno terrarum lacu adscendere?
Habeant enim oportet pluribus locis sparsum humorem et in imo
coactum, ut eructare tanto inpetu possint. IX. Ignem causam
motus quidam et quidem non eamdem iudicant: inprimis Anaxa-

Alpheon = EesG. BG𝔅...𝔎 = *Alpheum.* B = *traiecto mari.* Ee = *amicissimum fontem.*

quibus enarratur = BEe P3. m𝔈2. = *quibus evariatur.* P4. = *quibus variatur.* quod non ineptum dicit Grut. G𝔅...𝔎 = *quibus narratur.* B = *Nili inaestimata inundatio.*

3. G(cr.∾) = *Ergo quidem centuriones.* B(lit.) = *amantissimos.* Koeler ci. = *longum illo se iter peregisse.* Potius scribendum *longum ipsos iter peregisse.* G = *iter perigisse.* Ee = *commendatique proximis regionibus.*

4. *penetrassent ad ulteriora. Equidem, aiebant* = ℜu ex Ruhkii ci. B = *penetrassent ad ulteriora. qui dicebant.* EG𝔅 = *penetrassent ad ulteriora quidem aiebant.* 𝔈1....𝔅2. 𝔎 = *penetrassent. Ad ulteriora quidem* [𝔎 = *equidem*], *aiebant.* Gron. ci. = *penetrassent ad ulteriora. Qui, dein, aiebant.* B = *nec sperare quisquam posset.* mP4. = *nec supesperare quisquam potest.* Col. = *nec sperare quicquam potest.*

ita inplicatae aquis = EeG𝔅. B = *ita inplicatis aquis.* 𝔈1....𝔎 = *ita inplicitae aquis.* Gron. ci. + *et herbis aquae.*

neque pediti = E. BsG Col. P3. 𝔅...𝔎 = *nec pediti.* G = *et aquae impediti eluctabiles.* P4. = *et aquae impeditae, eluctabiles nec navigio.* B = *eluctabilis.* 𝔅 = *enatabiles.* B + *quod non nisi parvum.* B = *et oppaca palus non fert.* Koeler ci. = *Ibi, inquiunt, vidimus.*

5. P3. = *sine accessione sit Nili.* B — *sive* ante *in terras.* BEeG P3. 4. = *et in uno coactum.* Col. = *et in duo coactum.* Gron. [ms] ait se aliquando cogitasse, num legi posset *et interim coactum.* P3. = *tanto spiritu possint.*

Cap. IX.

B = *Ignem quidam causam motus*

goras qui existimat *simili paene ex causa et aera concuti et
terram, cum in inferiore parte spiritus crassum aera et
in nubes coactum eadem ui qua apud nos quoque nubila
frangi solent rumpit et ignis ex hoc conlisu nubium cursu-
que elisi aeris emicuit. Hic ipse in obuia incurrit exitum* 2
*quaerens ac diuellit repugnantia, donec per angusta aut
nactus est uiam exeundi ad coelum aut ui aut iniuria fecit.*
Alii in igne causam quidem esse, sed non ob hoc iudicant, sed
quia pluribus obrutus locis ardeat et proxima quaeque consumat.
quae si quando exesa ceciderint, tunc sequi motum earum par-
tium quae subiectis adminiculis destitutae labant, donec corrue-
runt nullo occurrente quod onus exciperet. Tunc chasmata, 3
tunc hiatus uasti aperiuntur aut, cum diu dubitauerunt, super
ea se quae supersunt stantque conponunt. Hoc apud nos quo-
que uidemus accidere, quotiens incendio laborat pars ciuitatis:
cum exustae trabes sunt aut corrupta quae superioribus firma-
mentum dabant, tunc diu agitata fastigia concidunt et tam diu

iudicant rell. om. P4. = *Ignem causam motus t e r r a r u m quidam iudicant* rell. om. Ee = *Ignem causam motus quidam et quid a m s e d non o b eamdem c a u s a m iudicant.* G Col. = ∾ *quidam s e d quid a m non o b eandem c a u s a m iudicant.* P3. 𝔙𝔈1. = ∾ [𝔈1. + *motus t e r r a r u m*] *quid e m s e d et quid a m non o b eandem c a u s a m iudicant.* Fort. ∾. BE𝔙 = *Anaxagoras qui e s t imat* (*e x timat*). B = *simile paene causa ae r e m concuti.* P3. = *et ae r e concuti et terrram.* 𝔙𝔈1. = *et ae r e concuti terram.* G P3. 4. — *in* ante *inferiore.* e — *cum* ante *in inferiore.* 𝔙 Koeler ci. = *cum in inferior e m part e m.* B = *spirit u m crassum.* BEeG P3. 𝔙𝔈1. = *e x eadem v i a qua apud nos.* P4. = *eadem i n a q u a apud nos.* Col. = *eadem v i a qua apud nos.* 𝔐an ∾.

2. B P4. 𝔈1. = *H i n c ipse in obvia incurrit.* G (s∾) = *H o c ipse* [= Col.] *in obvia o c c urrit.* 𝔙 = *Hic ipse in obvia o c c urrit.* E Fort. P3. ∾. B — *aut* ante *nactus est.* G = *donec per angust a m* (s. m. *angust i a m*).

aut vi a u t iniuria = EeG P3. Col. 𝔙𝔈1. B = *aut vi iniuri a m fecit.* P4. = *aut i r i aut iniuri a m fecit.* m𝔈1. = *aut v i a m iniuria fecit.* 𝔈2. ... 𝔊 = *aut vi a c iniuria fecit.* 𝔐 ... 𝔎 = *aut vi a t q u e iniuria fecit.* B = *Alii ign e m quidem causam esse.* G(m∾) Fort. Gr. 𝔙𝔈1. 𝔑u 𝔎 = *pluribus o b v i u s locis.* B = *pluribus locis r u p t u s ardeat.* EmG Fortun. ci. ∾. G (s ∾) = *ex o s a cecide r i n t.* B = *exesa cecider u n t.* B = *q u i subiectis adminiculis.*

donec corruer u n t = BEeG. 𝔙 ... 𝔎 = *donec corru e r e.* G = *nullo cor r u e n t e quod onus.* B = *quod b o n u s exciperet.*

3. E𝔙 = *Tunc c a s mata.*

aut, cum diu d u b i t a v e r u n t = BEeG Pinc. v. l. Gr. 𝔊ro ... 𝔎. 𝔙𝔈1. = *aut cum dubitav e r e.* Codd. Ops. 𝔈2. = *aut cum diu dubitav e r e.* Pinc. ci. = *aut cum diu n u t a verunt.* 𝔈 ... 𝔏4. = *aut cum diu n u t a v e r e.* B = *super quae c o n s i s t a n t se componunt.* P4. = *super ea s e q u e supersunt quae c o n s t a n t se componunt.* Col. = *super ea s e q u e supersunt stantque componunt.* P3. = *s t a t q u e.* G — *nos* post *Hoc apud.*

laborat pars civitatis = BEe. G 𝔙 ... 𝔎 = *pars civitatis laborat.* B = *diu tunc agitata v e s t igia.*

deferuntur atque incerta sunt, donec in solido resederunt. X. Anaximenes *terram ipsam* ait *sibi esse causam motus nec extrinsecus incurrere quod illam inpellat, sed intra ipsam et ex ipsa: quasdam enim partes eius decidere quas aut humor resoluerit aut ignis exederit aut spiritus uiolentia excusserit. Sed his quoque cessantibus non deesse propter quod aliquid abscedat aut reuellatur. Nam primum omnia uetustate labuntur nec quicquam tutum a senectute est: haec solida quoque et magni roboris carpit. Itaque quemadmodum in aedificiis ueteribus quaedam non percussa tamen de-*
2 *cidunt, cum plus ponderis habuere quam uirium, ita in hoc uniuerso terrae corpore euenit, ut partes eius uetustate soluantur, solutae cadant et tremorem superioribus adferant: primum dum abscedunt, nihil enim utique magnum sine motu eius cui haesit absciditur, deinde cum ceciderunt, solido exceptae resiliunt more pilae quae cum cecidit exsultat ac saepius pellitur totiens a solo in nouum inpetum missa. Si uero in stagnantibus aquis delata sunt, hic ipse casus uicina concutit fluctu quem subitum uastumque inli-*

et tam diu deferuntur = BEeG P3. Col. codd. Ops. 𝔅. Col. = *et tamdiu referuntur.* 𝔈1. ... 𝔎 = *et tam diu differuntur.* 𝔅 = *atque increta sunt.*

Cap. X.

Anaximenes terram ipsam ait = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *Anaximenes ait terram ipsam.* B — *sibi esse causam . . . sed intra ipsam.*

et ex ipsa: quasdam enim partes eius = Ee sG. G 𝔅 = *et in ipsa* [= Col. 𝔐an]. *quasdam enim partes eius.* P3. = *sed inter ipsam et in ipsam.* Pinc. v. l. = *sed intra ipsam et in ipsam quasdam partes eius d.* B𝔈1. ... 𝔎 = *et ex ipsa* [= P4.] *quasdam partes eius.*

quas aut humor resolverit = BEe Fort. Gr. = *quas aut humore solverit.* G 𝔅 . . . 𝔎 = *quas aut humor solverit.* G(s∞) = *violentia decusserit.* sG + *non deesse dicit propter quod.* B = *propter* [s *quod*] *aliquid accedat aut relevetur.* B = *q senectute tutum est.* E = *Haec solida quaeque.* G (s∞) = *in magni roboris.* B = *et magni corporis carpit.*

2. B = *primum dum abscidunt.* G (s∞) — *enim* ante *utique.* B = *motu eius cui abscidit* (s.m. *adhesit*).

absciditur = EeG𝔅. B𝔈1. ... 𝔎 = *abscinditur.*

cum ceciderunt = EeG P4. 𝔅. P3. Col. = *cum ceciderint.* B = *cum decidunt.* 𝔈1. . . . 𝔎 = *cum deciderunt.*

resiliunt = BEeG 𝔅𝔈1. 𝔈2. ... 𝔅 = *resiliant.*

more pilae = BEe. G𝔅 . . . 𝔎 = *pilae more.* B = *quae cum concidit resultat.* B = *in novum impetu missa.* 𝔈1. (m∞) m𝔈2. = *in nonum impetum missa.* G = *in stantibus aquis.* 𝔅 = *instantibus aquis.* B = *in aquis stagnantibus delapsa sunt.* mG = *demissa sunt.* E = *hoc* [*h*] *ipse casus.* G = *concutit fluctum* [m n.] *quem* [m n.] *subitum.* P3. 4. 𝔅𝔈1. = *concutit fluctum quem subitum.* Col. = *concussit fluctum quem sub.* Ee = *vastumque illis ex*

sum ex alto pondus eiecit. XI. Quidam ignibus quidem
adsignant hunc tremorem, sed aliter. Nam cum pluribus
locis ferueant, necesse est ingentem uaporem sine exitu uol-
uant qui ui sua spiritum intendit et, si acrius instet, opposita
diffindit, si uero remissior fuit, nihil amplius quam mouet. Ui-
demus aquam spumare igne subiecto: quod in hac aqua facit in-
clusa et angusta, multo magis illum facere credamus, cum uio-
lentus ac uastus ingentes aquas excitat. Tunc ille uaporatione
fluctuantium undarum quicquid pulsauerit agitatur. XII. Spiri-
tum esse qui moueat et plurimis et maximis auctoribus placet.
Archelaus antiquitatis diligens ait ita: *Uenti in concaua ter-*
rarum deferuntur. deinde ubi iam omnia spatia plena sunt
et in quantum aer potuit densatus est, is qui superuenit
spiritus priorem premit et elidit ac frequentibus plagis pri-
mo cogit, deinde perturbat. Tunc ille quaerens locum 2
omnes angustias dimouet et claustra sua conatur effringere.
Sic euenit, ut terrae spiritu luctante et fugam quaerente
moueantur. Itaque cum terrae motus futurus est, praece-
dit aeris tranquillitas et quies: uidelicet, quia uis spiritus
quae concitare uentos solet in inferna sede retinetur. Nunc
quoque cum hic motus in Campania fuit, quamuis hiberno tem-
pore et inquieto per superiores dies coelo aer stetit. Quid er- 3

alto. G(s.m.) = *elisum ex alto.* P3. 4. = *illusum ex alto.*

pondus eiecit = Ee P4. BG𝔙... 𝔎 = *pondus eiicit.* Col. = *pondus elisit.*

Cap. XI.

G = *assignant hunc terrorem.* B = *volvant qui in suum spiritum intendat.* P3. 4. = *qui in sua spiritum intendit.* Col. = ∾ *spiritum incendit.*

et, si acrius instet = Ee. B = *et si arvis institit.* G𝔙 ... 𝔎 = *et si acrius institit.*

opposita diffindit = Ee ci. Pinc. BG Gr. 𝔙 ... 𝔎 = *diffundit.* B = *remissior fuerit.* B = *aqua inclusa facit.* B + *Tunc quicquid ille vaporatione.* P3. Col. 𝔙 = *vaporationem.* P4. = *vaporatione* et aliquot voces praeterea transilit.

fluctuantium undarum = B Ee mG. G Gr. 𝔙𝔈1. = *inundantium undarum.* Codd. Ops. = *fluctuantium aquarum* (?). 𝔈2. . . . 𝔎 = *inundantium aquarum.* B — *quicquid.*

agitatur = BEeG Gr. 𝔙. 𝔈1. ... 𝔎 = *agitat.*

Cap. XII.

B — *ita* post *ait.* Ee — *omnia* ante *spatia.* G = *spatia plana sunt.* B = *in quantum potuit aer.*

2. E = *Tũ ille quaerens locum.* B Brit. = *omnia obstacula dimovet.* G = *et castra sua conatur effringere.* B — *et quies* post *tranquillitas.* B = *videlicet quamvis spiritus qui concitare.* Ee P4. Col. = *in inferni sede.* 𝔙𝔈1. = *inferni sede* om. *in.* P3. = *in inferni sedes.* B = *in inferni sedes.* B = *in inferiori sede.*

retinetur = BEesG Scal. Trist. G𝔙 ... 𝔎 = *detinetur.*

3. B (s∾) — *et inquieto.*

per superiores dies coelo aer ste-

go? numquam flante uento terra concussa est? Admodum raro duo simul flauere uenti: fieri tamen et potest et solet. quod si recipimus et constat duos uentos rem simul gerere: quidni accidere possit, ut alter superiorem aera agitet, alter inferum? XIII. In hac sententia licet ponas Aristotelem et discipulum eius Theophrastum, non ut Graecis uisum est diuini, tamen et dulcis eloquii uirum et nitidi sine labore. Quid utrique placeat exponam. *Semper aliqua euaporatio est a terra quae modo arida est, modo humido mixta. Haec ab infimo edita et in quantum potuit elata, cum ulteriorem locum in quem exeat non habet, retro fertur atque in se reuoluitur: deinde rixa spiritus reciprocantis iactat obstantia et, siue interclusus,*
2 *siue per angusta enisus est, motum ac tumultum ciet.* Straton ex eadem schola est qui hanc partem philosophiae maxime coluit et rerum naturae inquisitor fuit. Huius tale decretum est: *Frigidum et calidum semper in contraria abeunt, una esse non possunt. eo frigidum confluit unde uis calida discessit et inuicem ibi calidum est unde frigus expulsum est.* Hoc quod dico uerum est: sed utrumque in contrarium agi, ex hoc

tit = Ee sG. B = *per superiores dies aer stetit coelo.* G Gr. 𝔅 . . . 𝔖 (exc. 𝔐an) + *per superiores dies a coelo aer stetit.* 𝔐an m𝔈2. ℜu 𝔎 = *tamen quietus per superiores dies a coelo aer stetit.* 𝔐 . . . 𝔅2. — *coelo.* Grut. ci. = *et inquieto coelo per superiores dies aer stetit.*

duo simul flavere venti = Ee 𝔅. B = *simul duo flavere venti.* G = *duo simul flaverunt venti.* 𝔈1. . . . 𝔎 = *raro duo flavere simul venti.* P3. Col. = *quod si recepimus.* B = *rem gerere simul.* BP4. 𝔐an = *quid inde accidere possit.* EeG P3. Col. 𝔅 𝔈1. = *quidnam accidere possit.* B 𝔅 = *alter infernum. inferum* apud G in lit. E ∾.

Cap. XIII.

B = *ponas licet Arist.* G (cr. ∾) = *ut Graecis visus est.* G = *et nitidum sine labore.* G (cr. ∾) = *exponat.* B = *evaporatio aliqua.*

a terra = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *e terra.* G(s.m.) — *a.* B = *est arida.* Lectius ci. = *modo humida, modo mixta.* BEeG Gr. 𝔅 ∾. B = *edita et in tantum elata ut ultione locum in quem exeat non habeat. retro fertur ac in se.*

deinde rixa spiritus = BEeG (lit.) Gron. [ms] P4. Trist. Rom. Scal. 𝔈1. (B = *raxa*). P3. = *dum ita spiritus.* Fortun. ci. + *Deinde dum rixa sp.* Fort. Col. 𝔅 = *dum rixa spiritus.* 𝔈2. ... 𝔎 = *dumque rixa spiritus.* P4. = *ut sive interclusus.* B + *interclusus est.* G (s∾) = *per angusta enixus est.* P4. = *per angusta eivisus est.* m𝔈1. m𝔈2. = *per angusta elisus est.* B = *ac tumultum eicit.* G(cr. ∾) 𝔅𝔈1. = *ac tumultum faciet.*

2. G (m∾) — *maxime* ante *coluit.* B = *magne coluit* ∾ *fuit inquisitor.* Grut. ci. = *inquisitior fuit.* B = *in contrarium abeunt.*

una esse non possunt = EeG. B 𝔅 ... 𝔎 + *et una esse non possunt* (𝔖 — *non*). B = *eo frigidum conpluit unde vis calida discedit.* Koeler ci. = *Hoc quod dicit verum est: scilicet utrumque.* G = *si utrumque.* E = *sed utraque.*

tibi adpareat. Hiberno tempore, cum supra terram frigus est, 3
calent putei nec minus specus atque omnes sub terra recessus, quia illo se calor contulit superiora possidenti frigori cedens. qui cum in inferiora peruenit et eo se quantum poterat ingessit, quo densior hoc ualidior est: huic alius superuenit cui necessario congregatus ille iam et in angulum pressus loco cedit. Idem contrario euenit, cum uis maior frigidi inlata in cauernis est.
Quicquid illic calidi latet frigori cedens abit in angustum et ma- 4
gno inpetu agitur, quia non patitur utriusque natura concordiam nec in uno moram. Fugiens ergo et omni modo cupiens excedere proxima quaeque demolitur ac iactat. ideoque antequam terra moueatur, solet mugitus audiri uentis in abdito tumultuantibus. nec enim aliter posset, ut ait noster Uergilius,

Sub pedibus mugire solum et iuga celsa moueri, 5

nisi hoc esset uentorum opus. Uices deinde huius pugnae sunt: defit calori congregatio ac rursus eruptio. tunc frigora conpescuntur et succedunt mox futura potentiora. dum alterna uis cursat et ultro citroque spiritus commeat, terra concutitur.

3. G = *super terram.* 𝔅 = *cum semper terram.* Ee Gr. = *omnis sub terra recessus.*

quia illo se calor contulit = BEe G P4. P3. — *illo.* Col. = *quia ille se calor cont.* 𝔅 ... 𝔎 = *quia eo se calor cont.* G(s∾) = *frigori cadens.* B — *cum* ante *in inferiora.* G(m∾) — *in.* B = *et eo quo se poterat ingessit.* G (m ∾) = *quo pressior hoc validior.* B — *iam* post *congregatus ille.*

et in angulum pressus = BEe sG P3. G𝔅 ... 𝔎 = *et in angustum pressus.* G (cr.∾) = *loco cecidit.*

Idem contrario evenit = BEeG. 𝔅 = *Idem e contrario venit.* 𝔈1. ... 𝔎 + *Idem e contrario evenit.* cf. Critt. ad Corn. Nep. Eum. I, 5. B = *frigori in cavernis illata est.*

4. G(s∾) = *Quicquid illis calidi.* B = *utriusque concordiam natura nec in unam moram.* G (n.) + *in proxima quaeque.*

demolitur ac iactat = Ee. B = *molitur ac iactat.* Col. = *revolvitur ac iactat.* G(s.m.) 𝔅 ... 𝔎 = *remolitur ac iactat.* G = *remolitur ac tractat.* B(cr.∾) = *Ideoque ante terra.* B = *solet audiri mugitus.* G (n.) + *ventis et in abdito.* BG = *Virgilius noster.*

5. Virg. (A. VI, 256.) = *et iuga coepta moveri.* B = *nisi hoc esset tipus ventorum. Vices denique.*

defit calori congregatio. Ita scribendum videtur. B = *defit calidi congregatio.* Ee = *desit calori congregatio.* G P3. 4. Trist. 𝔅 = *desit calidi congregatio.* De verbo *defit* in *desit* mutato cf. Drakb. ad Sil. IX, 335. Col. = *desidit calidi congregatio.* 𝔈1. ... 𝔎 = *desinit calidi congregatio.*

tunc frigora conpescuntur = Ee. BG𝔅 ... 𝔎 = *Tunc frigida compescuntur.*

dum alterna vis = EeG P3. Col. P4. = *dum alternat vis.* B𝔈1. ... 𝔎 + *Dum ergo alterna vis.*

commeat, terra concutitur = BEe mG P3. Col. codd. Ops. 𝔅 ... 𝔈2. 𝔅2. G = *commoveatur terra concutitur.* P4. = *spiritu terra concutitur.* 𝔈 ... 𝔅1. 𝔐u 𝔎 — *terra.*

XIV. Sunt qui existiment spiritu quidem et nulla alia ratione tremere terram, sed ex alia causa quam Aristoteli placuit. Quid sit quod ab his dicatur audi. Corpus nostrum et sanguine inrigatur et spiritu qui per sua itinera decurrit. Habemus autem angustiora quaedam receptacula animae per quae nihil amplius quam meat, quaedam patentiora in quibus colligitur et unde di-
2 uiditur in partes. Sic hoc totum terrarum omnium corpus et aquis quae uicem sanguinis tenent et uentis quos nihil aliud quis quam animam uocauerit peruium est. haec duo alicubi currunt, alicubi consistunt. Sed quemadmodum in corpore nostro, dum bona ualitudo est, uenarum quoque inperturbata mobilitas modum seruat, ubi aliquid aduersi est, et micat crebrius et suspiria atque anhelitus laborantis ac fessi signa sunt: ita terris quo-
3 que dum positio naturalis est, inconcussae manent. cum aliquid peccatur, tum uelut aegri corporis motus est spiritu illo qui modestius perfluebat icto uehementius et quassante uenas suas, nec, ut illi paulo ante dicebant, quibus animal placet esse terram: nam si hoc est, quemadmodum animal tota uexationem

Cap. XIV.

B = *Sunt qui extiment.* G(cr. ∾) = *sed ex alia tanquam Aristoteli.* B = *quam* [sp. vc.] *teli placuit.* B = *aer corpus nostrum et sanguinem irrigat spiritu.*

qui per sua itinera decurrit = B EeG P4. Col. codd. Ops. 𝔅𝔈1. P3. = *qui sua itinera discurrit* om. *per.* 𝔈2. ... 𝔎 = *qui per sua itinera discurrit.* B — *autem* post *Habemus.*

angustiora quaedam receptacula animae = Ee. B = *quaedam receptacula angustiora animae.* G𝔅 ... 𝔎 = *quaedam angustiora animae receptacula.* B = *per quae nihil amplius commeat.*

2. B — *totum* ante *terrarum.* E = *terrarum omnium tempus.* e (cr. ∾) = *quae vices* Ee = *sanguinis tenet.* P3. + *sanguinis gerunt et tenent.* B = *quos nihil aliud quam spiritum quisquam vocat pervium est.* e = *quos nil aliud.*

alicubi currunt, alicubi consistunt = Ee codd. Ops. B = *alibi currunt, alibi subsistunt.* Fortasse erit scribendum: *aliubi ... aliubi.* G = *alicubique consistunt.* Pinc. v. l. P4. Col. 𝔈 ... 𝔎 = *alicubi concurrunt, alicubi consistunt.* Fort. P4. = *alibi concurrunt, alibi consistunt.* 𝔅 ... 𝔈2. = *alicubi concurrunt, alibi consistunt.* B = *in nostro corpore.* P3. 4. 𝔅 = *nisi aliquid adversi est.* Col. = *adversum est.*

et micat crebrius = Ee. BG𝔅 ... 𝔎 — *et.* P3. Col. = *nutat crebrius.* P4. = *mucat crebrius.*

ita terris quoque dum positio naturalis est, inconcussae manent = E (ex e tantum notatum non legi *illis*). B = *ita quoque terrae dum illis naturalis positio est incussae manent.* G𝔅 ... 𝔎 = *ita terrae quoque, dum illis positio naturalis est, inconcussae* [𝔅 + *et inconcussae*] *manent.*

3. *tum velut aegri* = Ee. BG𝔅 ... 𝔎 = *tunc velut aegri.* B = *qui molestus perfluebat ictu vehementius.* P3. — *placet esse terram . . . quemadmodum animal.* e — *esse* ante *terram.* BEeG P4. Col. 𝔅 = *nisi hoc est quemadmodum.*

tota vexationem sentiet = G (s.m.) 𝔈2. . . . 𝔅2. EeG P3. Col. 𝔅𝔈1. =

sentiet. neque enim in nobis febris alias partes mordacius inpel-
lit, sed per omnia pari aequalitate discurrit. Uide ergo num- 4
quid intret in illam spiritus ex circumfuso aere qui quamdiu ha-
bet exitum sine iniuria labitur, si offendit aliquid et incidit quod
uiam claudat, tunc oneratur primo infundente se a tergo aere.
deinde per aliquam rimam maligne fugit et hoc acrius fertur quo
angustius. Id sine pugna non potest fieri nec pugna sine motu.
At si ne rimam quidem per quam effluat inuenit, conglobatus 5
illic furit et huc atque illo circumagitur aliaque deicit, alia in-
tercidit: cum tenuissimus idemque fortissimus et inrepat quam-
uis in obstructa et quicquid intrauit ui sua diducat ac dissipet,
tunc terra iactatur. Aut enim datura uento locum discedit aut,
cum dedit, in ipsam qua illum emisit cauernam fundamento spo-
liata considit. XV. Quidam ita existimant: Terra multis locis
perforata est nec tantum primos illos aditus habet quos uelut spi-
ramenta ab initio sui recepit, sed multos illi casus inposuit: ali-

totam vexationem sentient. B = *totum vexationem sentiet parem.* P4. = *totum vexationem sentiet.* Brit. + *tota vexationem sentiet parem.* ℜu 𝔎 + *tota vexationem parem sentiet.*

alias partes mordacius inpellit = Ee (E = *mordatius*). GP3. Col. 𝔅𝔈2. ... 𝔊 ℜu 𝔎 = *alias partes moratius impellit.* 𝔐 . . . 𝔅1. = *alias partes moderatius impellit.* probat Koeler et putat scribarum negligentia in *moratius* depravatum. B P4. Brit. 𝔈1. 𝔅2. = *alias partes moratius impellit alias citius.* probat Gron. et derivari putat *moratius* a *morate*, cum appareat, quisquis primus adiecerit illa *alias citius*, eum retulisse *moratius* ad *moratim* Adv.

sed per omnia pari aequalitate = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *sed per omnes pari aeq.*

4. B P4. = *Vides ergo.* BEe sG Gr. 𝔅𝔈1. = *nunc quid intret.* 𝔈2. = *nunc, quod intret.* Pinc. v. l. ∽. Ee — *ex* ante *circumfuso.* B = *qui si habet exitum.* G = *quamquam diu habet exitum.* G (s. m.) = *que quamdiu habet ex.* B = *elabitur sine iniuria.* B = *quod illam claudat.* G(s∽) = *quod viam cludat.* Ee = *infundente se a tergo aera.* B = *Deinde per aliquam viam.* Ee = *Deinde per aliquam ruinam.* G (m∽) — *non potest fieri nec pugna.*

5. *At si ne rimam quidem* = Ee. B = *At si nec ruinam quidem.* G 𝔅 ... 𝔎 = *At si nec rimam q.*

conglobatus illic furit = BEe 𝔅 ... 𝔊. G = *cum globatus illic fuerit* (hoc cr. ∽). 𝔐 ... 𝔎 = *conglobatus ille furit.* B = *et hoc atque illuc.* EG = *et hoc atque illo.* E (cr. ∽) = *circumagatur.* G = *alique* [cr. ∽] *deiecit alia intercidit.* 𝔅 = *aliaque deiecit, illa intercidit.* Anic. Pinc. ci. = *aliaque deiicit alia interscindit.* BE Gr. ∽. Ee = *cum tenuius est idemque fort.* G = *quamvis in abstructa.* 𝔅 = *quamvis in abstracta.* G (s∽) = *intravit in sua.*

ac dissipet = BEe. G𝔅 ... 𝔎 = *et dissipet.* B = *Aut enim natura locum ventis discedit aut cum ille in ipsam redit qua illum.* G(cr. ∽) = *quam illum.* B = *fundamenta spoliata.*

Cap. XV.

e = *Quidam ita aestimant.* B = *nec tamen primos illos.* P3. Scal. 𝔅 = *ab imo sui recepit.* G (m∽) Col. = *ab ymo sui recepit.* B = *ab initio sui recipit.*

sed multos illi casus inposuit =

cubi deduxit quicquid superne terreni erat aqua, alia torrentes cecidere, illa aestibus magnis dirupta patuerunt. Per haec interualla intrat spiritus, quem si inclusit mare et altius adegit nec fluctus retro abire permisit, tunc ille exitu simul redituque praecluso uolutatur et, quia in rectum non potest tendere quod illi naturale est, in sublime se intendit et terram prementem diuerberat. XVI. Etiamnunc dicendum est quod plerisque auctoribus placet et in quod fortasse fiet discessio. Non esse terram sine spiritu palam est: non tantum illo dico quo se tenet ac partes sui iungit, qui inest etiam saxis mortuisque corporibus, sed illo dico uitali et uegeto et alente omnia. Hunc nisi haberet, quomodo tot arbustis spiritum infunderet non aliunde uiuentibus et
2 tot satis? quemadmodum tam diuersas radices aliter atque aliter in se mersas foueret, quasdam summa receptas parte, quasdam altius tractas, nisi multum haberet animae tam multa, tam uaria generantis et haustu atque alimento sui educantis? Leuibus

EeG P3. 𝔅𝔈2. . . . 𝔊. Col. = *sed nudos ei casus imposuit.* BP4. 𝔈1. + *sed multos* [B p.m. = *multas*] *illi casus imposuit natura.* 𝔐 ... 𝔎 = *sed multos illic casus imposuit.*

alicubi deduxit = BEcG Gr. 𝔅 . . . 𝔈2. 𝔑u 𝔎. Pinc. ci. 𝔈 . . . 𝔅2. = *Alicubi diduxit.* B = *deduxit superne aquam. alia* rell. om.

alia torrentes cecidere = EeG P3. Col. 𝔅 ... 𝔊. Similiter apud Vitruv. III, 3. *caedere volutas.* B = *alia torrentes ceciderunt.* Pinc. ci. 𝔐 . . . 𝔎 = *alia torrentes exedere.* m𝔈1. = *torrentes edidere.* B𝔅 ... 𝔊 = *alia aestibus magnis.*

patuerunt = BEcG (G Gr. = *disrupta*). 𝔅 . . . 𝔎 = *patuere.* B = *spiritus intrat. que si interclusit.* G (m∾) Col. — *mare.*

et altius adegit = BEe mG codd. Ops. 𝔊ro ... 𝔎. G Gr. 𝔅 ... 𝔏4. — *altius.* G (s∾) — *in* ante *sublime.*

diverberat = BE sG cod. alter Ops. Brit. 𝔊ro ... 𝔎. Trist. = *disverberat.* Cod. alter Ops. = *deverberat.* GP3. Col. 𝔅 ... 𝔏4. = *reverberat.* P4. — *et terram prementem diverberat.*

Cap. XVI.

B = *quod pluribus auctoribus placet.*

et in quod fortasse fiet discessio = ci. Opsop. 𝔊ro . . . 𝔎. B = *in quo fortasse finiet dissensio.* Ee G Memm. = *et in quod fortasse fiet dissensio* (G = *dessensi*). Nicot. „duplicem exhibet scripturam, *finiet dissensio*, et *fiet discessio.*“ Col. 𝔅 = *et in quod fort. fiet discensio.* P4. 𝔈1. . . . 𝔏4. = *et in quo fortasse fiet discensio.* B — *est* post *palam.* E = *non tantum illud dico.* 𝔅 = *Non tamen illo dico.* B — *etiam* ante *saxis mortuisque.* G (s∾) = *qui inest in saxis.* B = *sed ille dico vitali.* B = *eum nisi haberet.* G = *Honc ubi haberet.* Ee = *viventibus et tot saxis.*

2. P4. Col. — *tam* ante *diversas.* P3. 𝔅 = *tam diversis radices.* B = *tam diversas radices aleret et in se mersas foveret.* 𝔈1. = *tam diversas radices aleret, atque aliter in se mersas foveret.* G — *receptas* ante *parte.* sG = *recepta parte.* B = *tam diversa generantis.*

atque alimento sui educantis = Ee P3. 4. 𝔈1. 2. (P3. = *et hausto.* P4. = *educandis*). B = *atque elimento* [s.m. *elemento*] *sui educantis.* G Pinc. v. l. Col. 𝔈 . . . 𝔎 = *atque alimento suo educantis* (G = *ex haustu.* Col. = *educandis*).

adhuc argumentis ago. Totum hoc coelum quod igneus aether, mundi summa pars, claudit, omnes hac stellae quarum definiri non potest numerus, omnis hic coelestium coetus et, ut alia praeteream, hic tam prope a nobis agens cursum sol, omni terrarum ambitu non semel maior, alimentum ex terreno trahunt et inter se partiuntur nec ullo alio scilicet quam halitu terrarum sustinentur. hoc illis alimentum, hic pastus est. Non 3
posset autem tam multa tantoque se ipsa maiora nutrire, nisi plena esset animae quam per diem ac noctem ab omnibus partibus sui fundit. Fieri enim non potest, ut non multum ei supersit ex qua tantum petitur ac sumitur: et ad tempus quidem quod exeat nascitur. Nec enim esset perennis illi copia suffecturi in 4
tot coelestia spiritus, nisi inuicem ista excurrerent et in aliud alia soluerentur. Sed tamen necesse est abundet ac plena sit et ex condito proferat. Non est ergo dubium, quin multum spiritus lateat intus et caeca sub terra spatia aer latus obtineat. Quod si uerum est, necesse est id saepe moueatur quod re mobilissima plenum est. Numquid enim dubium esse cuiquam potest, quin nihil sit tam inquietum quam aer, tam uersabile

quarum definiri non potest numerus = Ee Trist. (Ee = *diffiniri*). BG Gr. 𝔅 ... 𝔖 𝔅2. = *quarum inveniri non potest n.* Bong. ex Cui. 𝔐 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *quarum iniri non potest n.* B — *hic* ante *coelestium.* e — *et* ante *ut alia.* G = *coetus aut alia.* B = *prope agens a nobis.* G = *hic* [s *tam*] *a nobis agens cursu sol omnis* (hoc cr. ∞). Col. = *alimentum ex terris trahunt.* Memm. = *alimenta externa trahunt.* Opsop. ci. = *alimenta ex terra trahunt.* B = *quam habitu sustinentur terrarum.* G = *quam alitu t.*

3. B — *autem* post *Non posset.*

tantoque se ipsa maiora nutrire = Ee sG. Bong. Grut. ci. + *tantoque se ipsa maiora terra nutrire.* G — *se.* P3. = *tantoque se ipsa nutrire.* 𝔅 = *tantoque se ipsa mora nutrire.* BG P4. 𝔈1. ... 𝔎 = *tantaque et se ipsa maiora terra nutrire.* Col. = *tantaque se ipso maiora.*

per diem ac noctem = BEeG 𝔅 ... 𝔈. 𝔖 ... 𝔎 = *per diem et noctem.*

ab omnibus partibus sui fundit = G𝔅. Ee = *ab omnibus partibus sui fudit.* B = *ab omnibus suis partibus fundit.* 𝔈1. ... 𝔎 = *ab omnibus partibus suis fundit.*

ei supersit = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *illi supersit.* B = *ex qua tantum patitur et sumitur.* B — *quidem* post *ad tempus.*

4. e = *non enim esset.* B — *in* ante *tot coelestia.* G (s∞) = *ista decurrerent.* G(s∞) = *Nec tamen necesse est.* B = *et plena sit.*

multum spiritus lateat intus = EG Gr. 𝔅 ... 𝔏4. B = *multum spiritus intus lateat.* Bong. ex Cui. Memm. 𝔊ro ... 𝔎 = *multum spiritus inter lateat.* Koeler ci. = *aer latens obtineat.* E = *optineat.* B = *necesse est ergo id ipsum quo re mobilissima plenum est.* P3. + *necesse est ut id saepe moveatur.* P4. + *necesse est id saepe ut ipsum moveatur.* 𝔅 = *re nobilissima.*

cuiquam potest = BEe. G𝔅 ... 𝔎 = *potest cuiquam.* Apud G *quin* in lit. G (s∞) — *sit* post *nihil.* B — *tam* ante *inquietum.*

tam versabile = BEeG Gr. 𝔅2. 𝔅 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 + *et tam versabile.*

et agitatione gaudens? XVII. Sequitur ergo, ut naturam suam exerceat et quod semper moueri uult aliquando et alia moueat. Id quando fit? quando illi cursus interdictus est. Nam quamdiu non inpeditur it placide, cum offenditur et retinetur, insanit et moras suas abrumpit, non aliter quam ille

Pontem indignatus Araxes.

2 Quamdiu illi facilis et liber est alueus, primas quasque aquas explicat: ubi saxa manu uel casu inlata repressere uenientem, tunc inpetum mora quaerit et quo plura opposita sunt plus inuenit uirium. Omnis enim illa unda quae a tergo superuenit et in se crescit, cum onus suum sustinere non potuit, uim ruina pa-
3 rat et prona cum ipsis quae obiacebant fugit. Idem spiritu fit qui quo ualentior agiliorque est citius eripitur et uehementius septum omne disturbat: ex quo motus fit, scilicet eius partis sub qua pugnatum est. Quod dicitur uerum esse ex illo probatur:

et agitatione gaudens = BE Bong. ex Cui. Fort. P3. codd. Ops. Anic. Scal. Trist. 𝔊ro ... 𝔎. P4. = *et fatigatione gaudens.* G Col. 𝔅 ... 𝔏4. = *et vagatione gaudens.*

Cap. XVII.

B — *ergo* post *Sequitur.*

Id quando fit? quando illi cursus = EG Gr. 𝔊ro ... 𝔎. e = ∾ *quum illi cursus* (sed scribit *Qñ* i. e. *quando*). B = *Id tanta fit quanto cursus* om. *illi.* 𝔅 ... 𝔏4. = ∾ ? *Cum illi cursus.*

it placide = EeG. 𝔅 = *id placide.* B𝔈1. ... 𝔎 = *placide fluit.* G Gr. 𝔅 ... 𝔈2. = *et moras suas arripit.* BE Pinc. v. l. ∾.

quam ille pontem indignatus Araxes = BE P4. Col. codd. Ops. 𝔈1. 𝔊ro ... 𝔎. G (lit.) + *quam ille potest pontem indignatus Araxes.* P3. 𝔅 = *quam ille poeta indignatus Araxes.* Fort. + *quam ille poeta pontem indign. Ar.* Fortun. ci. = *quam illud poetae* sive [𝔈2. ... 𝔏4.] + *ille poetae pontem ind. Ar.* Versus est Virg. A. VIII, 728.

2. B = *Quamdiu ille liber et facilis alveus est non lenius primas quasque explicat undas.*

manu vel casu inlata repressere Ee. B = *manu vel casu inlatae pressere venientem* (s.m. *vehentem*). G Fort. P4. Col. codd. Ops. 𝔅𝔈1. = *manu vel casu in latere pressere.* P3. = *casu vel manu pressere* om. *inlata.* Fortun. ci. = *manu vel casu illata in latere pressere.* Erm. ci. m𝔈1. 𝔈2. ... 𝔎 = *manu vel casu illata pressere.* G (n.) + *et tunc impetum.* B = *tunc impetum mora premit* ∾ *plus accipit virium.* G (cr. ∾) = *moram quaerit et quoque plura opposita.* B — *illa* ante *unda.* B + *vim ruina sua parat.*

cum ipsis quae obiacebant fugit = BE P3. 4. codd. Ops. 𝔊ro ... 𝔎. G𝔅 = *cum his quae obiciebat* [𝔅 = *obiic.*] *aufugit.* Col. = *quae obieciebat aufugit.* 𝔈1. = *cum his quae obiacebant aufugit.* 𝔈2. 𝔈 = *cum his quae obiacebant fugit.* 𝔊 ... 𝔏4. = *cum his quae iacebant fugit.*

3. B = *Idem fit spiritu.*

citius eripitur = BEeG Gr. 𝔅 𝔈1. Fort. 𝔑u𝔎 = *eo citius rapitur.* Pinc. v. l. — *eripitur.* m𝔈1. Pinc. ci. = *citius erumpit.* B = *omnes septum disturbat. ex quo* [Nicot. =] *motus fit solius eius partis* (P4. = *s9 eius partes subq.*). P4. = *septus omnis disturbat.* P3. Col. = *ceptus omnis disturbat.* G𝔅𝔈1. 𝔐an 𝔊ro ... 𝔎 = *septus omnes disturbat.* E𝔈2. ... 𝔏4. ∾. G(s∾) = *sub quo pugnatum est.* G = *quod*

saepe cum terrae motus fuit, si modo pars eius aliqua dirupta est,
inde uentus per multos dies fluxit, ut traditur eo factum motu 4
quo Chalcis laborauit: apud Asclepiodotum inuenies, auditorem
Posidonii, in his ipsis Quaestionum Naturalium causis. Inuenies
et apud alios auctores hiasse uno loco terram et inde non exiguo
tempore spirasse uentum qui scilicet illud iter ipse sibi fecerat
per quod ferebatur. XVIII. Maxima ergo causa est propter
quam terra moueatur spiritus natura citus et locum e loco mutans. Hic quamdiu non inpellitur et in uacanti spatio latet, iacet innoxius nec circumiectis molestus est: ubi illum extrinsecus superueniens causa sollicitat conpellitque et in artum agit, scilicet adhuc cedit tantum et uagatur. ubi erepta discedendi facultas est et undique obsistitur, tunc

magno cum murmure montis
Circum claustra fremunt

quae diu pulsata conuellit ac iactat, eo acrior quo cum mora 2
ualentiore luctatus est. Deinde cum circa perlustrauit omne
quo tenebatur nec potuit euadere, inde quo maxime inpactus est

dicitur verum est. B = *et illo probatur.*

saepe cum terrae = BEe. G𝔅𝔈1. = *saepe enim terrae.* 𝔈2. . . . 𝔎 + *saepe enim cum terrae.* B = *motus fuerit.* B — *aliqua.*

4. EeG (s∾) = *ubi traditur.*

eo factum motu = Ee. G𝔅 = *factum eo motu.* B = *factum illo terrae motu.* 𝔈1. . . . 𝔎 = *factum eo terrae motu.* B = *quo calceis laboravit.* E = *quo Calchis laboravit.*

apud Asclepiodotum invenies = Ee G𝔅. B𝔈1. ... 𝔎 + *quod apud Ascl. invenies.* G (s.m.) — *invenies.*

in his ipsis Quaestionum Naturalium causis = BE P4. Col. 𝔅𝔈1. 𝔅2. . . . 𝔎. GP3. 𝔈2. ... 𝔅1. — *his.* G = *hiasse imo loco terram.* B = *spiravisse ventum.* Ee = *qui secundum illud iter ipse.* BG (s∾) — *ipse.* 𝔅 = *intus ipse sibi fecerat.*

Cap. XVIII.

B = *Mox ima ergo causa est.*

non inpellitur = BEG Gr. alter cod. Ops. Anic. 𝔅 ... 𝔈 𝔊ro ... 𝔎. Alter cod. Ops. — *inpellitur.* 𝔊 . . . 𝔏4. — *non.* B = *iacet, latet innoxius.* P3. = *et vaganti spatio iacet, latet inn.* P4. = *et in natanti spacio iacet inn.* om. *latet.* Ee = *non circumscriptis molestus est.* G(cr.∾) 𝔅 = *nec circumvectis.* B = *superveniens extrinsecus.* Alter cod. Ops. = *compellique, in arctum agit scilicet.* B alter cod. Ops. = *compellitque et in artum* [Ops. = *arctum*] *ducit scilicet.* P3. 4. 𝔅 = *et in arcum.* Opsop. ci. = *compellitque, adhuc cedit tantum* rell. om. quae pro interpretatione scholastica habet. Ee = *si licet adhuc.* sG = *scilicet ad hec.* B = *tantum cedit.* E = *cedit tamen* (*tñ*).

ubi erepta discedendi facultas est = EsG 𝔅 . . . 𝔅1. 𝔐u 𝔎. B Brit. 𝔅2. = *ubi excempta* [*exemta*] *discedendi f. e.* probat Gron. G = *es erecta disced. f. e.*

Circum claustra fremunt = EVirg. (A. I, 56.). BG 𝔅 . . . 𝔎 = *Circum claustra fremit.*

2. P3. 4. = *qui diu pulsata.*

quo cum mora valentiore luctatus est = EeG. B = *quo est mora valentiore luctatus* om. *cum.* 𝔅 ... 𝔎 = *cum valentiore mora.* E = *quod tenebatur.*

resilit et aut per occulta diuiditur ipso terrae motu raritate facta aut per nouum uolnus emicuit. Ita eius non potest uis tanta cohiberi nec uentum tenet ulla conpages: soluit enim quodcumque uinculum et onus omne fert secum fususque per minima laxamentum superat indomita potentia naturae liber: at utique cum
3 est concitatus, sibi ius suum uindicat. Spiritus uero inuicta res est: nihil erit quod

Luctantes uentos tempestatesque sonoras
Imperio premat ac uinclis et carcere frenet.

Sine dubio poetae hunc uoluerunt uideri carcerem in quo sub terra clausi laterent. Sed hoc non intellexerunt, nec id quod clausum est esse adhuc uentum nec id quod uentus est posse iam claudi. Nam quod in clauso est quiescit et aeris statio est:
4 omnis in fuga uentus est. Etiamnunc et illud accedit his argumentis: motum efficit spiritus, quod corpora quoque nostra non

B — *per occulta.* G(cr.∾) = *aut per novum vulgus.*

Ita eius non potest vis tanta cohiberi = EeG 𝔅𝔈1. B = *Ita eius non potest tanta vis cohiberi.* 𝔈2. ... 𝔎 = *Ita eius vis tanta non potest cohiberi.* B = *solvit enim omne vinculum.*

et onus omne = BEe. G 𝔅 . . . 𝔎 = *et omne onus.*

fususque per minima = EeG Fort. Pinc. v. l. P3. Col. 𝔅. B P4. 𝔈1. ... 𝔎 = *infususque per minima.*

laxamentum superat = BEeG (s.m.) P4. Memm. Nicot. 𝔈1. 𝔐an 𝔈 𝔊 𝔑u 𝔎. G Fort. P3. Col. 𝔅𝔈2. = *laxamentum superatus.* Pinc. ci. 𝔐 . . . 𝔅2. = *laxamentum sibi parat.* Scalig. (ad Lucil. Aetn. v. 385.) laudat *infususque per minima laxamenta superat.* B sG Nicot. + *et indomita.* Memm. = *et domita.*

potentia naturae = BEe. G Gr. Memm. Nicot. 𝔅 ... 𝔎 = *naturae potentia* (P4. = *p õ n*).

liber: at utique cum est concitatus. Ita interim scripsi. B = *liberat utique cum est concitatus.* Ee = *liber at est utique cum concitatus.* G = *liber at. Est utique cum concitatis* (hoc cr.∾). Fort. P4. Col. Memm. = *liber at. Est utique cum concitatus.* Nicot. = *liber at. Est utique cum concitatur et sibi.* P3. 𝔅 = *libera est, utique cum concitatus.* 𝔈1. 𝔐an = *libera est, utique cum concitius.* 𝔈2. ... 𝔊 = *liber at, utique concitatius.* 𝔐 ... 𝔎 = *liber, utique concitatus, sibi.* Scalig. locum sic legit: *liber; at utique quum concitatior ius suum sibi vindicat.*

3. B — *vero* post *Spiritus.*

nihil erit quod = BEeG. 𝔅 ... 𝔎 + *nihil enim erit quod.*

Luctantes ventos. Virg. A. I, 53. sq. E(s∾) — *ventos.* Virg. = *premit* ∾ *frenat.* G = *vinculis* [hoc cr. ∾. 𝔅 𝔈1. =] *ac carcere.*

hunc voluerunt = BEG (lit.). 𝔅 ... 𝔎 = *hunc voluerant.* P4. = *hinc vol.* G + *caronem vel carcerem.* E(s∾) — *clausi* post *terra.* Ee — *non* ante *intellexerunt.* B — *adhuc* ante *ventum.* B — *iam* ante *claudi.*

4. B = *Etiamnunc aliud accidit* (hoc cr.∾). G = *Etiamnunc* [m *et*] *illud accidit.*

motum efficit spiritus = B. Ee + *per quod apparet quod motum efficit spiritus.* G Gr. 𝔅 ... 𝔊 𝔅2. + *per quod appareat, quod motum efficit spiritus.* 𝔐 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *per quod appareat, motum effici spiritu.* Fortasse verius erat: *quod motum efficit spiritus.* B = *quo corpora quoque nostra.*

aliter tremunt, quam si spiritum aliqua causa perturbet, cum timore contractus est, cum senectute languescit et uenis torpentibus marcet, cum frigore inhibetur aut sub accessionem cursu suo deicitur. Nam quamdiu sine iniuria perfluit et ex more procedit, nullus est tremor corpori: cum aliquid occurrit quod inhibeat eius officium, tunc parum potens in perferendis his quae suo uigore tenebat deficiens concutit quicquid integer tulerat. XIX. Metrodorum Chium necesse est audiamus quod uult sententiae loco dicentem. Non enim permitto mihi ne eas quidem opiniones praeterire quas inprobo, cum satius sit omnium copiam fieri et quae inprobamus damnare potius quam praeterire. Quid ergo dicit? *Quomodo cum in dolio cantantis uox illa per totum cum quadam discussione percurrit ac resonat et tam leuiter mota tamen circuit non sine tactu eius tumultuque quo inclusa est: sic speluncarum sub terra pendentium uastitas habet aera suum quem simul alius superne incidens percussit, agitat non aliter quam* illa de quibus paulo ante retuli *inania indito clamore sonuerunt.* XX. Veniamus

E (s∾) — *aliter* ante *tremunt.*
aliqua causa perturbet = BEe. sG = *aliqua causa perturbat.* G𝔅 𝔈2. ... 𝔎 = *quam si sp. aliqua causa conturbat.* 𝔈1. = *si spiritum* ∾ *conturbat* om. *quam.* B = *cum timore exceptus est.* Apud G *contractus est* in lit. E = *frigore inibetur.* B P4. = *aut sub accessione febris a cursu suo deicitur.* Ee = *aut sub accensionem.* G — *et* ante *ex more.* G = *cum aliquid occurrat.* B = *quod inhabeat.* E = *inibeat.* Trist. = *inhibeat eius effectum.* B P4. = *tunc parum potest perf.*
in perferendis his = EeG𝔅 ... 𝔈2. BP4. 𝔈 ... 𝔎 — *in.* B — *suo* ante *vigore.* BEeG (cr.∾) P3. 4. = *vigore tendebat.* Col. = *vigore tondebat.* 𝔅 ∾. B + *et deficiens.* G = *quicquid integra tulerat.* Fort. P3. Col. 𝔅𝔈1. = *quicquid integrum tulerat.* BE P4. Fortun. ci. ∾.

Cap. XIX.

B = *Metrodorum Schium.* P4. = *Metrodorus autem Chium.* G (n.) + *M. Chiumque necesse est.* hinc orta alia scriptura BEe Gr. 𝔅 + *quia necesse est.* G (s.m.) = *audias.* B = *audiamus quidem sententiae loco d.*
ne eas quidem opiniones = BEe𝔅. G𝔈1. ... 𝔎 = *nec eas q. op.* Ee = *cum satis sit.* Ee = *et quae damnamus improbare.* de quo vide.
Quomodo cum in dolio cantantis vox illa per totum = BEe P3. G 𝔅 = *Quomodo cum in dolio cantus* [mG ∾] *vox illa per totum.* P4. Col. 𝔈1. = *Quomodo cum in dolio causatur, vox illa per totum.* Fort. 𝔈2. ... 𝔎 = *Quomodo in dolio cantantis vox* [𝔑u𝔎 = *vox illa*] *per totum.* Salmas. (ad Scriptt. H. A. II. p. 821.) ci. = *Quomodo quum in dolio cantatur, vox illa per totum.* Schneider (in Ecll. Physs. p. 182.) ci. = *Quomodo quum in dolio clauditur vox, illa per totum.* G (s.m.) — *cum* ante *quadam.* B (cr.∾) = *percutit ac resonat.* Col. = *et cum leviter mota cum circuit.* B P4. = *et tam leviter morata tamen circuit.* 𝔈1. = *et tam leviter morata circuit.* e = *et* [hoc n.] *tamen circuitur.* EG Fort. P3. 𝔅 ∾. B = *sub terra pendentum.* B = *qui simul alius.* G = *retuli in anima. Indico morem sonuerunt.*

in quibus cometae partibus currant, cum tam seducti a ceteris errent. Ita scribendum videtur. Ee = quibus cometae partibus currant cum tam seducti [= P3. 𝔐an] a ceteris erret (s.m. errat). B = quibus cometae partibus currant cum tam seducta ceteris eant. G = quibus cometae partibus errent [s currant] cum tam seducti a ceteris eant (s errant). P4. = errent cum tam seducti. Col. = errent cum cã seducti. 𝔅 = quibus cometae partibus errent. Cum tam seducti ac terris eant. ℭ1. = errent. Cum tam seducti a caeteris eant. Etiam Anic. Scal. Rom. = currant. ℭ2. ... 𝔎 = errent, cur tam seducti a ceteris eant. B = quanti quales ipsi sint. B = et posteri conterent. Ee + per cometas etiam aciem.

2. Primum si fit illud = Ee.

non in ea parte fit qua sidus ipsum est spissi ignis ac solidi, sed qua rarus splendor excurrit et in crines dispergitur, per interualla ignium, non per ipsos uides. Stellae, inquit, omnes rotundae sunt, cometae porrecti: ex quo adparet stellas non esse. Quis enim concedit tibi cometas longos esse? quorum natura quidem ut ceterorum siderum globus est, ceterum fulgor extenditur. Quemadmodum sol radios suos longe lateque dimittit, ceterum ipsi alia est forma, alia ei quod ex ipso fluit lumini: sic cometarum corpus ipsum conrotundatur, splendor autem longior quam ceterorum siderum adparet. XXVII. Quare? inquis. Dic tu mihi prius quare luna dissimillimum soli lumen accipiat, cum accipiat a sole. quare modo rubeat, modo palleat. quare liuidus illi et ater color sit, cum conspectu solis excluditur. Dic mihi quare omnes stellae inter se dissimilem habeant aliquatenus faciem, diuersissimam soli. Quomodo nihil prohibet ista sidera esse, quamuis similia non sint: sic nihil prohibet cometas aeternos esse et sortis eiusdem cuius cetera, etiam si faciem illis non habent similem. Quid porro? mundus ipse, si consi- 2
deres illum, nonne ex diuersis conpositus est? Quid est quare in Leone sol semper ardeat et terras aestibus torreat, in Aquario adstringat hiemem, flumina gelu claudat? Et hoc tamen et illud sidus eiusdem condicionis est, cum effectu et natura dissimile sit. Intra breuissimum tempus Aries extollitur, Libra tardissime mergitur: et hoc tamen sidus et illud eiusdem naturae

BG𝔅 . . . 𝔎 = *Primum si fit* i s t u d. G (cr. ∾) = *sidus ipsum* e t *spissi.*
ignis ac solidi = BEe. G 𝔅 . . . 𝔎 = *ac solidi ignis.* G (s ∾) = q u e *rarus splendor.* B = *et in crines* e x p a r *gitur.* G𝔅 = *comet* e s *porrecti.*
Quis enim conced i t *tibi* = Ee. B = *Quis enim tibi concedit.* G (lit.) = Q u i *enim tibi conced* u n t. 𝔅 . . . 𝔎 = *Quis enim tibi conced* e t. G𝔅 = *comet* e s *longos esse.* B = *longe lateque* d e *mittit ceterum alia est* e i *forma.* G (cr. ∾) Gr. 𝔅 = *quod ex ipso fluit lumin* i s. G (s∾) = *splendor* e n i m *longior.*

Cap. XXVII.

B = *soli dissimillimum.* B — *cum accipiat a sole.* Amicus Grut. ci. = *quare Lun* a e *dissim. Soli lumen, cum accipiat a Sole?* G = *et* a c *er color sit.*
cum conspectu solis excluditur = B Ee ci. Grut. G Gr. 𝔅 + *cum in conspectu solis excl.* 𝔈1. . . . 𝔎 + *cum a conspectu solis excl.* B = *aliquatenus habeant faciem.* G = n i l *prohibet* [= e. 𝔈1. =] i t a *sidera esse.*
s i c *nihil prohibet* = BEG𝔅. e = *sic* n i l *prohibet.* 𝔈1. . . . 𝔎 = i t a *nihil prohibet.* G (cr. ∾) = *cometas* e x*ternos esse.* B = e t s i *faciem illis.* GGr. 𝔅 = *non hab* u i t *similem.* Grut. ci. = *non hab* u e r i n t *similem.*
2. B = n o n *ex diversis* p a r t i b u s *conpositus est.*
sol semper ardeat = EG. B — *sol.* 𝔅 . . . 𝔎 = *semper sol ardeat.* P4. = *flumina gelu* c o n c l u *dat.* P3. = *flumina gelu claud* a n t u r. Apud G *claud* a t in lit. B (s∾) = E x *hoc tamen et illud.* B𝔅 = *Int* e r *brevissimum tempus.* 𝔅𝔈1. = *aries ex* c o l i*tur* (m𝔈1. = *ex* o r i *tur*).
Libra tardissime m e r g i *tur* = Ee

sunt, cum illud exiguo tempore adscendat, illud diu proferatur.
3 Non uides quam contraria inter se elementa sint? grauia et leuia sunt, frigida et calida, humida et sicca. tota haec mundi concordia ex discordibus constat. Negas cometen stellam esse, quia forma eius non respondeat ad exemplar nec sit ceteris similis. Uides enim, simillima est illa quae tricesimo anno reuertitur ad locum suum huic quae intra annum reuisit sedem suam. Non ad unam natura formam opus suum praestat, sed
4 ipsa uarietate se iactat. Alia maiora, alia uelociora aliis fecit, alia ualidiora, alia temperatiora: quaedam eduxit a turba, ut singula et conspicua procederent, quaedam in gregem misit. Ignorat naturae potentiam qui illi non putat aliquando licere nisi quod saepius fecit. Cometas non frequenter ostendit, adtribuit illis alium locum, alia tempora, dissimiles ceteris motus: uoluit et his magnitudinem operis sui colere quorum formosior facies est, quam ut fortuitam putes, siue amplitudinem eorum consideres siue fulgorem qui maior est ardentiorque quam ceteri. Facies uero habet insigne quiddam et singulare, non in angustum coniecta et artata, sed dimissa liberius et multarum stellarum amplexa regionem. XXVIII. Aristoteles ait cometas significare tempestatem et uentorum intemperantiam atque imbrium.

GP4. Col. 𝔙𝔈1. Fortun. ci. 𝔈2.... 𝔏4. = *Libra tardissime emergit.* B Brit. 𝔊ro ... 𝔎 = *Libra tardissime iungitur.* P3. dubie scribit quod aeque *iungitur* ac *mergitur* legi possit.

et hoc tamen sidus = BEe. G — *et.* 𝔙 — *hoc.* 𝔈1.... 𝔎 = *et tamen hoc sidus.* B — *et illud.*

eiusdem naturae sunt = Ee. B G𝔙 ... 𝔎 = *eiusdem naturae est.* G (s∾) = *ascendit.*

illud diu proferatur = BEeG Gr. 𝔙. 𝔈1.... 𝔎 = *hoc diu proferatur.*

3. E = *Non vides qui contraria.* B = *sint elementa.* G (s∾) — *sint.* G (s.m.) — *et* ante *levia.*

tota haec mundi concordia = E. B = *Tota autem mundi concordia.* G 𝔙 ... 𝔎 = *Tota huius mundi concordia.* B = *ex discordibus est.* G = *Negas cometam.* B = *esse stellam* ∾ *similis ceteris.*

Vides enim, simillima est illa = BEeG Fort. P3. Col. 𝔈1. 𝔅2. P4. 𝔙 = *Vides enim simillima esse illa.* 𝔈2. ... 𝔊 = *Vides quam simillima est illa.* 𝔐 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *Vides enim, quam simillima sit illa.* Fortun. ci. = *Vides quam dissimillima est illa.* B = *revertitur ad sedem suam.* E = *huic qui intra annum.* B = *Non ad unam formam natura.* G(m∾) = *sed ipsa veritate se iactat.*

4. B = *Alia minora alia velociora* ∾ *quaedam temperantiora.* G (m∾) — *aliis fecit. alia validiora.*

quaedam eduxit a turba = BEe. G𝔙 ... 𝔎 + *quaedam autem eduxit a turba.* B = *quaedam in greges mersit.* B = *qui illi aliquando non putat.*

nisi quod saepius fecit = BEesG P3. 𝔙. G 𝔈1. ... 𝔎 = *nisi quod saepius facit.* G = *Cometes.* B = *operis sui solvere.* Gr. = *operis sui colore.* Anic. = *corporis sui colere.*

quam ceteri = BEeG 𝔙. 𝔈1. ... 𝔎 = *quam ceteris.* G — *stellarum.* P4. = *et multa amplexa regionem.* Col. = *et multarum amplexa regionum.*

Quid ergo? non iudicas sidus esse quod futura denuntiat? non enim sic hoc tempestatis signum est quomodo futurae pluuiae

Scintillare oleum et putres concrescere fungos.

aut quomodo indicium est saeuituri maris, si marinae

In sicco ludunt fulicae notasque paludes
Deserit atque altam supra uolat ardea nubem:

sed sic quomodo aequinoctium in calorem frigusque flectentis 2
anni, quomodo illa quae Chaldaei canunt, quid stella nascentibus triste laetumue constituat. Hoc ut scias ita esse, non statim cometes ortus uentos et pluuias minatur, ut Aristoteles ait, sed annum totum suspectum facit. ex quo adparet illum non ex proximo quae in proximum daret signa traxisse, sed habere reposita et conpressa legibus mundi. Fecit hic cometes qui Paterculo et Uopisco consulibus adparuit quae ab Aristotele Theophrastoque sunt praedicta. Fuerunt enim maximae et continuae
tempestates ubique: at in Achaia Macedoniaque urbes terrarum 3
motibus prorutae sunt. Tarditas, inquit, illorum argumentum est grauiores esse multumque in se habere terreni, ipse praeterea cursus: fere enim conpelluntur in cardines. XXIX. Utrumque falsum est. De priore dicam prius. Quae tardius feruntur grauia sunt? Quid ergo? stella Saturni quae ex omnibus

Cap. XXVIII.

B = *Non enim fit tempestatis signum quomodo.* E (s∾) = *tempestatis genus est.*

Scintillare oleum. Virg. G. I, 392. *In sicco ludunt.* Virg. G. I, 363. sq. B = *supervolat ardea.* G (cr. ∾) = *supra volant arida nubem.*

2. e — *in* ante *calorem.* B = *frigus flectentis* om. *que.* B = *quod stella noscentibus triste.* G (s∾) = *laetumque.* B = *ventos pluviasque minatur.* G (cr. ∾) = *minantur.* B — *illum* post *adparet.*

non ex proximo = BE sG 𝔙 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎. G P4. = *non in proximo.* P3. Col. = *non ex improximo.* Fort. 𝔅2. = *non ex improviso.* probant Fortun. Grut. B = *reposita et conprehensa.* Koeler ci. = *reposita et complexa.*

Fecit hic cometes = BEe. G = *Fecit his cometes.* G (s. m.) 𝔙 ... 𝔎 = *Fecit is cometes.*

Paterculo et Vopisco consulibus = E 𝔈2. ... 𝔎. B = *Paterculo et Ulpio consulibus.* G = *Periculo* [m∾] *et Vaspico cons.* P3. = *Napisco.* P4. = *Vapisco.* Col. = *Napistulo.* 𝔙 = *patriculo et vaspico cons.* 𝔈1. = *Patriculo et Vopisco cons.* Cum alibi hi consules non memorentur, Koeler ci. = *T. Virginio et Vopisco cons.* Ee — *sunt* ante *praedicta.*

3. B Koeler ci. = *et in Achaia.* E = *terrarum motu proruptae sunt.* B = *terrarum motibus praeruptae sunt.* Ge P4. Anic. Scal. 𝔙 = *terrarum motibus proruptae sunt.* P3. = *terrarum motibus produptae sunt.*

ipse praeterea cursus = BEe Gr. 𝔅2. G = *ipse praetura cursus.* 𝔙 ... 𝔅1. 𝔑u𝔎 = *ipsi praeterea cursus.*

Cap. XXIX.

Quae tardius feruntur gravia sunt? = B. EeG P4. codd. Ops. Rom. Scal. 𝔙 ... 𝔈2. + *quia quae tardius feruntur gravia sunt:* Pinc. ci. 𝔈 ... 𝔏4. + *Quare quia tardius feruntur, gravia sunt?* P3. = *quia quae tardius fuerunt.* Col. = *quia*

iter suum lentissime efficit grauis est? atqui leuitatis argumen-
tum habet, quod supra ceteras est. Sed maiore, inquis, am-
bitu circuit nec tardius it quam ceterae, sed longius. Succur-
rat tibi idem de cometis me posse dicere, etiam si segnior illis
2 cursus sit. Sed mendacium est ire eos tardius. Nam intra sex-
tum mensem dimidiam coeli partem transiit hic proximus, prior
intra pauciores menses recepit se. Sed quia graues sunt, infe-
rius deferuntur. Primum non defertur quod circumfertur. de-
inde hic proximus a Septemtrione motus sui initium fecit et per
Occidentem in Meridiana peruenit erigensque cursum suum obli-
3 tuit. alter ille Claudianus a Septemtrione primum uisus non de-
siit in rectum adsidue celsior ferri, donec excessit. Haec sunt
quae aut alios mouere ad cometas pertinentia aut me. Quae an
uera sint di sciunt quibus est scientia ueri: nobis rimari illa et
coniectura ire in occulta tantum licet nec cum fiducia inueniendi
neque sine spe. XXX. Egregie Aristoteles ait numquam nos
uerecundiores esse debere, quam cum de dis agitur. Si intra-

tardius feruntur gravi o r a sunt. probat Grut. Idem ci. = *Q u i a n e tardius feruntur gravia sunt?* Gron. ci. 𝔊𝔯𝔬 ... 𝔅2. = *Q u i a n e tardius feruntur, grav e s sunt?* 𝔑𝔲 𝔎 + *Q u i d? quae tardius feruntur gravia sunt?* B = *l e n i s sime efficit.*

quod sup r a ceteras est = BEG𝔅 ... 𝔖. 𝔐 ... 𝔎 = *quod sup e r ceteras est.*

Sed maiore, inq u i s, ambitu = BEe G(s.m.) P3. 4. ℭ1. 𝔊𝔯𝔬 ... 𝔎. GCol. 𝔅 = *Sed maiore inquis h a b i t u.* ℭ2. ... 𝔏4. = *Sed maiore, inq u a m, ambitu.* B = *n i s i tardius i d quam ceterae.* ℭ1. 2. + *Succurrat q u e tibi* contra mstos etiam Pinc. Gr.

idem de cometis me posse dicere = Ee. B = *idem me de cometis dicere posse.* G𝔅 ... 𝔎 = *idem me de cometis posse dicere.* B — *illis* post *segnior.*

2. B = *eos ire tardius.*

dimidiam coeli partem tran s i i t = Ee. BG𝔅 ... 𝔎 = *dimidiam coeli partem trans c u r r i t.* sG = *int e r pauciores m.* B = *se recepit.*

erigensque cursum suum oblituit = BEe. Gℭ1. ... 𝔎 = *erigensque suum cursum oblituit.* 𝔅 = *erigens cursum o b l i q u o.* P3. = *erigensque cursum o b l i q u o i d.* P4. Col. = *erigensque suum cursum obl i c uit.* probat Grut.

3. P3. 𝔅ℭ1. = *assidue c e l e r i o r ferri.* B = *adsidue celsior f i e r i.* B = *Haec sunt quae ad cometas pertinentia aut alios movere aut me.* G (m∾) = *quae a d alios movere.* G (s.m.) = *ad comet i s.* P3. = *quae a d alios movere cometas pertinentia aut me.* P4. Col. 𝔅 = *quae aut alios movere cometas perti n a c i a, aut me.* G (s∾) = *quae an n a t u r a sint dii sciunt.* P3. = *quae an vera sint d i s c u t i u n t.* Fort. ℭ2. ... 𝔖 𝔑𝔲 𝔎 = *Quae an vera sint, d i s c u t i a n t.* (Koeler ci. = *i d i i sciunt*). 𝔅 = *Quod a n n e x a sint dii sciunt.* Bong. ex Cui. = *Quae an vera sint d i i s c u r a, quibus.* BE P4. Col. Anic. Scal. Trist. plures codd. Ops. ∾. G(m∾) Fort. Gr. 𝔅 ... 𝔖 = *quibus est s e n t e n t i a veri.* BE Bong. ex Cui. ∾.

et coniectur a i r e in occult a = B Ee mG codd. Ops. 𝔊𝔯𝔬 𝔅2. 𝔅1. 𝔑𝔲 𝔎 = *et coniectura ire in occult o.* P3. = *et i e c t u rare i n o c c ulta. t a m e n licet.* G P4. Col. ℭ1. ... 𝔏4. = *et coniectur a r e in occult o.* 𝔅 = *et coniec t u r e in occult o.*

n e q u e sine spe = E. BG𝔅 ... 𝔎 = *n e c sine spe.*

Cap. XXX.

Ee + *ait u t nunquam.* B Col. — *de* ante *dis agitur.* P3. = *quam cum*

mus templa conpositi, si ad sacrificium accessuri uoltum submittimus, togam adducimus, si in omne argumentum modestiae fingimur: quanto hoc magis facere debemus, cum de sideribus, de eorum natura, de stellis disputamus, ne quid temere, ne quid inprudenter aut ignorantes adfirmemus aut scientes mentiamur?
Nec miremur tam tarde erui quae tam alte iacent. Panaetio 2
et his qui uideri nolunt cometen non esse ordinarium sidus, sed falsam sideris faciem diligenter tractandum est an aeque omnis pars anni edendis cometis satis apta sit, an omnis coeli regio idonea in qua creentur, an quacumque ire ibi etiam concipi possint, et cetera quae uniuersa tolluntur, cum dico illos non fortuitos esse ignes, sed intextos mundo quos non frequenter educit, sed in occulto mouet. Quam multa praeter hos per secre- 3
tum eunt numquam humanis oculis orientia? neque enim omnia deus homini fecit. Quota pars operis tanti nobis committitur? ipse qui ista tractat, qui condidit, qui totum hoc fundauit, deditque circa se, maior pars sui operis ac melior, effugit oculos, cogitatione uisendus est. XXXI. Multa praeterea cognata numini summo et uicinam sortita potentiam obscura sunt. aut for-

de diversis agitur. Ee = *vultum dimittimus.* B = *si omni argumentum modestiae fungimur.* Anic. Scal. = *modestiae erigimur.* G (m ∾) — *quanto hoc magis ... disputamus.*

de sideribus, de eorum natura, de stellis disputamus = Ee. BmG 𝔈1. ... 𝔎 = *de sideribus, de stellis, de deorum natura disp.* 𝔙 = *de sideribus de stellis de eorum natura disp.*

ne quid inprudenter = BEeG Anic. 𝔙. 𝔈1. ... 𝔎 = *ne quid impudenter.*

2. *diligenter tractandum est* = E mG 𝔈1. ... 𝔏4. G — *tractandum est.* 𝔙 = *diligenter tractandus est.* B Brit. 𝔊ro ... 𝔎 = *diligenter tractatum est.* B𝔙 = *pars anni edentis.* E (s∾) G (s∾) — *satis* ante *apta.* B — *an omnis coeli ... et cetera.* G(n.) + *quacunque queque ire.* G(cr. ∾) = *concipi possunt.* 𝔙 = *an quantum quaeque ire: concipi posse ibi est: sunt et caetera.*

illos non fortuitos esse = BEe mG 𝔙. G = *illos non futuros esse ignes.* 𝔈1. ... 𝔎 = *illos fortuitos non esse ignes.* G (cr. ∾) = *et intexio mundo.* G = *quos vero frequenter.*

3. B = *Quorum multa praeter hos.*

neque enim omnia deus homini fecit = E P4. Col. codd. Ops. 𝔊ro ... 𝔎. G P3. 𝔙 ... 𝔏4. = *Neque enim omnia deus humani oculis nota fecit.* B = *Non enim* ∾.

nobis committitur = BE mG codd. Ops. 𝔊ro ... 𝔎. P3. 𝔙 + *Quota oculis pars operis tanti nobis committitur.* 𝔈1. + *Quota pars oculis operis tanti nobis committitur.* G P4. Col. — *nobis.* 𝔈2. ... 𝔏4. = *nostris oculis committitur.*

ipse qui ista tractat = sG P4. 𝔈1. ... 𝔊. BEe P3. Col. = *Ipse qui ipsa tractat.* G = *Ipse qui ipsam tractat.* 𝔐 ... 𝔎 = *Ipse qui ea tractat.* B = *qui totam hoc firmavit.*

maior pars sui operis = G (s.m.). Ee + *maior est pars sui operis.* B = *maior est sui operis.* G + *maiorque est pars sui operis.* 𝔙 ... 𝔎 = *maiorque est pars operis sui.* 𝔙 = *effudit oculos.* G (cr. ∾) = *visendum est.*

Cap. XXXI.

𝔙 = *cognata minimi fumo.* 𝔈1. = *nimium summo.* Pinc. v. l. = *numini suo.* G (cr. ∾) = *sortitam*

tasse, quod magis mireris, oculos nostros et inplent et effu-
giunt, siue illis tanta subtilitas est quantam consequi acies hu-
mana non possit, siue in sanctiore secessu maiestas tanta deli-
tuit et regnum suum, id est se regit nec ulli aditum dat nisi
animo. Quid sit hoc sine quo nihil est scire non possumus: et
miramur, si quos igniculos parum nouimus, cum maxima pars
2 mundi deus lateat? Quam multa animalia hoc primum cognoui-
mus seculo? et quidem multa uenientis aeui populus ignota no-
bis sciet. multa seculis tunc futuris, cum memoria nostri exo-
leuerit, reseruantur. Pusilla res mundus est, nisi in illo quod
quaerat omnis mundus habeat. Non semel quaedam sacra tra-
duntur: Eleusin seruat quod ostendat reuisentibus. Rerum na-
tura sacra sua non semel tradit. initiatos nos credimus: in ue-
3 stibulo eius haeremus. Illa arcana non promiscue nec omnibus
patent: reducta et interiore sacrario clausa sunt. ex quibus
aliud haec aetas, aliud quae post nos subibit dispiciet. Quan-
do ergo ista in notitiam nostram perducentur? Tarde magna

potentiam. E = *quae* [q̄] *magis mireris.* B = *quod magis mirere.* B 𝔅 — *et* ante *inplent.* B = *quantam assequi acies.* G (m∾) 𝔅 = *acies nostra.* B = *in sanctiore recessu.* G(s∾) = *maiestas tanta dilituit.* P3. = *maiestas tanta delitũ.* P4. Col. = *maiestas tanta delicuit.* Ee — *et* ante *regnum suum.* sG = *idem se regit.* Ee — *aditum.* G (cr. ∾) = *additum nec animo.*

sine quo nihil est = B sEe. 𝔅 = *sine quo vilẽ.* E (s∾) — *nihil est.* G𝔈1. ... 𝔎 (exc. 𝔐) = *sine nil est.* B = *si hos igniculos.* G(m∾) = *si quos ingretulos parum novimus.*

2. B = *cognovimus seculo. quam multa negocia. ne hoc quidem multa aetas populus.* Ee P3. Col. = *cognovimus seculo? quam multa negotia ne quidem hoc: multa venientis aevi* [P3. = *cui*] *populus.* G = *cognovimus seculo quam multa negocia* [m *ne quidem hoc multa*] *venientis aevi populus.* Fort. = *seculo? Ne haec quidem multa. Multa venientis aevi populus.* P4. = *seculo, quam multa negotia, nec quidem hoc multa seculis tunc futuris.* Codd. Ops. = *seculo, quam multa negotia. Ne hoc quidem. Multa.* 𝔅 = *seculo: quam multa negocia. Ne quid haec multa venientis aevi populus.* 𝔈1. = *seculo, quam multa negotia? Ne quidem haec multa venientis aevi populus.* 𝔈2. ... 𝔊 = *seculo, quam multa negotia, haec quidem multa. Multa venientis aevi populus.* 𝔐 ... 𝔎 ∾. Sed locus minime sanus est. B — *tunc* ante *futuris.* B = *nostra exoleverint.* G (s ∾) = *in illo quo quaerit.* 𝔅 = *quemadmodum sacra traduntur.*

Eleusin servat = Ee ci. Gron. 𝔎. sE se = *Plenius servat.* P3. = *Clusin servat.* BG P4. Col. 𝔅 ... 𝔊 = *Eleusina servat.* sG 𝔐 ... 𝔑u = *Eleusis servat.* G (cr. ∾) 𝔅 = *quod hostendat* (sG = *ostendit*).

sacra sua non semel tradit = B Ee sG. G𝔅 ... 𝔎 = *sacra sua non simul tradit.* Ee = *Initiato nos credimus.* G𝔅 = *Initiatos* [Gr. =] *non credimus.*

3. *et interiore sacrario clausa sunt* = Ee P3. P4. Col. G𝔅𝔈1. = *etiam* [mG = *et*] *in interiore* [P4. Col. = *interiori*] *sacrario clausa sunt.* 𝔈2. ... 𝔎 + *et in interiore sacrario clausa sunt.* B = *et in interiore clausa sunt sacrario.* E *quibus aliud.* G = *Ex quibus alium.* G = *perducerentur. Tarde magna perveniunt.*

proueniunt, utique si labor cessat. Id quod unum toto agimus animo nondum perfecimus, ut pessimi essemus. adhuc in pro- 4
cessu uitia sunt: inuenit luxuria aliquid noui in quod insaniat. inuenit inpudicitia nouam contumeliam sibi. inuenit deliciarum dissolutio et tabes aliquid tenerius molliusque quo pereat. Nondum satis robur omne proiecimus: adhuc quicquid est boni moris exstinguimus laeuitate et politura corporum. muliebres munditias antecessimus. colores meretricios matronis quidem non induendos uiri sumimus. tenero et molli incessu suspendi- 5
mus gradum: non ambulamus, sed incedimus. exornamus anulis digitos, in omni articulo gemma disponitur. cotidie conminiscimur per quae uirilitati fiat iniuria, ut traducatur, quia non potest exui: alius genitalia excidit, alius in obscoenam partem ludi fugit et locatus ad mortem infamiae armatur. egenus etiam in quo morbum suum exerceat legit. XXXII. Miraris, si nondum sapientia omne opus suum inpleuit? nondum tota se nequitia protulit. adhuc nascitur et huic omnes operam damus: huic oculi nostri, huic manus seruiunt. Ad sapientiam quis accedit? quis dignam iudicat, nisi quam in transitu nouerit? quis philosophiam aut ullum liberale respicit studium, nisi cum ludi intercalantur, cum aliquis pluuius interuenit dies quem perdere libet?

Id quod unum toto agimus animo = BEG 𝔈2. . . . 𝔅1. Gr. 𝔅𝔈1. = *In quod unum tota agimus animo.* Pinc. v. l. 𝔅2. ... 𝔎 = *In quod unum toto agimur animo.* probat Grut.

4. B = *aliquid novi in quo seviat.* 𝔅 = *Invenit pudicitia.* G(s∾) — *novam* ante *contumeliam.* B = *aliquid adhuc tenerius et mollius.* G (cr.∾) = *quomodo pereat.* Pinc. v. l. = *quo pereatur.* BEG Gr. 𝔅 ∾. B — *laevitate ... matronis.* G(cr.∾) = *non inducendos.* B = *non induendum.*

5. *tenero et molli incessu* = Ee 𝔈2. ... 𝔊. Bong. ex Cui. 𝔐 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *Tenero et molli ingressu.* B G Gr. Anic. Scal. 𝔅𝔈1. 𝔐an 𝔅2. = *Tenero et molli gressu.* B Fort. 𝔈2. ... 𝔊 = *non ambulamus sed repimus.* probat Fortun. Ee = *in omni articulo gemmandis ponimus.* G = *Cotidie commiscimur.* 𝔅 = *comminiscimus.* Ee = *humilitati fiat iniuria.* G Gr. 𝔅𝔈1. 𝔅2. ... 𝔎 = *aut traducatur.* BE Fortun. ci. ∾. E(s∾) — *potest* ante *exui.* B = *non potest erui. alius genitalia abscidit alius in obscenam ludi partem.* Fromond. ci. = *in obscoenam artem ludi.* G 𝔅𝔈1. = *partem ludi fugerit.* BEe P3. codd. Ops. = *infame armatur.* Fort. = *in fame armatur.* probat Fortun. Fromond. ci. = *in mortem infamem armatur.* sed magis probat vulgatam. G P4. Col. 𝔅 ∾ (𝔅 = *armatus*). B = *et genus etium in quo.*

Cap. XXXII.

B = *Nondum se nequitia totam protulit.* G (s∾) 𝔅 = *Quis dignum indicat.* 𝔅 = *nisi quem in transitu moverit.* B = *Quis phylosophum aut ullum liberale studium respicit.* 𝔅 = *Quis philosophum.* 𝔅 — *cum* ante *ludi.* G = *intercalcantur.* 𝔅 = *pluviis intervenit dies.*

quem perdere libet = BEe sG codd. Ops. Anic. ci. Steph. (ad Dalech. Ep.

2 Itaque tot familiae philosophorum sine successore deficiunt.
Academici et ueteres et minores nullum antistitem reliquerunt.
Quis est qui tradat praecepta Pyrrhonis? Pythagorica illa inui-
diosa turbae schola praeceptorem non inuenit. Sextiorum noua
et Romani roboris secta inter initia sua, cum magno inpetu coe-
3 pisset, exstincta est. At quanta cura laboratur, ne cuius pan-
tomimi nomen intercidat? Stat per successores Pyladis et Ba-
thylli domus: harum artium multi discipuli sunt multique docto-
res. Priuatum urbe tota sonat pulpitum. in hoc uiri, in hoc
feminae tripudiant. mares inter se uxoresque contendunt uter
det latus illis. deinde sub persona cum diu trita frons est, trans-
4 itur ad galeam. Philosophiae nulla cura est. Itaque adeo nihil
ex his inuenitur quae parum inuestigata antiqui reliquerunt, ut
multa quae inuenta erant, obliterentur. At mehercule si hoc
totis membris premeremus, si in hoc iuuentus sobria incumbe-
ret, hoc maiores docerent, hoc minores addiscerent: uix ad
fundum ueniretur in quo ueritas posita est quam nunc in sum-
ma terra et leui manu quaerimus.

21.). GGr. 𝔙 ... 𝔎 = *quem perdere licet.*

2. G (s∾) Scal. 𝔙𝔈1. = *sine successione deficiunt.* sP4. Fortun. ci. = *et veteres et iuniores.* BG Gr. 𝔙 ... 𝔊 = *praecepta Platonis.* E = *praecepta Pirronis.* m𝔈2. ∾.

Pythagorica illa = EG𝔙 ... 𝔏4. 𝔑u𝔎. B Brit. 𝔊ro ... 𝔅2. = *Pythagorea.*

invidiosa turbae schola = EeG P3. 4. 𝔙𝔅2. ... 𝔎. Col. = *in ludiosa turbae schola.* B𝔈1. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *invidiosae turbae schola.* B = *Sestiorum.* G (m∾) = *et robora roboris secta.* B = *cum initia sua magno impetu cepisset.* Ee = *inter vitia sua.* G (cr.∾) = *coepissent.*

3. BG (s.m.) 𝔈2. ... 𝔊 𝔑u 𝔎 + *ne cuiuslibet pantomimi.* G = *ne cuiuslibet pantomimium.* P4. Col. 𝔙 𝔈1. 𝔐an = *ne cuiuslibet patrimonii.* P3. = *ne cuiuslibet in patria nomen.* E ∾.

Privatum = BEeG Gr. codd. Ops. Anic. Scal. 𝔙𝔈1. 𝔐an. 𝔈2. ... 𝔎 = *Privatim.* B = *tota urbe pulpitum sonat.* Col. = *urbe tonat pulpitum* om. *tota.* B Brit. = *uter det latus. illius deinde sub persona.* Ee = *uter det latus. Illius demum sub persona.* de quo vide. G (cr.∾) P4. Col. 𝔈1. = *ut detur latus. Illius deinde.* P3. = *ut dent latus illius.* 𝔙 = *ut detur latio. Ille deinde sub persona.* Gron. ci. = *uter det latus Hylae.* P3. = *Deinde cum persona cum diu.* B = *trita est frons.*

transitur ad galeam = BEG Fort. Gr. Scal. 𝔙𝔊ro 𝔅2. 𝔈1. ... 𝔏4. 𝔅1. 𝔑u𝔎 = *transitur ad ganeam.*

4. B (s∾) = *Ita adeo.*

nihil ex his invenitur = Ee. BG 𝔙 ... 𝔎 = *nihil invenitur ex his.* 𝔙 = *inventa erant oblinerentur.*

At mehercule = BEeG𝔙. 𝔈1. ... 𝔎 = *At mehercules.* Ee — *vix ad fundum veniretur.* B = *vix ad fundum venirent.* Apud G *veniretur* in lit. B = *in summa terrae.* B = *Lucii Annei Senece Explicit.* G = *Explicit liber sextus Senece de quaestionibus naturalibus.* 𝔙 = *Explicit liber septimus et ultimus Naturalium questionum.*

L. ANNAEI SENECAE

LUDUS DE MORTE CLAUDII.

L. ANNAEI SENECAE
LUDUS DE MORTE CLAUDII.

I. Quid actum sit in coelo ante diem III. idus Octobr. anno nouo initio seculi felicissimi uolo memoriae tradere. Nihil offensae nec gratiae dabitur. Haec ita uera: si quis quaesiuerit unde sciam, primum, si noluero, non respondebo. Quis coacturus est? 2
Ego scio me liberum factum ex quo suum diem obiit ille qui uerum prouerbium fecerat *aut regem aut fatuum nasci oportere.* Si libuerit respondere, dicam quod mihi in buccam uenerit. Quis umquam ab historico iuratores exegit? Tamen si necesse fuerit auctorem producere, quaerite ab eo qui 3
Drusillam euntem in coelum uidit: idem Claudium uidisse se di-

L. Annaei Senecae Ludus de morte Claudii. Ita scripsi. V — *L. Annaei.* G = *Ludus Senece de morte Claudii N e r o n i s foeliciter Incipit.* 𝔈1. ... 𝔊 = *Lucii Annaei [Ann e i] Senecae i n mort e m Claudii C a e s a r i s Ludus.* Bong. 𝔐 ... 𝔅1. = *L. Annaei Senecae Claudii C a e s a r i s* Ἀποκολοκύντωσις ex ci. Hadr. Iunii (Animadvv. I, 17.). cf. Dio Cass. LX, 35. συνέθηκε μὲν γὰρ ὁ Σενέκας σύγγραμμα Ἀποκολοκύντωσιν αὐτό, ὥσπερ τινὰ ἀπαθανάτισιν, ὀνομάσας. 𝔑u 𝔅2. = *L. Annaei Senecae de morte Claudii C a e s a r i s Ludus.*

Cap. I.

Quid actum sit in coelo ante diem III. id. Octobr. anno novo, initio seculi felicissimi = V. G = *Quid actum in coelo sit ante diem ter t i o Octobr. idus anno novo initio foelicissimi seculi.* 𝔈1. ... 𝔅2. + *Quid actum sit in coelo ante diem tertium idus* [𝔈1. ... 𝔏𝔍u = *ei dus*] *Octobris, A s i n i o M a r c e l l o, A c i l i o A v i o l a C o s s., anno novo, initio seculi felicissimi.* Sed consulum nomina nec in S nec in αab aut Trist. leguntur. Cod. Rhen. = *anno no n o.*

Nihil offensae n e c gratiae dabitur = VGαbcdegh Trist. 𝔑u. S + *Nihil n e c offensae nec gratiae dabitur.* probat Orellius, et mihi quoque placet. 𝔈1. ... 𝔅1. 2. = *Nihil offensae v e l gratiae d.* Bong. cod. Curionis = *Haec ita v e r o.* Mss. etiam Ruhkii ∾. G (s∾ ead. m.) — *quis.* *quaes i v erit* = VS. G 𝔈1. ... 𝔅2. = *quaes i e rit.* G = *si v o luero.*

2. G = *Si respondere libuerit.*

ab historico i u r a t o r e s exegit = VS Bong. Trist. codd. Ruhk. 𝔈1. 2. 𝔑u 𝔅2. G = *Quis unquam ab i s torico v i a t o res c o e git.* 𝔈𝔊 = *Quis unquam ab historico i u r e a u t o r e s exegit.* Rhen. ci. 𝔏 ... 𝔅1. = *Quis unquam ab historico i u r a t o r e s exegit.* probat Gron.

3. G = *Drus y llam.* V(cr. ∾ ead. m.) = *euntem in c a e l o vidit.* V = *I t e m Claudium.*

cet iter facientem non passibus aequis. Uelit, nolit, necesse est illi omnia uidere quae in coelo agantur. Appiae uiae curator est: qua scis et diuum Augustum et Tiberium Caesarem ad
4 deos isse. Hunc si interrogaueris, soli narrabit: coram pluribus numquam uerbum faciet. Nam ex quo in senatu iurauit se Drusillam uidisse coelum adscendentem et illi pro tam bono nuntio nemo credidit quod uiderit, uerbis conceptis adfirmauit se non indicaturum, etiam si in medio foro hominem occisum uidisset. Ab hoc ego quaecumque audiui certe clara adfero, ita illum saluum et felicem habeam.

II. *Iam Phoebus breuiore uia contraxerat ortum*
Lucis et obscuri crescebant tempora somni
Iamque suum uictrix augebat Cynthia regnum
Et deformis hiems gratos carpebat honores
Diuitis autumni iussoque senescere Baccho
Carpebat raras serus uindemitor uuas.

2 Puto magis intellegi, si dixero, mensis erat October, dies tertius idus Octobris. Horam non possum certam tibi dicere: facilius inter philosophos quam inter horologia conueniet. Tamen

G = *iter non aequis passibus facientem.* sVSG = *quae in caelo ag u n tur.* Amicus Grut. ci. = *curator e s* aut *qua s c i m u s* vel *s c i t u r.* G = *et T y berium.*

4. G = *N u n c si interrogaveris.* G = *Drus y llam ,* ut solet.

q u o d viderit = S codd. Ruhk. 𝔈1. . . . 𝔊 𝔑u 𝔅2. VG 𝔐 . . . 𝔅1. = *q u i d viderit.* Heumannus (in Suppl. ad Acta Erud. VI. p. 298.) haec pro glossemate habet. G = *verbis e t c e r t i s affirmavit.* G — *in* ante *medio foro.*

occisum vidisset = VSG. 𝔈1. . . . 𝔅2. = *vidisset occisum.* G = *Ab ego q u e m t u audivi* om. *hoc.* Cod. Rhen. = *Ab hoc e r g o q u a e t u m audivi.*

cer t e clara adfero = VG cod. Rhen. cod. Iunii 𝔐 . . . 𝔅1. S = *cer t a clara adfero.* idem laudat Fromond., probat Orell. 𝔈1. . . . 𝔊 𝔑u 𝔅2. = *cer t a claraq u e affero.* Ruhk. laudat Drkb. ad Liv. I, 18. fin. Gron. ci. = *cert a e t clara affero.*

Cap. II.

Fromond. ci. = *contraxerat o r b e m. t e m p o r a somni* = VSG 𝔈1. . . . 𝔏4. Bong. cod. Rhen. 𝔊ro . . . 𝔅2. = *c o r n u a somni.* probat Turneb. Advv. IX, 26. V = *c i n t i a regnum.* Cod. Rhen = *Cynthia l i g n u m.* Rhen. ci. = *Cynthia l y c h n u m.* probat Bong. ex Cui. SG cod. Iunii ∞. G = *h y ems*, ut solet. Neubur ci. = *gratos c a p i ebat honores.*

i u s s o que senescere Baccho = VS Bong. cod. Curionis 𝔊ro 𝔅1. G = *iuss u que* [s. m. *iuss u s que*] *senescere Baccho.* Omnes codd. Ruhk. (?) 𝔅 . . . 𝔏4. 𝔑u 𝔅2. = *v i s o que senescere Baccho.* G — *serus* ante *vindemitor.*

2. Gab cum x (sic Ruhk.) = *dies tertius e i u s d e m Octobris.* 𝔈1. . . . 𝔊 = *dies q u i n t u s e i u s d e m Octobris.* 𝔐 . . . 𝔅1. = *E i dus*, ut solent. VS cod. Iunii ∞.

non possum certam tibi = VSG. 𝔈1. . . . 𝔅2. = *non possum tibi certam.* G = *facilius i n phy losophos.* Cod. Curionis = *i n horologia conveniet:*

inter sextam et septimam erat. Nimis rustice adquiescunt omnes poetae, non contenti ortus et occasus describere, ut etiam medium diem inquietent. Tu sic transibis horam tam bonam?

Iam medium curru Phoebus diuiserat orbem
Et propior nocti fessus quatiebat habenas
Obliquo flexam deducens tramite lucem.

III. Claudius animam agere coepit nec inuenire exitum po-
terat. Tum Mercurius qui semper ingenio eius delectatus es-
set unam e tribus Parcis educit et ait: Quid, femina crudelissi-
ma, hominem miserum torqueri pateris? nec umquam tam dirus
cruciatus cesset? Annus sexagesimus et quartus est ex quo
cum anima luctatur. Quid huic et reipublicae inuides? Patere 2
mathematicos aliquando uerum dicere qui illum ex quo princeps
factus est omnibus annis, omnibus mensibus efferunt. Et tamen
non est mirum, si errant et horam eius nemo nouit. Nemo

tum inter sextam et septimam om. *erat.* Curio ci. + *tum tamen inter.* V = *orologia.*

Nimis rustice adquiescunt omnes poetae = VSG cod. Iunii αabcgh. 𝔈1. ... 𝔅1. = *Nimis rustice* [𝔑u 𝔅2. = *rustice!*] *acquiescunt oneri poetae.* Scioppius ci. = *Nimis rustice, inquies: cum omnes poetae.* Gron. ci. = *Nimis rustice, inquies, tu nunc. Horni poetae non contenti ortus et occasus describere, etiam medium diem inquietant.* Neubur ci. = *acquiescunt honori poetae.* Multi codd. Ruhk. = *Nimis rustico acq.* G = *ubi etiam medium diem.* c = *aut et medium diem inquietant.* f = *nisi etiam medium diem inquietent.* Cod. Curionis — *tam bonam.*

Iam medium curru = VSGg cod. Dal. 𝔑u 𝔎. 𝔈1. = *At medium cursu.* 𝔈2. ... 𝔅1. = *Iam medium cursu.* V = *et propior noctis.*

fessus = Vαbch 𝔈1. ... 𝔊. S (?) G𝔐 ... 𝔅2. = *fessas.*

Cap. III.

Koeler ci. + *Cum Claudius.* V = *anim* [duae litterae abrasae] *agere.*

unam e tribus Parcis = VSGαabgh 𝔑u 𝔅2. 𝔈1. ... 𝔅1. = *de tribus Parcis.* Cod. Rhen. — *Parcis*, sed habuit eius sedem vacuam. Rhen. ci. = μοίραις.

educit = VG 𝔈2. ... 𝔏4. 𝔑u𝔎. S Gron. ci. 𝔊ro 𝔅1. = *seducit.* probat Orell. 𝔈1. = *eduxit.*

pateris? nec umquam tam dirus cruciatus cesset = ci. Orell. VS Gαabch cod. Rhen. cod. Iunii = *nec* [S p.m. — *nec*] *umquam tam diu* [b — *diu*] *cruciatus esset.* Iunius ci. = *nec umquam tandem cruciatus cesset.* 𝔈1. ... 𝔊 = *nunquam meritum ut tamdiu cruciaretur?* 𝔐 ... 𝔅1. = *nec umquam meritum, ut tamdiu cruciaretur?* 𝔑u𝔎 = *pateris? nec umquam tamdiu cruciandus esset.*

2. *Quid huic et reipublicae invides* = S. probat Orell. V = *Quid huic et respondit invides?* G Trist. αabcgh 𝔈1. 2. = *Quid huic invides? Et respondit.* 𝔈𝔊 = *Quid huic, respondit, invides?* Turneb. (l. l.) ci. = *invides? ut respondit, patere.* Rheu. ci. = *invides? et respondit, Patiar.* 𝔐 ... 𝔅2. — *et reipublicae.* Cod. Rhen. — *omnibus annis.* V cod. Iuuii = *omnibus mensis efferunt.* probat Iunius. G — *est* ante *mirum.*

et horam eius = VSG cod. Rhen. 𝔈𝔊. 𝔈1. 2. 𝔐 ... 𝔅2. — *et.* αabcg — *et horam.*

enim umquam illum natum putauit. Fac quod faciendum est:

Dede neci. melior uacua sine regnet in aula.

3 Sed Clotho: Ego mehercules, inquit, pusillum temporis adicere illi uolebam, dum hos pauculos qui supersunt ciuitate donaret. Constituerat enim omnes Graecos, Gallos, Hispanos, Britannos togatos uidere. Sed quoniam placet aliquos peregrinos in semen relinqui et tu ita iubes fieri, fiat. Aperit tum capsulam et tris fusos profert. Unus erat Augurini, alter Babae, tertius
4 Claudii. Hos, inquit, tris uno anno exiguis interuallis temporum diuisos mori iubebo nec illum incomitatum dimittam. Non oportet enim eum qui modo se tot milia hominum sequentia uidebat, tot praecedentia, tot circumfusa subito solum destitui. Contentus erit his interim conuictoribus.

IV. *Haec ait et turpi conuoluens stamina fuso*
Abrupit stolidae regalia tempora uitae.
At Lachesis redimita comas, ornata capillos,
Pieria crinem lauro frontemque coronans
Candida de niueo subtemina uellere sumit
Felici moderanda manu quae ducta colorem
Adsumpsere nouum: mirantur pensa sorores.
Mutatur uilis pretioso lana metallo:
Aurea formoso descendunt secula filo.
Nec modus est illis, felicia uellera ducunt

umquam illum = VS. 𝔈1. = *unquam i p s u m.* Cod. Rhen. = *i p sum unquam.* G 𝔈2. . . . 𝔅2. = *illum unquam.* αabgh 𝔈1. . . . 𝔖 + *putavit. T u m i l l e.*

Dede neci. Virg. G. IV, 90.

3. *Ego mehercul e s* = sVS. V = *Ego meherculu s.* G𝔐 . . . 𝔅2. = *Ego meherc u l e.* 𝔈1. ... 𝔖 = *Ego meh e r c l e.* S = *inqu i d.* V (sec. sed aequali m.) = *pauculos qui s e m p e r sunt.* G = *Hispanos Gallos.* 𝔈1.... 𝔖 + *Britannos, S a u r o m a t a s, e t s i q u i u l t r a g l a c i a l e m B o r e a m i n c o l u n t B a r b a r i, togatos videre* contra mstos etiam Rhen. Iun. Trist. Dal. Parr. At ea genuina censet Ruhk. G — *tu* ante *ita iubes.* G = *aperit t u n c* [= 𝔈1. 2.] *c a p s a m.*

et t r i s fusos = VG (V prius habuit *t r e s*, sed cr. ∾ ead. m.). S (?) 𝔈1. ... 𝔅1. = *et t r e i s fusos.* 𝔈1. 𝔑u 𝔅2. = *et t r e s fusos.* VSGβ 𝔈1. . . . 𝔖 = *alter Ba d ae.* α = *alter B e d ae.* b = *alter B u d ae.*

4. *Hos, inquit, t r i s* = VG (V prius habuit *t r e s*, sed cr. ∾ ead. m.). S (?) 𝔈1. ... 𝔅1. = *Hos, inquit, t r e i s.* 𝔑u 𝔅2. = *Hos, inquit, t r e s.* G = *mori i u b e o.* Trist. = *nec u l l u m incomitatum.* V = *d i s titui.* G = *Conte s tus erit his interim v i c t o r i b u s.*

Cap. IV.

S = *stamin e fuso.* v. 5. G Trist. = *subte g mina* (G = *velle r a*). 𝔈1. ... 𝔖 = *subte g m i n e vellera.* v. 6. G = *foelici moder a t a manu.* v. 9. V = *formo s a.* v. 10. G = *felicia s a e c u l a ducunt.* Cod. Curionis = *felicia s e c u l a d i c u n t.* Vαah 𝔐 = *vel-*

Et gaudent inplere manus, sunt dulcia pensa.
Sponte sua festinat opus nulloque labore
Mollia contorto descendunt stamina fuso.
Uincunt Tithoni, uincunt et Nestoris annos.
Phoebus adest cantuque iuuat gaudetque futuris
Et laetus nunc plectra mouet, nunc pensa ministrat.
Detinet intentas cantu fallitque laborem.
Dumque nimis citharam fraternaque carmina laudant,
Plus solito neuere manus humanaque fata
Laudatum transscendit opus. Ne demite, Parcae,
Phoebus ait: uincat mortalis tempora uitae
Ille mihi similis uoltu similisque decore,
Nec cantu nec uoce minor: felicia lassis
Secula praestabit legumque silentia rumpet.
Qualis discutiens fugientia lucifer astra
Aut qualis surgit redeuntibus Hesperus astris,
Qualis, cum primum tenebris aurora solutis
Induxit rubicunda diem, Sol adspicit orbem
Lucidus et primos a carcere concitat axes:
Talis Caesar adest, talem iam Roma Neronem
Adspiciet, flagrat nitidus fulgore remisso
Uoltus et adfuso ceruix formosa capillo.

Haec Apollo. At Lachesis quae et ipsa homini formosissimo faueret fecit illud plena manu et Neroni multos annos de suo donat. Claudium autem iubent omnes *χαίροντας, εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.* Et ille quidem animam ebulliit et ex eo de-

tera dicunt. v. 13. *descendunt stamina fuso* = VSG cod. Rhen. 𝔈2. ... 𝔅1. 𝔈1. 𝔑u 𝔎 = *distendunt stamina fuso.* Ruhk. quae huc pertinebant, male retulit ad v. 9. v. 14. G = *Tyloni.* v. 16. V = *Fi laetus nunc.* Gron. ci. = *movens* ∾ *ministrans.* v. 17. V = *intentus cantu.* v. 18. G = *cytharam.* v. 19. V = *Ne vera manus.* v. 20. β (s.m.) = *redimite Parcae.* v. 23. 𝔈1. = *felicia lapsis.* v. 24. V = *Saecula.* v. 27. G = *Qualis quo primum.* v. 29. *a carcere* = VSG 𝔈1. ... 𝔊. 𝔐 ... 𝔅2. = *e carcere.* v. 32. *adfuso* = VSG 𝔈2. ... 𝔏4. 𝔈1. 𝔊rv ... 𝔅2. = *effuso.*

homini formosissimo = VSGαβcfgh 𝔈1. ... 𝔊 𝔑u 𝔎. idem proposuit Lips. (Epp. Quaestt. II, 24.). 𝔐 ... 𝔅1. = *homini fortissimo.*

fecit illud plena manu et Neroni = VSαβbefg 𝔈1. ... 𝔊 (S = *fecid*). probat Orellius et explicat: „scil. quod Apollo iusserat, et plena quidem manu.“ G = *fecit id plena manu et Neroni.* Cod. Curionis = *fecit illa plena manu.* Bong. cod. Lips. (Epistt. Qu. II, 24.) 𝔐 ... 𝔅2. = *fecit et plena orditur manu et Neroni.* G = *annos multos.* V = ΧΑΙΡΟΝΤΑΥ ΕΥΦΗΜΟΥΝΤΑΥϹ ΕΚ|ΠΕΙΝΔΟϹΩΕΩ. G 𝔈1. horum locum habent vacuum. 𝔈2. = *omnes*

siit uiuere uideri. Exspirauit autem dum comoedos audit, ut scias me non sine causa illos timere. Ultima uox eius haec inter homines audita est, cum maiorem sonitum emisisset illa parte qua facilius loquebatur: Uae me, puto, concacaui me. Quod an fecerit nescio: omnia certe concacauit. V. Quae in terris postea sint acta superuacuum est referre. Scitis enim optime. nec periculum est, ne excidant quae memoriae gaudium publicum inpresserunt. Nemo felicitatis suae obliuiscitur. In coelo
2 quae acta sint audite: fides penes auctorem erit. Nuntiatur Ioui uenisse quemdam bonae staturae, bene canum, nescio quid illum minari: adsidue enim caput mouere, pedem dextrum trahere. quaesisse se cuius nationis esset. respondisse nescio quid perturbato sono et uoce confusa. non intellegere se linguam eius. nec Graecum esse nec Romanum nec ullius gentis notae.
3 Tum Iupiter Herculem, quia totum orbem terrarum pererrauerat et nosse uidebatur omnes nationes, iubet ire et explorare quorum hominum esset. Tum Hercules primo adspectu sane perturbatus est, ut qui etiam non omnia monstra domuerit: ut

χαίρειν rell. om. S cod. Iunii cod. Curionis ∞. Versus est ex Eurip. Cresph. Dind. Poet. Scen. Ἀποσπ. p. 97. XIII.

et ex eo desiit = S. probat Orell. G = *animam ebullit et eo desii vivere.* V𝔈2. ... 𝔅2. — *ex.* 𝔈1. — *ex eo.* G = *animam ebullit et eo desii vivere.* G = *eos timere.* 𝔑u = *Vae! me, puto.* V = *concauaui me* et mox *concauauit.*

Quod an fecerit nescio = S. probat Orell. VG 𝔈1. 𝔊 ... 𝔅2. = *Quid autem fecerit.* Rhen. ci. 𝔈2. = *Quid ante fecerit.* 𝔈1. ... 𝔊 + *concacavit. Nec post boletum opipare medicamentis conditum plus cibi sumpsit.* Cod. Curionis + *concacavit. plus cibi sumpsit.* VSG cod. Rhen. ∞.

Cap. V.

G = *postea sunt acta.* 𝔈1. ... 𝔊 = *quae postea in terris sunt acta.* Cod. Rhen. = *Scitis enim certissime.* probat Gron. VSG Parr. ∞.

gaudium publicum = VSG. Cod. Rhen. 𝔈1. ... 𝔅2. = *publicum gaudium.*

inpresserunt = SG cod. Rhen. cod. Iunii 𝔐 ... 𝔅1. V = *inpresserant* (*a* n.). Rhen. ci. 𝔈1. ... 𝔊 𝔑u 𝔅2. = *impressit* (𝔈1. 2. = *memoriae, quae p. g. imp.*). probat Gron. Iunius ci. = *impresserat.* Rhen. ci. etiam = *publica gaudia impresserunt.* V G𝔈1. 2. = *quae acta sunt.*

2. G = *venisse quidam.* V = *benae canum.* VG = *nescio quid illum mirari* (mV = *mari*). V(cr. ∞) = *pedum dextrum.*

respondisse nescio quid = VSG cod. Iunii 𝔐 ... 𝔅1. 2. 𝔈1. ... 𝔊 𝔑u + *respondisse illum nescio quid.*

3. G = *totum terrarum orbem.* 𝔈1. — *terrarum.* VG — *et* ante *explorare.* V (s∞) = *Herculus.*

ut qui etiam non omnia monstra domuerit = cod. Dal. cii. Douza P. Faber Lips. Mihi quidem olim in mentem venit: *ut qui tantum non omnia monstra domuerit.* VS 𝔈1. ... 𝔅1. = *ut qui* [V p. m. = *ut quid*] *etiam non omnia monstra timuerit.* G = *ut qui etiam non omnia monstra timuit* al' *timuerit.* Gron. ci. = *utcumque etiam Iunonia monstra domuerit.* 𝔑u 𝔅2. = *ut qui etiam non Iunonia monstra timuerit. timue-*

uidit noui generis faciem, insolitum incessum, uocem nullius terrestris animalis, sed qualis esse marinis beluis solet, raucam et inplicatam, putauit sibi tertium decimum laborem uenisse.
Diligentius intuenti uisus est quasi homo. Accessit itaque et 4
quod facillimum fuit Graeculo ait,

Τίς, πόθεν εἷς ἀνδρῶν; πόθι τοὶ πτόλις ἠδὲ τοκῆες;

Claudius gaudet esse illic philologos homines, sperat futurum aliquem historiis suis locum. Itaque et ipse Homerico uersu Caesarem se esse significans ait,

Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν.

Erat autem sequens uersus uerior, aeque Homericus,

Ἔνθα δ' ἐγὼν πόλιν ἔπραθον, ὤλεσα δ' αὐτούς.

VI. Et inposuerat Herculi minime uafro, nisi fuisset illic Febris quae fano suo relicto sola cum illo uenerat: ceteros omnes deos Romae reliquerat. Iste, inquit, mera mendacia narrat. Ego tibi dico quae cum illo tot annis uixi: Lugduni natus est. Marci municipem uides. quod tibi narro, ad sextum decimum

rit probant Fromond. Sonntag. Ruhk. ci. = *Orci monstra* coll. Il. ϑ, 368. Orell. ci. = *ut qui etiam nova Iunonia* [sive *Iunonis*] *monstra timuerit*. G (cr. ∾ ead. m.) = *animalis terrestris*. Rom. — *qualis esse marinis beluis solet*. m cod. Curionis = *mutam et implicitam*. probat Curio. S (p.m.) = *implicitam*.

4. 𝔈1. . . . 𝔊 + *Diligentius autem intuenti* contra mstos etiam Iun.

Τίς, πόθεν εἷς ἀνδρῶν; πόθι τοὶ πτόλις ἠδὲ τοκῆες; = S𝔈2. . . . 𝔊. V = ΤΙC ΤΙΟΘΕ | ΝΙCΑΝΟΡΩΝΤΙΩΝ ΤΙΟΙΝΤΙΟΛΙCΗΟΕ | ΤΚΗΕC. 𝔐 . . . 𝔅2. — ἠδὲ τοκῆες. G𝔈1. horum verborum spatium habent vacuum (sed leguntur integra in Scholiis Rhenani). Versus est Hom. Od. α, 170. al.

Claudius gaudet essse = VSG cod. Iun. Trist. Dal. 𝔈1. . . . 𝔅2. + *Ubi haec Claudius, gaudet esse*. quae ex Graecis orta esse recte docet Orellius. V = *filologos*. V (m ∾) = ΙΝΟΘΕΝΜΕΦΕΡΟΑΝΕΜΟΟΚΙΟ | ΝΕCCΙΤΙΕΜCCΕΝ. G𝔈1. 2. Graecorum sedem habent vacuam. S cod. Iunii cod. Curionis ∾. Versus est Hom. Od. ι, 39. V = *aeque Homericos*. V (m ∾ ead. m.) = ΕΗΕΑΔΕΤΩΗΟΛΙ | ΝΕΤΙΡΑΕΟΝΩΛΕCΑΜΥΤΟΥC. G 𝔈1. 2. Graecorum sedem rursus habent vacuam. Versus est Hom. Od. υ, 40.

Cap. VI.

Et inposuerat Herculi minime vafro, nisi fuisset = Bong. Iun. ci. 𝔐 . . . 𝔅1. + *Et imposuerat Herculi homini minime vafro, nisi fuisset*. V = *et inposuerat Herculi minime* [cod. Iunii =] *fabro nisi fuisset*. S = *Et imposuerat Herculi homini* [?] *minime fabro nisi fuisset*. Orell. probat *vafro*. G = *Et imposuisset Herculi minimo discrimine febres nisi fuisset*. Parr. = *Herculi minimo discrimine* [?] *fabros sive febres*. 𝔈1. . . . 𝔊 𝔑u 𝔎 = *Et imposuerat Herculi minimo discrimine fabulam* [pro hoc cod. Rhen. = *fabros*. unde Rhen. ci = *Allobrox*], *nisi fuisset*. Rhen. Alciat. (Parergg. I, 37.) cii. = *minimo discrimine fibulam* (Graeci ἀγτκτῆρα vocant).

sola cum illo venerat = SG 𝔈1. . . . 𝔅2. V cod. Iun. = *sola tum illo venerat*.

cum illo tot annis vixi = VG (*annis* erat etiam in cod. Dal.). S = *cum illo tot annos* [?] *vixi*. 𝔈1. . . . 𝔅2. = *cum ipso tot annos vixi*. S = *Luguduni natus est*. quod ab Inscriptionibus firmatum probat Orell.

Marci municipem vides = VSG

lapidem natus est a Uienna, Gallus germanus. Itaque quod Gallum facere oportebat Romam cepit. Hunc ego tibi recipio
2 Lugduni natum ubi Licinius multis annis regnauit. Tu autem qui plura loca calcasti quam ullus mulio perpetuarius Lugdunenses scire debes et multa milia inter Xanthum et Rhodanum interesse. Excandescit hoc loco Claudius et quanto potest murmure irascitur. Quid diceret nemo intellegebat. Ille autem Febrim duci iubebat illo gestu solutae manus et ad hoc unum satis firmae quo decollare homines solebat. Iusserat illi collum praecidi. Putares omnes illius esse libertos, adeo illum nemo curabat. VII. Tum Hercules: Audi me, inquit, tu desine fatuari. uenisti huc ubi mures ferrum rodunt. Citius mihi uerum, ne tibi alogias excutiam. Et quo terribilior esset, tragicus fit et ait:

2 *Exprome propere sede qua genitus cluas,*
Hoc ne peremptus stipite ad terram accidas.
Haec claua reges saepe mactauit feros.
Quid nunc profatu uocis incerto sonas?

Parr. 𝔐 ... 𝔅1. Cod. Rhen. = *Marci municipem audes.* 𝔈1. ... 𝔖 = *Marci municipem audis.* Rhen. ci. = *Munatii municipem audis.* 𝔑u 𝔎 = *Munatii municipem vides.* Gron. ci. = *Planci municipem vides.* quod probo fere. Scheff. (in Lectt. Acadd.) ci. + *vides. Audis, quod tibi narro?* G = *quo tibi narro ad XII. lapidem.*

natus est a Vienna = VSG. 𝔈1. ... 𝔅2. = *a Vienna natus est.*

Hunc ego tibi recipio = VS cod. Iunii 𝔐 ... 𝔅1. probat Grut. G = *Nunc ego recipio te.* Cod. Curionis 𝔈1. ... 𝔖 𝔑u 𝔅2. = *Hunc ego reddo tibi.* Curio. ci. = *dedo tibi.* S = *Luguduni natum.* G = *Lucinius.* Torrent. (ad Suet. Aug. 67.) ci. = *Licimnius.*

multis annis = VS. G = *multis regavit* [hoc cr. ∾] *annis.* 𝔈1. ... 𝔅2. = *multos annos.*

2. V = *quam ullius mulio.* S = *Lugudunenses.* V (s.m.) = *et multa alia inter (Xantũ et Hrodanum).* S — *et* ante *multa milia.* VG = *Quid dicebat nemo.* 𝔈1. 2. = *Quod diceret nemo.* Scribendum duco: *Quod dicebat.* S (?) ∾.

et ad hoc unum = VG 𝔈1. ... 𝔅1. S = *ad hoc manu satis firmae* om. *et.* αβg — *et.* probat Orell. Gron. ci. 𝔑u 𝔅2. = *sed ad hoc unum.* probat Huet. V = *quod decollare.* G = *illius esse liberos.*

Cap. VII.

Audi me, inquit, tu desine fatuari = VSG cod. Iunii. 𝔈1. ... 𝔅2. + *tu et desine fatuari.*

alogias excutiam = VS cod. Rhen. Parr. 𝔈2. ... 𝔅1. probat Orell. 𝔈1. 𝔑u 𝔅2. + *alogias excutiam, dicito.* G = *nec tibi alogyas excutiam.*

2. VS vet. ex. Bong. = *Exprime propere.* Bong. ci. = *Expromere properes qua gente natus cluas.* G dirimit singulos versus sic: *Exprome propere Sed qua genitus cluas' Hoc ne peremptus Stipite ad terram accidas.* VS ∾. Etiam V = *sed qua genitus cluas.* 𝔈1. 2. = *sede qua genitum dicas.* 𝔈 = *quia genitus cluas.* ch = *stirpe qua genitus cluas.* S cod. Iunii αabg ∾. v. 3. V = *adcidas.* m cod. Curionis 𝔈𝔖 = *occidas.* v. 4. G = *prophani Vocis.*

Quae patria, quae gens mobile eduxit caput?
Edissere. equidem regna tergemini petens
Longinqua regis, unde ab Hesperio mari
Inachiam ad urbem nobile aduexi pecus,
Uidi duobus inminens fluuiis iugum
Quod Phoebus ortu semper obuerso uidet,
Ubi Rhodanus ingens amne praerapido fluit
Ararque dubitans quo suos cursus agat
Tacitus quietis adluit ripas uadis.
Estne illa tellus spiritus altrix tui?

Haec satis animose et fortiter. Nihilominus mentis suae non 3
est et timet μωροῦ πληγήν. Claudius ut uidit uirum ualentem,
oblitus nugarum intellexit neminem parem sibi Romae fuisse,
illic non habere se idem gratiae: Gallum in suo sterquilinio plu-
rimum posse. Itaque quantum intellegi potuit haec uisus est
dicere: Ego te, fortissime deorum Hercules, speraui mihi ad-
futurum apud alios et, si quis a me notorem petisset, te fui no-
minaturus qui me optime nosti. Nam si memoria repetis, ego 4
eram qui tibi ante templum tuum ius dicebam totis diebus mense
Iulio et Augusto. Tu scis quantum illic miseriarum pertulerim,
cum causidicos audirem diem et noctem. in quos si incidisses,
ualde fortis licet tibi uidearis, maluisses cloacas Augiae purgare:
multo plus ego stercoris exhausi. VIII. Sed quoniam uolo ***

v. 6. V = *regnanter gemini potens.* v. 8. V = *In achaiã ad urbem mobile.* v. 9. G = *fluvium iugum.* Bong. = *fluviis durum.* v. 12. V = *Arar quae.* v. 13. sG = *Abluit ripas vadis.* V = *adluit rapidas vadis.* mαab 𝔈2. = *ripas undis.*

3. μωροῦ πληγήν = VS cod. Iunii 𝔈 ... 𝔅2. Cod. Curionis = μοροῦ πληγήν. G 𝔈1. 2. spatium vacuum habent. Iun. ci. = τιμωρὸν πληγήν. G = *ut videt virum.*

sibi Romae parem = VSG (V = *rome*). 𝔈1. ... 𝔅2. = *parem sibi Romae.* Ruhk. vetat coniici *adfuturum apud deos.* VS = *si qui a me.* de quo vide. G Iunius ci. = *a me notorem petisset.* Curio ci. = *a me auctorem petisset.* Rhen. ci. = *ἀμύντορα petisset* vel *amyntorem pet.* Cod. Curionis = *qui me cognosti optime.*

4. V = *memoriã.* G(cr. ∾) = *repetetis.* Scheffer. ci. — *tibi* ante *ante templum.* G — *templum.* VSGαabh 𝔈1. ... 𝔖 = *quantum illic miseriarum contulerim.* Rhen. ci. = *exantlarim.* G = *quom causidicos.*

diem et noctem = VS. 𝔈1. ... 𝔅2. + *et diem et noctem.* G = *et noctem et diem.* V = *In quod si incidisses.* G = *in quod* [m si] *incidisses.*

licet tibi videaris = VSGαabh 𝔈1. ... 𝔖 𝔑u 𝔅2. 𝔐 ... 𝔅1. — *tibi videaris.* VG = *cloacas Auge purgare.* 𝔈1. = *cloacas stercoris expurgare.* S cod. Rhen. ∾.

Cap. VIII.

*Sed quoniam volo ***.* Hic nonnulla excidisse iam viderunt antiquitus viri docti. Iunius ci. = *Sed quo ἐμβολή* sive *ἡ ἐμβολή?* i. e. quo irrumpis impressionemque facis? Mss

non mirum, quod in curiam inpetum fecisti, nihil tibi clusi est: modo dic nobis qualem deum istum fieri uelis. Ἐπικούρειος θεὸς non potest esse: οὔτε αὐτὸς πρᾶγμα ἔχει οὔτε ἄλλοις παρέχει. Stoicus? quomodo potest rotundus esse, ut ait Uarro, sine capite, sine praeputio? Est aliquid in illo Stoici dei, iam uideo: nec cor nec caput habet. Si mehercules a Saturno petisset hoc beneficium cuius mensem toto anno celebrauit princeps, non tulisset. Illum deum sane quantum quidem in illo fuit damnauit incesti. L. Silanum enim generum suum occidit. Oro, propter quid? sororem suam, festiuissimam omnium puellarum, quam omnes *Uenerem* uocarent maluit Iunonem uocare.

hiatum non significant. Si abiicerentur verba *quoniam volo*, melius haberet locus.

in curiam inpetum fecisti = VSG (V = *fecisse*). 𝔈1. = *Sed non miror, quod impetum in curiam fecisti, quoniam volo nihil tibi* [S 𝔈2. ... 𝔖 =] *clausi est.* 𝔈2. ... 𝔅2. = *impetum in curiam fecisti.* V = EIIIKOPHOC ΘΕΟC. G𝔈1. locum habent vacuum. Rhen. ci. = Ἐπικούρου θεός.

οὔτε αὐτὸς πρᾶγμα ἔχει οὔτε ἄλλοις παρέχει = 𝔈2. ... 𝔅1. V = OYTEAYTOCTIPATMAEXIETT | OYTBAΔOIIIAPEXEI. G pro παρέχει scribit Pape ezeγ, reliquorum sedem vacuam habet. 𝔈1. omnium locum vacuum reliquit. Fromond. ci. 𝔑u + ὃς οὔτε αὐτὸς ∾. Gron. ci. = ἤτε αὐτὸς ∾ ἤτε ἄλλοις. G = *rotundus potest esse.*

Est aliquid in illo = VSG 𝔈1. 2. 𝔈 ... 𝔅2. = *Est aliquid in eo.* G = *Stoici dei?* per interrogationem. Cort. Sonntag. 𝔑u 𝔅2. = *Si, mi Hercules, a Saturno.* G = *Si mehercle a Saturno.* G = *beneficium hoc petisset.* Scheffer. ci. = *cuius mensam.*

celebravit princeps, non tulisset = Bong. ci. Lips. V + *celebravit. saturnalia eius. princeps* ∾. Distinctio loci satis docet illa *saturnalia eius* subditicia esse. SG 𝔈1. ... 𝔅1. + *celebravit Saturnalia eius princeps non tulisset.* Cod. Lips. + *Saturnus eius princeps.* Etiam 𝔑u 𝔅2. habent *Saturnalia eius*, sed 𝔑u 𝔅2. uncis inclusa. Rhenanus ci. + *Caius princeps.* Iunius ci. + *Saturnalitius princeps.*

Illum deum sane quantum quidem in illo fuit damnavit incesti = Bong. ci. Lips. V = *Illum deum ab iove qui quantum quidem in illo fuit clamavit* [m *damnavit*] *incesto.* S = *Illum deum ab iovem qui quantum quidem in illos fuit damnavit incesti.* G 𝔈1. ... 𝔖 = *Illum deum a Iove qui quantum quidem in illo fuit damnavit* [𝔈𝔖 = *damnatum*] *incesti* (G = *incesto*). abh = *qui quantum quidem.* 𝔐 ... 𝔅1. = *Illum deum, quem quantum quidem in illo fuit, damnavit incesti.* Gron. ci. = *non tulisset illud. Nedum ab Iove quem.* 𝔑u 𝔅2. = *non tulisset illum Deum ab Iove* [Ruhk. supplet *fieri*], *quem, quantum in illo fuit, damnavit incesti.* Cod. Lips. = *Illum Deum Iane qui.* V = *Silvanum enim.* S = *L. Silvanum enim.* G = *Sillanum enim.* 𝔈1. ... 𝔖 = *L. Syllanum generum suum.* 𝔐𝔏 𝔍u = *L. Syllanum enim g.*

Oro, propter quid? sororem suam = ci. Lips. 𝔊ro ... 𝔅2. VSG cod. Iunii cod. Lips. 𝔐 ... 𝔏4. = *Oro per quod sororem suam.* Cod. Rhen. = *Oro per quid sor. s.* 𝔈1. ... 𝔖 = *Oropenque sororem suam.* Turneb. (Advv. XVIII, 3.) totum locum sic legit: *Eius preces non tulissent illum Deum ab Iove, quem quantum in illo fuit damnavit incesti. qui L. Sillanum, generum suum, occidit, sororemque suam.* V = *puellarium.* G = *vocaverunt.*

Quare, inquit, quaero enim, sororem suam? stulte, stude: Athenis dimidium licet, Alexandriae totum. Quia Romae, inquit, mures molas lingunt, hic nobis curua corrigit. Quid in cubiculo suo faciat nescio: etiam coeli scrutatur plagas, deus fieri uult. Parum est, quod templum in Britannia habet, quod hunc barbari colunt et ut deum orant *μωροὶ Μόρυχον*. IX. Tantum Ioui uenit in mentem priuatis intra curiam morantibus sententiam dicere nec disputare. Ego, inquit, P. C. interrogare uobis permiseram, uos mera mapalia fecistis. Uolo ut seruetis disciplinam curiae. Hic qualiscumque est quid de nobis existimabit? Illo dimisso primus interrogatur sententiam Ianus pater: is designatus erat in Kal. Iulias postmeridianus Cos. homo quantumuis uafer qui semper uidet *ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω*.

Quare, inquit, quaero enim, sororem suam? stulte, stude: Athenis dimidium licet, Alexandriae totum = VSG. 𝔈1. 2. = *Quare, inquit, quaero tantum sororem suam stulte studere, Athenis dimidium licet, Alexandriae totum.* Cod. Rhen. = *Quare, inquit, quaero inquit, sororem suam stulte stude.* Rhen. ci. = *Quare invidit Romae historiam suam. Auscultare Athenis dimidium licet, Alexandriae totum.* Cod. Curionis = *Quare, inquit, quaeso enim.* Lips. ci. = *Quare, inquis, quare iniit sororem suam? Stulte, stulte, Athenis.* Turneb. ci. = *Quare, inquit, quare sororem suam? stulte, stude: Athenis* ∾. probat Fromond. 𝔈 ... 𝔅2. = *Quare, inquit, quaero enim, sororem suam stulte studere?*[,] *Athenis dimidium licet, Alexandriae totum?* V = *qui Romae inquis, mures moras lingunt.* S𝔈1. = *quia Romae inquis.* G = *Quia Romae inquit molas rodunt* om. *mures.* Rhen. ci. = *lingunt, hic nos scurra Caesar regit,* ut sit clausula Mimi. 𝔈1. 2. + *ego nescio.* G = *et coeli scrutatur plagas.* V = *in Brittannia habet.*

quod hunc barbari = ci. Lips. 𝔐 ... 𝔅2. VSG𝔈1. ... 𝔊 = *quod nunc barbari.*

μωροὶ Μόρυχον = ci. Gron. Idem ci. = μωρότερον Μορύχου. V = ΜΟΡΥΕΙΛΑΤΟΥΧΗΙΝ. S = ΜΩΡΟΥΕΥΕΙΛΑΤΟΥΓΥΧΗΙΝ. Cod. Iunii = μωροὺς κληρουχεῖν sive μόρου ἀποτυχὴν vel ἀποτυχίην. Cod. Curionis 𝔈 ... 𝔅2. = Ἀλώρου φιλάτου χήιν. m cod. Curionis = μωροῦ φιλτάτου. Pet. Castellanus ci. = χηναλώπεκα φιλοῦσι. G𝔈1. 2. spatium habent vacuum.

Cap. IX.

Tantum Iovi = VS. Cod. Iunii + *In tantum Iovi.* G𝔈1. ... 𝔅2. = *Tandem Iovi.* probat Iunius. Rhen. ci. = *primateis intra curiam moranteis.* Pithoeus ci. = *extra curiam.* probat Ruhk. vel ci. = *infra curiam.* Gron. ci. = *sententias dici, indignum putare.* V = *inquid P. C.* G = *P. C. inquit.* V = *mera pamalia fecistis.* Cod. Iunii = *vos me rapamalia fecistis.* Iunius ci. = *vos me rapataulem fecistis.* Cod. Lips. = *vos mera nupcialia fecistis.* probat Lips.

Volo ut servetis = VG 𝔈𝔊. S (?) 𝔈1. 2. 𝔐 ... 𝔅2. — *Ut.* Gm𝔈 = *quid de vobis existimavit.* V𝔈1. ... 𝔊 = *de nobis existimavit.* S Lips. ci. ∾. m cod. Curionis = *Iacchus pater.* V = *designatur erat.* G = *his designatus erat.* VG 𝔈1. 2. = *homo quantum via sua fert qui semper.* S Rhen. ci. ∾. Sed Ruhk. suspectum habet *homo.* V = ΑΜΑΡΟϹϹΟΚΑΤΙΛϹϹΩ. G 𝔈1. Graeca omittunt, sed G eorum locum habet vacuum. Verba sunt Hom. Il. γ, 109.

2 Is multa diserte, quod in foro iuuat, dixit quae notarius persequi
non potuit. et ideo non refero, ne aliis uerbis ponam quae ab
illo dicta sunt. Multa dixit de magnitudine deorum: non debere
hunc uolgo dari honorem. Olim, inquit, magna res erat deum
fieri: iam, fama, mimum fecisti. Itaque ne uidear in perso-
nam, non in rem dicere sententiam, censeo ne quis post hunc
diem deus fiat ex his qui ἀρούρης καρπὸν ἔδουσιν aut ex his quos
3 alit ζείδωρος ἄρουρα. Qui contra hoc SC. deus factus, dictus
pictusue erit eum dedi laruis et proximo munere inter nouos
auctoratos ferulis uapulare placet. Proximus interrogatur sen-
tentiam Diespiter, Uicae Potae filius, et ipse designatus Cos.
nummulariolus. Hoc quaestu se sustinebat, uendere ciuitatulas
solebat. Ad hunc belle accessit Hercules et auriculam illi te-
4 tigit. Censet itaque in haec uerba: Cum diuus Claudius et

2. *quod in foro* *iuvat* = VG ℭ1. ...𝔖. S (?) Rhen. ci. 𝔐...𝔎 = *quod in foro* *vivat*. VG = *et ideo non* *fero*. G = *non aliis verbis*. ℭ1. 2. + *quam quae ab illo dicta sunt*. Grut. ci. = *quam ab illo dicta sunt*. VSG cod. Iunii ∞. G = *de magnitudine deorum nondum habel vulgo*.

iam, fama, mimum fecisti = ci. Orell. S = *iam famam mimum fecisti*. VG cod. Iunii 𝔐...𝔅1. = *iam fama nimium* [= cod. Rhen.] *fecisti*. ℭ1....𝔖 = *iam fama minimum fecit*. probat Fromond. Rhen. ci. = *iam fama mimum fecit*. Sept. Florens ci. = *Iani fana nimium fecisti*. ℜu𝔅2. = *iam fama minimum fecistis* (hoc in codd. esse dicit Ruhk.). ℭ1....𝔖 his subiiciunt *etiam pessimum quemque illum affectare*, quae in mstis non leguntur. V = *in personam non in re.*

dicere sententiam = VSG ℭ1. 2. 𝔖...𝔅2. = *sententiam dicere*. G — *censeo*. V = *quia* ΡΟΥΡΗΑΚΑΡΟΝΕΔΟΥCΙΝ *aut ex quo* [tres litterae erasae] alit ΖΕΙΔΟΡΩCΑΡΟΥΡΑ. Gℭ1. Graecorum spatium habent vacuum. Sunt autem Homerica notissima.

3. G = *Quid contra haec senatus consultum*. V = *senatus consilium*.

factus, dictus pictusve = VSGαabh ℭ1....𝔖. Iunius ci. 𝔐...𝔅2. = *factus, fictus pictusve*. Cod. Curionis ℭ1. = *eum ded o larvis*. VG ℭ1. 2. = *larvis sed proximo*. G — *vapulare placet*. VG = *diespiter nicepote filius*. S = *diespit er nice pote filius*. Cod. Turnebi ℭ2....𝔖 = *Diespiter Nicepolae filius*. Turneb. ci. = *Diespiter Nicephori* aut *Iapeti filius*. αbh = *Nicaepotae*. ℭ1. = *Diespiter in nepote filius*. in cod. Curionis = *Vicepotae filius*. S = *num m ariolus*. Rhen. ci. = *cos. cul- leariolus*.

Hoc quaestu se sustinebat = VS cod. Iunii ℭ1. G = *Haec quaestu se sustinebat*. Rhen. ci. ℭ2....𝔅2. = *Hic quaestu se sust*. Sept. Florens ci. = *vel aere civitatulas colebat*.

Ad hunc belle accessit Hercules. Ita scribendum videtur. S = *ad hunc velle accessit H*. V cod. Iunii = *ad huc velle accessit H*. G cod. Rhen. ℭ1. 2. = *Ad hoc velle accessit H*. 𝔖...𝔅2. = *Ad huncce belle accessit H*. Gron. ci. = *Ad hunc sedulo accessit H*.

illi teligit = VS. G = *eius teligit*. Dal. + *eius illi teligit*. ℭ1. ...𝔅2. = *ei teligit*.

4. *Censet itaque in haec verba* = VSG. ℭ1....𝔅2. = *Itaque in haec verba censet*. G = *Claudius cum divus*.

diuum Augustum sanguine contingat nec minus diuam Augustam auiam suam quam ipse deam esse iussit longeque omnes mortalis sapientia antecellat sitque e republica esse aliquem qui cum Romulo possit

feruentia rapa uorare:

censeo, ut diuus Claudius ex hac die deus sit, ita uti ante eum quis optimo iure factus sit, eamque rem ad Μεταμορφώσεις Ouidii adiciendam. Uariae erant sententiae et uidebatur Claudius sententiam uincere. Hercules enim qui uideret ferrum suum in igne esse modo huc modo illuc cursabat et aiebat: Noli mihi inuidere, mea res agitur. deinde tu si quid uolueris, inuicem faciam: manus manum lauat. X. Tunc diuus Augustus surrexit sententiae suae loco dicendae et summa facundia disseruit: Ego, inquit, P. C. uos testes habeo ex quo deus factus sum nullum me uerbum fecisse. semper meum negotium ago. et non possum amplius dissimulare et dolorem quem grauiorem pudor facit continere. In hoc terra marique pacem peperi? ideo ciuilia bella conpescui? ideo legibus urbem fundaui, operibus ornaui, ut — quid dicam, P. C. non inuenio: omnia infra in- 2
dignationem uerba sunt. Confugiendum est itaque a me ad Mes-

e t divum Augustum = VSG. 𝔈1. = *a d divum Aug.* 𝔈2. . . . 𝔅2. — *et* Cod. Curionis — *divum.* V = *quam ips a m deam esse iussit.* Curio ait alias legi *quam ips a m deam esse d i-x i t.* G + *quam ipse d e u s deam.* G — *omnes* post *longeque. morta l i s* ex V recepi. V = *antecell i t.* Cod. Rhen. 𝔈1. + *sitque ne*ˇ*c e s s e e rep.* G — *cum* ante *Romulo.* Cod. Rhen. = *qui e Romulo.* V = *ferven t i rapa.* 𝔈1. = *ferventia r e p a r a r e.* Cod. Rhen. = *ferventia r a p t a n o t a r e.*

5. S = *ut i divus.* probat Orell.

deus s i t = VSG. 𝔈1. . . . 𝔅2. = *deus f i a t.* G — *ita uti . . . factus sit.* V = *ita u t iam t e c u m quis.* G — *rem* post *eamque.* V = *ad m e-t a m o r f o s i s ovidi a d i c e n d ã.* G = *ad m e t h a m o r p h o s i s Ovidii di-c e n d a m.* 𝔈1. = *ad m e t a m o r-p h o s e o s.* 𝔈2. = *ad m e t a m o r-p h o s e i s.*

sentent i a m vincere = VS 𝔈1. 2. G cod. Rhen. 𝔈 . . . 𝔅2. = *sentent i a vincere.* Rhen. ći. = *Claudius u n a vincere.* Grut. laudat ex 𝔐 *senten-t i a u n a vincere.* V = *cursabat et a d i e bat.*

t u si quid volueris = V. S (?) G 𝔈1. . . . 𝔅2. — *tu.*

Cap. X.

sententiae s u a e loco dicendae = V S cod. Harlem. 𝔈1. . . . 𝔊. G Gron. ci. 𝔑u 𝔎 = *sententiae s u o loco dicen-dae.* Cod. Lips. 𝔐 . . . 𝔅1. — *loco.*

E g o , i n q u i t , P. C. = S. VG 𝔈1. . . . 𝔅2. — *Ego, inquit.*

nullum me verbum = VSG. 𝔈1. . . . 𝔅2. = *nullum verbum me.*

e t non possum = VSG. 𝔈1. . . . 𝔅2. = *S e d non possum amplius.*

ornavi, ut — quid dicam = VS. Orellius „post *ut*, inquit, statuenda est aposiopesis sic fere cogitatione supplenda: „„ut omnia ab isto homine pessumdarentur."" Aposiopesin lineola indicavi. G = *ornavi. e t q u i c q u i d dicam.* 𝔈1. . . . 𝔅2. = *ornavi. E t quid dicam.*

2. V = *Confugiendum est itaque a d*

salae Coruini disertissimi uiri illam sententiam, *Praecidit ius*
imperii. hic, P. C. qui uobis non posse uidetur muscam exci-
tare tam facile homines occidebat quam canis adsidit. Sed quid
ego de tot ac talibus uiris dicam? Non uacat deflere publicas
clades intuenti domestica mala. Itaque illa omittam, haec referam.
3 Nam etiam si Phormea Graece nescit, ego scio. *ENTIKON-*
TONYKHNΔIHΣ. senescit. Iste quem uidetis per tot annos
sub meo nomine latens hanc mihi gratiam retulit, ut duas Iulias
proneptes meas occideret, alteram ferro, alteram fame: unum
abnepotem L. Silanum. Uideris, Iupiter an in causa mala, cer-
te in tua sit aequus futurus, et dic mihi, diue Claudi, quare

me ad Mesalae. S — *a me* et *disertissimi viri.* et utrumque mihi suspectum. V = *praecidet imperii* om. *ius.* S = *pudet imperii.* m𝔈 = *Praedicet ius imperii.* Grut. laudat ex 𝔐 *periit ius imperii.* G 𝔈1. ∾. Sed minime constat de scripturae veritate. 𝔈1. = *P. C. his, qui.*

qui vobis = VSG 𝔈1. . . . 𝔐. 𝔏 . . . 𝔅2. = *qui nobis.* G (m∾) — *non* ante *posse.* G + *muscam, sed excitare.*

quam canis adsidit = S. V cod. Iunii α 𝔊ro . . . 𝔅2. = *quam canis excidit.* G = *quam canis excindit.* Cod. Curionis = *quam canis frustum excidit.* 𝔈1. = *quam canis frustum abscidit.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *quam caneis excidit.* Curio ci. = *quam canes* omisso verbo. Rhen. ci. 𝔐 . . . 𝔏4. = *quam canis exta edit.*

de tot ac talibus viris dicam = S. V cod. Iunii 𝔈 . . . 𝔅1. = *de tot acribus viris dicam.* G = *Sed quid dicam de tot artibus viri?* 𝔈1. 2. 𝔑u 𝔅2. = *de tot actibus iuris dicam?* Rhen. ci. = *de tot praestantibus viris* vel *de dodrantibus usuris.* V = *haec referem.*

3. *Nam etiam si* = VSG 𝔈1. 𝔐 . . . 𝔅2. — *Nam.* Rhen. ci. 𝔈2. . . . 𝔊 = *Nam* τῆς ὀργῆς *aegre senescit* ἡ νόσος. Πυργοπολινίκης *iste.* V = *forme agrece nescit ego scio* ENTYCONIK NNAIHC. *Iste quem.* S = *sormea Graece nescit ego scio* ENTYCON TON NYKNNAIHC. *Iste quem.* G = *Phormea Graece nescit ego scio* [sp. vc.] *Iste quem.* Iunius ex cod. suo restituit: *Nam etiamsi* φόρμιγγος *nescit, ego scio,* ἐντύνων τό, Καλλίνικε Ἡρακλῆς. *Iste quem.* Pro φόρμιγγος Fromondus voluit φορμίζειν. Sonntag. ci. = *Etiam si Phormio neces nescit; ego scio:* ἐντοιχὸν κακὸν *nec diis senescit* partim ex Kortii sententia. Koeler ci. = *Etiamsi P. C. oratio mea graece nescit; ego scio* ἕν τι *centum centies. Senecio iste quem.* Cod. Curionis = *formica Graece nescit ego scio* EN TIC ONTO NYKHN ΔIHC. 𝔈1. = *Nam etiam si* [sp. vc.] *Graece nesciat, ego scio* [sp. vc.] *Iste, quem.* Ego scripturam corruptissimam relinquo, qualis propagatur inde ab 𝔐. V = *duas sicilias pronepotes meas.* G = *duas Iulias pro nepotes meas.* 𝔈1. . . . 𝔊 = *ut duas amitas suas proneptes m.* Cod. Curionis + *duas Iulias amitas suas.* Bong. S ∾. G = *cecideret.* V = *unum adnepotem L. Silandum.* G = *L. Sillanum.* 𝔈1. . . . 𝔏4. = *L. Syllanum.* S ∾. V = *Iuppiter.*

Videris, Iupiter an in causa mala, certe in tua sit aequus futurus, et dic mihi. Ita scribendum videntur. S = *Videris Iupiter un in causa mala certe in tua si aecuos futurus est. Dic mihi.* V = *Videris Iupiter an in causa mala certe in tua si haec uos futurus est. Dic mihi.* 𝔈1. 2. = *Videris Iupiter an in tua certe mala venit, si hic inter nos futurus est. Dic mihi.* Cod. Rhen. = *an in cau-*

quemquam ex his quos quasque occidisti, antequam de causa cognosceres, antequam audires, damnasti? hoc ubi fieri solet? in coelo non fit. XI. Ecce Iupiter qui tot annos regnat uni Uolcano crus fregit quem

῾Ρίψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.

et iratus fuit uxori et suspendit illam: numquid occidit? Tu Messalinam cuius aeque auunculus maior eram quam tuus occidisti. Nescio, inquis? Di tibi malefaciant: adeo istuc turpius est, quod nescisti quam quod occidisti. C. Caesarem non desiit mortuum persequi. Occiderat ille socerum, hic et generum. 2
Caius Caesar Crassi filium uetuit Magnum uocari: hic nomen illi reddidit, caput tulit. Occidit in una domo Crassum Magnum, Scriboniam, Tristioniam, Assarionem, nobiles tamen: Crassum uero tam fatuum, ut etiam regnare posset. Cogitate, P. C. quale portentum in numerum deorum se recipi cupiat. Hunc nunc deum facere uultis? Uidete corpus eius dis iratis natum. Ad summam tria uerba cito dicat et seruum me ducat.

sa certe in tua. G𝔈...𝔅2. = *Videris Iupiter, an in causa mala, certe in tua, si* h i c [𝔑u 𝔅2. = *tua! Si* h i c] i n t e r n o s *futurus* e s t. *Dic mihi* (𝔑u 𝔅2. = *futurus* e s t, *dic mihi*). Gron. ci. = *Videris Iupiter, an in causa mala, certe in tua.* I s h i c i n t e r n o s *futurus* e s t? *Dic mihi.* G = *de causa* a g *nosceres.* V = *dampnasti.*

hoc u b i *fieri solet* = S. VG 𝔈1. ... 𝔅2. — *ubi* (partim distinguunt: *solet in coelo? Non fit*). Cod. Curionis = *in coelo non* s i c. Curio ci. = *Hoc fieri solet,* i n q u i s. *In coelo non* s i c vel *non fit.*

Cap. XI.

V cod. Iunii = *regnatum Vulcano.* Iunius ci. = *Ecce Iupiter,* q u o i *tot annos regnatum, Vulcano.* V o l c a n o scripsi cum S. V = ΡΙΥΕΤΤΙΟΔC-ΤΕΤΑΤΩΝΑΤΙΟΒΗΑΥΘΕΤΟΤΟ. G omittit Graeca, sed eorum sedem vacuam servat. 𝔈1. = *fregit,* e t i n L e m n o n c o e l o d e t u r b a v i t, n o n e x t i n x i t. *Iratus fuit.* Vers. Hom. Il. α, 591. G = *cuius* e g o *avunculus.* G = *tibi faciat* om. *male.*

adeo i s t u c = S. VG 𝔈1. ... 𝔅2. = *adeo* i s t u d.

*quod nesc*i s t i = S. V = *turpius est quod* n e s t i. G 𝔈1. ... 𝔅2. = *quod nes*c i s.

C. Caesarem = VS. G + I l l a *G. Caesarem.* 𝔈1. ... 𝔅2. + I s t e *C. Caesarem.*

per sequi = S cod. Curionis 𝔊ro ... 𝔅2. VG 𝔈1. ... 𝔏4. = p r o *sequi.*

2. G = *G. Caesar,* ut solet. S — *Caesar,* quod probo fere. S = *Tristioni* a s. G = *Trist* i m *oniam.* V(cr. ∾) = *Tristioni* a s. 𝔈1. ... 𝔊 = *Scriboniam,* B a s s i o n i a m, *Assarionem* (𝔈1. = *Assar* i o n). VG — *Cogitate ... cupiat.* 𝔈1. ... 𝔊 his annectunt: *Principes pietate et iustitia dii fiunt. Scilicet hic pius et iustus, quoniam Druydarum perfidae gentis Gallicae immanem religionem, a qua cives submoveram, prorsus extirpavit, ut Romae nuptiarum sacra essent, quibus ipse, cum sibi Agrippina nuberet, XXX. Senatoribus innumeris Eq. Rom. mactatis, principium dedit.* quae in mstis non leguntur. V = *Ad summ*a *tria verba.* G = A t *summ*a *tria verba dicat.* Cod. Curionis — *Ad summa ... me ducat.* 𝔈1. 2. — *cito* ante *dicat.* V — *et servum me ducat.* Iunius ex cod. suo legit: *natum ad summ*a. *Tria verba cito dicat. Hunc*

3 Hunc deum quis colet? quis credet? dum tales deos facitis, nemo uos deos esse credet. Summa rei, P. C. si honeste inter uos gessi, si nulli durius respondi, uindicate iniurias meas. Ego pro sententia mea hoc censeo. Atque ita ex tabella recita-
4 uit: Quandoquidem diuus Claudius occidit socerum suum Appium Silanum, generos duos, Magnum Pompeium et L. Silanum, socerum filiae suae Crassum, frugi hominem, tam similem sibi quam ouo ouum, Scriboniam socrum filiae suae, uxorem suam Messalinam et ceteros, quorum numerus iniri non potuit: placet mihi in eum seuere animaduerti nec illi rerum iudicandarum uacationem dari eumque quamprimum exportari et coelo intra triginta dies excedere, Olympo intra diem tertium. Pedibus in hanc sententiam itum est. Nec mora, Cyllenius illum collo obtorto trahit ad inferos,

Illuc unde negant redire quemquam.

XII. Dum descendunt per uiam sacram, interrogat Mercurius quid sibi uelit ille concursus hominum, num Claudii funus esset? Et erat omnium formosissimum et inpensa cura, plane ut scires deum efferri: tibicinum, cornicinum, omnis generis aeneatorum tanta turba, tantus concentus, ut etiam Claudius audire

Deum vel ci. = *dicat, in nervum me ducat.*

3. *quis credet? dum tales* = VSG Dal. 𝔈1. + *quis credet in eum? denique dum tales.* 𝔈2. ... 𝔅2. + *quis credet? denique dum tales.* V = *si nulli clarus respondi.* S = *si nulli clarius respondi.* G = *si nulli durus respondi.* V = *ego praesen* [s *tia mea*] *hoc censeo.* G = *Ergo praesentia mea hoc censes.*

4. V = *Quanto quidem.* 𝔈1. ... 𝔊 = *consocerum suum.* V = *Appiam* [s *u*] *Sillanum.* G𝔈1. ... 𝔏𝔍u = *Appium Syllanum.*

Magnum Pompeium = VSG. 𝔈1. ... 𝔅2. = *Pompeium Magnum.* V = *L. Sillanum.* G 𝔈1. ... 𝔏𝔍u = *L. Syllanum.* V = *socerum filiae suae Grassum.* G = *Scriboniam socerum.*

uxorem suam Messalinam = VSG. 𝔈1. ... 𝔅2. = *Messalinam uxorem suam.* V 𝔈1. ... 𝔊 = *numerus inveniri non potuit.* G = *numerus non inveniri potuit.* S ∾. Vm cod. Curionis 𝔐 ... 𝔏𝔍u = *vocationem dari.* Curio ci. = *advocationem dari.* S = *vocationem dare.* G = *vindicandarum vocacinem dari.*

intra triginta dies = VG (hic scribit XXX.). S = *inter triginta dies.* 𝔈1. ... 𝔅2. = *intra dies XXX.* (𝔈1. 2. = *exportari coelo. intra dies XXX, excedere olympo, intra diem terras.* correxit Iunius). V = *Cillemus* (s *Cillenius*). VS 𝔈1. ... 𝔊 = *ad inferos a caelo unde negant redire quemquam.* G = *ad inferos a celo unde redire negant q.* Versus est Catulli III, 12.

Cap. XII.

G = *descendit.* G — *ille* ante *concursus.* Ruhk. *num* suspectum habet.

et inpensa cura, plane ut scires = S. VG 𝔈1. ... 𝔅2. = *et impensa cura plenum, ut* [G = *ubi*] *scires.*

omnis generis = VSG. 𝔈1. ... 𝔅2. + *omnisque generis.*

aeneatorum = ci. Rhen. 𝔈2. ... 𝔅1. 2. probat Orell. VSG cod. Rhen. αeh 𝔑u = *senatorum.* Cod. Iunii 𝔈1. = *sonatorum.* probat Sonntag.

tantus concentus = ci. Lips. ed.

posset. Omnes laeti, hilares, populus Romanus ambulabat tamquam liber. Agatho et pauci causidici plorabant, sed plane ex animo. Iurisconsulti e tenebris procedebant, pallidi, graciles, uix animam habentes, tamquam qui cummaxime reuiuiscerent. Ex his unus cum uidisset capita conferentes et fortunas suas deplorantes causidicos, accedit et ait: Dicebam uobis, Non semper Saturnalia erunt. Claudius ut uidit funus suum, intellexit se mortuum esse. Ingenti enim μεγαληγορίᾳ naenia cantabatur anapaestis:

Fundite fletus,
Edite planctus,
Fingite luctus,
Resonet tristi
Clamore forum:
Cecidit pulchre
Cordatus homo
Quo non alius
Fuit in toto
Fortior orbe.
Ille citato
Uincere cursu
Poterat celeres,
Ille rebelles
Fundere Parthos
Leuibusque sequi
Persida telis
Certaque manu
Tendere neruum.
Qui praecipites
Uolnere paruo
Figeret hostes
Pictaque Medi
Terga fugacis.
Ille Britannos
Ultra noti
Litora ponti
Et caeruleos
Scuta Brigantas
Dare Romuleis
Colla catenis
Iussit et ipsum
Noua Romanae
Iura securis
Tremere Oceanum.
Deflete uirum

Tauchnit. probat Orell. VSG = 𝔈1. ... 𝔅2. = *tantus conventus.* V (cr. ∾) = *populus Romanus ambulare.* Rhen. ci. = *iubilabat tanquam liber.* Iunius ci. = *Matho et pauci.*
animam habentes = VSG. 𝔈1. ... 𝔅2. = *habentes animam.* V 𝔈1. ... 𝔊 = *tum maxime.* G = *tunc maxime.* In cod. Rhen. hic erat lacuna. S ∾. S = *revivescerent.* G = *capita referentes.* V = *ingenti* ΜΕΓΑΛΟΧΟΡΙΚΩ *naenia.* Cod. Iunii = μεγαλογοριχω. Rhen. ci. 𝔈2. = *ingenti enim* ἐπιτάσει χορικῶς *Nenia.* α = μεγαλω χοριχονενια *cantabatur.* G 𝔈1. spatium vacuum habent. S Iunius ci. ∾. G = *anapaestus.* v. 3. G = *fingite mugitus.* Cod. Rhen. = *Fugite mugitus.* Rhen. ci. = *Iungite questus.* VS cod. Curionis haec omittunt. v. 7. V cod. Rhen. αe = *Cordatus iano.* Rhen. ci. = *Cordatus Sino.* h = *Cordatus avo.* v. 8. sV = *Qui non alius.* G = *Quod non alius.* v. 13. = *celeris.* v. 17. G = *Presidia telis.* v. 22. G = *Fingeret hostes.* v. 24. G = *terga fugatis.* v. 29. Iunius ci. 𝔈𝔊 = *Cute Brigantas.* Scalig. ci. = *Scotobrigantas.* v. 36. V = *Defletu virum.*

Quo non alius *Potuit citius*
Discere causas *Una tantum*
Parte audita, *Saepe et neutra.*
Quis nunc iudex *Toto lites*
Audiet anno? *Tibi iam cedet*
Sede relicta *Qui dat populo*
Iura silenti *Cretaea tenens*
Oppida centum. *Caedite moestis*
Pectora palmis, *O causidici,*
Uenale genus. *Uosque poetae,*
Lugete noui *Uosque in primis*
Qui concusso *Magna parastis*
Lucra fritillo.

XIII. Delectabatur laudibus suis Claudius et cupiebat diutius spectare. Inicit illi manum Talthybius deorum nuntius et trahit capite obuoluto, ne quis eum possit agnoscere, per campum Martium et inter Tiberim et Uiam Tectam descendit ad inferos. Antecesserat iam conpendiaria Narcissus libertus ad patronum excipiendum et uenienti nitidus, ut erat a balneo, occurrit et
2 ait: Quid di ad homines? Celerius, inquit Mercurius, et uenire nos nuntia. Ille autem patrono plura blandiri uolebat. quem Mercurius iterum festinare iussit et uirga morantem inpulit. Dicto citius Narcissus euolat. Omnia procliuia sunt, facile descenditur. Itaque, quamuis podagricus esset, momento temporis peruenit ad ianuam Ditis: ubi iacebat Cerberus uel ut ait Horatius, *belua centiceps* [sese mouens uillosque horrendos

v. 37. V = *Qui non alius.* v. 39. = *Dicere causas.* v. 42. V — *et* ante *neutra.* v. 46. V = *Tibiam cedet.* Cod. Curionis = *Tibi iam cedit.* probat Grut. v. 55. V = *Venenale genus.* v. 57. G = *Lugite novi.*

Cap. XIII.

V = *inicit illa manum.*

deorum nuntius = VSG codd. Ruhk. 𝔈1. ... 𝔅1. Amicus Grut. ℜu 𝔅2. — *nuntius.* probat Gron. G = *per Martium campum.*

et Viam Tectam = VSG cod. Iunii αeh 𝔊ro ... 𝔅2. 𝔈1. ... 𝔏4. = *et viam rectam.*

conpendiaria = VS cod. Iunii. G𝔈1. ... 𝔅2. + *compendiaria via.* V G = *Narcisus.* 𝔈1. ... 𝔊 + *libertus dominus domini* contra mstos etiam Rhen.

a balneo = VG. S (?) 𝔈1. ... 𝔅2. = *a balineo.*

2. G — *Celerius ... inpulit.* α ℜu 𝔅2. + *Celerius i.* 𝔈1. ... 𝔊 + *Celerius praecedito.* VS ∾. VS cod. Iunii — *Ille autem ... inpulit.* de quibus vide.

proclivia = VSG cod. Curionis 𝔈1. 2. 𝔈 ... 𝔅2. = *procliva.* Trist. = *perclivia.* G + *momento tamen temporis.* G = *iacebat Cerberus vel ut ait Oratius centiceps. Pusillum* rell. om. 𝔐 ... 𝔅1. = *ubi iacebat, ut ait*

excutiens]. pusillum subperturbatur (albam canem in deliciis habere adsueuerat) ut illum uidit canem nigrum uillosum, sane non quem uelis tibi in tenebris occurrere. et magna uoce, 3
Claudius, inquit, ueniet. Cum plausu procedunt cantantes: *Εὑρήκαμεν, συγχαίρωμεν.* Hic erat C. Silius Cos. designatus, Iunius Praetorius, Sex. Trallus, M. Heluius Trogus, Cotta, Uectius Ualens, Fabius, Equ. Rom. quos Narcissus duci iusserat. Medius erat in hac cantantium turba Mnester Pantomimus quem Claudius decoris causa minorem fecerat. Ad Mes- 4
salinam cito rumor percrebuit Claudium uenisse: conuolant primi omnium liberti Polybius, Myron, Harpocras, Amphaeus,

Horatius, b. c. Lips. ci. + *Cerberus triceps.* VSα ∾ .(scribunt tamen VS *Oratius*). VSG cod. Rhen. omnes Parr. — *sese movens villosque horrendos excutiens.* quae, cum Senecae non esse videantur, uncis circumdedi. V = *pusyllum subperturbatur.* S = *pusiltum perturbatur* [= f] *sub albam.* Cod. Rhen. cod. Curionis eh = *pusillum superturbatur.* G Harl. ∾. 𝔈1. . . . 𝔊 + *ut illum vidit canem nigrum* (*nam albam in deliciis* contra mstos etiam Rhen. Iunii (cod. Rhen. = *album canem.* G = *albam carnem*). Haec autem infra omittunt.

adsueverat = VS cod. Iunii. Cod. Rhen. 𝔈1. ... 𝔊 = *consueverat.* 𝔐 ... 𝔅2. = *consuerat.* G = *habere solebat.* G = *magnum vilosum.*

sane non quem velis = VS cod. Iunii. 𝔈1. 2. = *consueverat, ille autem totus informis est, nec quem velis tibi.* 𝔈𝔊 = *consueverat*) *villosum sane, quem non velis.* G𝔐 ... 𝔅2. = ∾ *quem non velis* (𝔐 ... 𝔅1. = *sane: quem non*). Cod. Rhen. = *sane nunquam velis.*

3. *et magna voce, Claudius, inquit, veniet* = VG cod. Rhen. cod. Iunii. S = ∾ *venit et.* 𝔈1. . . . 𝔅2. = *Et magna inquit voce: Claudius Caesar venit.* Orellius retinendum censet *Caesar.*

Cum plausu procedunt = VSG. 𝔈1. ... 𝔅2. + *Ecce extemplo cum plausu pr.* V = ΕΙΡΗΚΑΜΕΝ-ϹΥΝΧΑΠΡΩΜΕΝ. Cod. Iunii 𝔈𝔊 = ἡ ρ ή καμεν, συγχαίρωμεν. α = ϑιρηκαμεν συγχαίρωμεν. G 𝔈1. 2. spatium vacuum habent. V = *Hic erat Consilius* [= S] *consul designatus unus pretorius.* G = *Hic erat* [m *Consilius*] *consul des.* [cod. Rhen. =] *unus pr.* 𝔈1. . . . 𝔊 — *C. Silius.* Lips. ci. = *Sex. Traulus.* G = *M. Nelius Tergos Colta.* 𝔈1. ... 𝔊 = *Trogus, Coriotectus, Valens.* S = *Cotta Tettius.* V cod. Rhen. 𝔐 . . . 𝔅1. = *Cotta Tectus, Valens.* Lips. ci. 𝔑u 𝔅2. ∾. V = *quos narciosum duci* [m = *narcius ducius*] *cusserat.* V = *in turba nre pantomimus.* Gα𝔈1. = *noster pantomimus.* Rhen. ci. 𝔈2. = *Nestor pantomimus.* S Iunius ci. ∾. V = *quam Claudius.* Rhen. ci. = *quem Caius minorem.* Cod. Curionis + *et minorem et monitorem.*

4. *Ad Messalinam* = VSG. 𝔈1. = *Nec non Messalinam.* 𝔈2. ... 𝔅2. + *Nec non ad Messalinam.* G = *rumor percrevit.* 𝔈 . . . 𝔏4. = *rumor percrepuit.* Cod. Iunii Trist. 𝔈1. = *rumor percrebruit.* VS cod. Curionis ∾.

convolant primi omnium = S. G = *Convalarunt primum omnium.* Cod. Rhen. = *Convolarunt omnium liberti.* Rhen. ci. = *Convolarunt obviam liberti.* V 𝔈1. . . . 𝔅2. = *Convolarunt* [𝔈1. = *Convolarant*] *primum omnium l.* V = ∾ *Arpocras* ∾ *Pheronattus quos.* S = ∾ *Pheronactus quos.* G = ∾ *Arpocras* ∾ *Pheronactius quos.* Cod. Rhen. = ∾ *Arropas* ∾ [cod. Iunii

Pheronactes quos Claudius omnes, ne ubi inparatus esset, praemiserat. deinde praefecti duo, Iustus Catonius et Ruffus Pompeii F. deinde amici, Saturnius Luscius et Pedo Pompeius et Lupus et Celer Asinius, consulares. nouissime fratris filia, sororis filia, generi, soceri, socrus, omnes plane consanguinei. et agmine facto Claudio occurrunt. quos cum uidisset Claudius, exclamat, *Πάντα φίλων πλήρη*. Quomodo uos huc uenistis? Tum Pedo Pompeius: Quid dicis, homo crudelissime? Quaeris, quomodo? Quis enim nos alius huc misit quam tu, omnium amicorum interfector? In ius eamus: ego tibi hic sellas ostendam. XIV. Ducit illum ad tribunal Aeaci: is lege Cornelia quae de sicariis lata est quaerebat. postulat, nomen eius recipiat, edit subscriptionem: Occisos Senatores XXX, Equites R. CC. ceteros CCXXI. *ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε.* [Exterritus Claudius oculos undecumque circumfert, uestigat aliquem patronum qui se defenderet.] Aduocatum non inuenit. Tandem procedit P. Petronius, uetus conuictor eius, homo

=] *Pheronattus quos.* Ruhk. dicit cum cod. Iunii αh. 𝔈1. ... 𝔊 = *Myron, Ampyronas, Ampaeus, Pheronas, Posides hasta pura insignis, Felix cum Pallante fratre, Harpocras, Polybius, quos.* 𝔐 ... 𝔅2. + *et Pheronactes* contra mstos.

quos Claudius omnes = VSG cod. Iunii αh 𝔈𝔊. 𝔈1. 2. = *quos omnes Claudius.* 𝔐 . . . 𝔅2. — *Claudius.*

ne ubi = V (V = *imperatus*). S (?) G cod. Iunii 𝔐 ... 𝔅2. = *nec ubi imparatus esset.* 𝔈1. 2. = *Quaestoriis Praetoriisque muneribus ubi impertitus esset praemiserat.* 𝔈𝔊 = *quaestoriis, praetoriisque muneribus nec ubi imperitus esset, praemiserat.* S = *Iustus Catonis et Rofium* [s.m. *Rufium*] *pomfilius.* G = *Rufius Pomp. f.* VS = *Saturninus Lusius.* G = *Saturnius Lusius.* G = *Pompeius et Lucius.* V = *Celer Asinus.* G𝔈1. = *Celer asinus.*

5. *generi, soceri* = VSG 𝔈1. . . . 𝔊. 𝔐 ... 𝔅2. = *gener, socer.* Rhenanus ex dubiis cod. sui ductibus fecit πάντας φίλους ὁρῶ. G 𝔈1. 2. spatium habent vacuum. VS cod. Iunii cod. Curionis ∾. S — *vos* post *Quomodo.* G = *Quomodo quaeris. quis enim alius nos.* V + *interfector ὁ in ius eamus.* Cod. Rhen. — *In ius*, sed aliquid vacui habuit. VSG cod. Rhen. cod. Iunii Dal. Trist. αh = *stellas ostendam.* Iunius ci. = *stelas ostendam* vel *sitellas ost.*

Cap. XIV.

V = *ad tribunal Eacii.* G = *postulabit.*

nomen eius recipiat = VS cod. Iunii. G = *nomen eius accepit.* 𝔈1. . . . 𝔊 = *nomen eius recipit.* 𝔐 . . . 𝔅2. = *nomen eius recipi.* sV = *cedit subscriptionem.*

Equites R. CC. ceteros CCXXI. = S. V = *equites R. V. ceteros CCXXI.* G = *equites R. quinque ceteros.* Rhen. ci. = *Equites Romanos CCXXI. ceteros ὅσα.* 𝔈1. . . . 𝔅2. = *Equites Rom. CCCXV. atque plures, ceteros CCXXI* (ℜu𝔅2. = *ceteros cives,* ὅσα ex ci. Sonntagii). V = OCAYAMAΘOCTEKONICTE. Versus Hom. Il. ι, 305. G 𝔈1. spatium vacuum habent. VSG cod. Rhen. — *Exterritus . . . defenderet.* quae ut suspecta uncis sepsi. G = *Tandem praecedit.* V = *eius convictor.* G = *coniector eius.*

Claudiana lingua disertus, et postulat aduocationem. Non datur. Accusat Pedo Pompeius magnis clamoribus. Incipit pa- 2
tronus uelle respondere. Aeacus, homo iustissimus, uetat. illum altera tantum parte audita condemnat et ait, *Εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο.* Ingens silentium factum est. Stupebant omnes nouitate rei adtoniti: negabant hoc umquam factum. Claudio iniquum magis uidebatur quam nouum. De genere poenae diu disputatum est, quid illum pati oporteret. Erant qui dicerent, si uni di laturam fecissent, Tantalum siti 3
periturum, nisi illi succurreretur: non umquam Sisyphum onere releuari, aliquando Ixionis miseri rotam sufflaminandam. Non placuit ulli ex ueteranis missionem dari, ne uel Claudius umquam simile speraret. Placuit nouam poenam constitui debere, excogitandum illi laborem inritum et alicuius cupiditatis species sine fine et effectu. Tum Aeacus iubet illum alea ludere pertuso fritillo. et iam coeperat fugientes semper tesseras quaerere et nihil proficere.

V = *dissertus.*

2. *Incipit patronus* = VSG 𝔈𝔖. 𝔈1. 2. = *Incipit P. Petronius.* 𝔐 ... 𝔅2. = *Incipit Petronius.* G = *iustissimus iudicat.* S + *et illum.*

altera tantum = VSG 𝔈1. ... 𝔖. 𝔐 ... 𝔅2. = *tantum altera.* V = ΔΙΚΕΤΑΙϹΤΑΕΡΕΞΑϹLΚΗΕΥΘΙΛΕΝΟΠΟ. Iunius ex cod. suo profert: Δίκη τ' ἄϊστα ὁρᾷ καὶ ἀελπῆ εὐθύνει νόμος vel νόμῳ. Ipse olim voluit: δίκαιος ἂν ᾖς, δικαίῳ χρήσῃ νόμῳ. G 𝔈1. 2. spatium vacuum habent. S cod. Curionis Parr. ∾. Legitur hic versus etiam apud Aristot. Eth. ad Nic. V, 8. Bekk. ubi scholiastes eum Hesiodi esse docet.

3. S = *sium diu laturam fecissent.* 𝔈1. ... 𝔖 = *si minus dii latura fecissent.* Iunius ci. = *si uni dilaturam fecissent.* Alciatus ci. = *si ullam dilaturam fecissent.* Curio ci. = *si unius diei iacturam fecissent, Tantalum* vel *non alienum videri, si unius diei iacturam fecissent. Tantalum.* Rhen. ci. = *semidei larvam facesseret.* Fromond. ci. = *si minus immortalem dii naturam fecissent.* Gron. ci. = *si uni dii gratiam fecissent.* Orell. ci. = *Tityum iam diu vultures pavisse, Tantalum siti periturum, nisi illi succurreretur, non unquam Sisyphon onere relevari* etc. VG cod. Rhen. cod. Iunii ∾. Locum desperatum relinquo. VSG cod. Rhen. — *non umquam . . . relevari.* Sed Senecae esse censet Orell. Curio ci. = *relevandum* aut + *relevari oportere.* Rhen. ci. = *rotam sublaminandam.* V = *illi ex veteris missionem.* SG = *ulli ex veteribus.* Cod. Iunii = *ulli ex veteris.* Iunius ci. = *ulli ex veteri S. C.*

constitui debere, excogitandum = VSG cod. Rhen. cod. Iunii. 𝔈1. ... 𝔅2. = *excogitari debere, instituendum.* V = *et alicuus* [𝔈1. 2. =] *cupiditatis spes sine fine effectus.* S = *cupiditatis spes sine effectu.* G = *cupiditatis spes sine fine et effectus.* Etiam αabcf = *spes.* Rhen. ci. = *cupiditatis specimen sine effectu.* G = *Tum Aeacus ubique illum alia ludere.* VG 𝔈1. = *percusso fritillo.* G = *et nihil perficere.*

XV. *Nam quotiens missurus erat resonante fritillo,*
Utraque subducto fugiebat tessera fundo.
Cumque recollectos auderet mittere talos
Lusuro similis semper semperque petenti,
Decepere fidem: refugit digitosque per ipsos
Fallax adsiduo dilabitur alea furto.
Sic cum iam summi tanguntur culmina montis,
Inrita Sisyphio uoluuntur pondera collo.

Adparuit subito C. Caesar et petere illum in seruitutem coepit: producit testes qui illum uiderant ab illo flagris, ferulis, colaphis uapulantem. Adiudicatur C. Caesari. Caesar illum Aeaco donat. is Menandro liberto suo tradidit, ut a cognitionibus esset.

Cap. XV.

v. 1. G ℭ1. = *Iam quotiens.* v. 2. G (m∾) = *Vitaque subducto.* v. 3. V = *Cumque collectos.* v. 4. G = *Lusuros similes.* v. 5. V = *Decipere fidem.* v. 8. V = *Inrita sisifilo.* S = *Coepit producere testes.* G = *qui illum videant.* V (s∾) = *ab illa flagris.*

Adiudicatur C. Caesari. Caesar illum Aeaco donat. is Menandro. Sic scribendum videtur. S = *adiudicatur C. Caesari Caesar illum eaco donatus Menandro.* V cod. Iunii = *Adiudicatur C. Caesar illum eaco* [V s.m. = *eacon*] *donat is Menandro.* G = *Adiudicatur G. Caesari. illum Eacus donat. is illum Menandro.* αabc = *Abiudicatur* [ℭ1. ... 𝔊 =] *C. Caesari, illum Aeacus donat. Is etc.*

ut a cognitionibus esset = VS Bong. cod. Iunii. G = *ut a cognationibus esset.* ℭ1. ℭ𝔊 = *ut a cognitionibus abesset.* ℭ2. = *ut a cogitationibus abesset.* 𝔐 ... 𝔅2. + ∾ *ei esset.* V subscribit haec: *Damnabis numquam longum post tempus amicum Mutavit mores sed pignora prima memento.* S = *Divi Claudii. Explicit. Apotheosis. Annei. Senecae. Per Saturam* (omnia maiusculis sunt scripta). G = *Ludus Senecae de morte Claudii Neronis finit foeliciter. Lucii Annei Senecae Satira de Claudio Caesare Finit foeliciter.*

FRAGMENTA
E SCRIPTIS SENECAE DEPERDITIS.

EX SCHEDIS PAULI SADOLETI.

(Arnaud du Ferron in Cons. Burdigal. II. p. 111.)

[DE MATRIMONIO.]

Cordubenses nostri, ut maxime laudarunt nuptias, ita qui sine his conuenissent, excluserunt cretione hereditatum, etiam pactam ne osculo quidem, nisi Cereri fecissent et hymnos [*hymenaeos* *)] cecinissent, attingi uoluerunt. Si quis osculo solo octo parentibus aut uicinis non adhibitis attigisset, huic abducendae quidem sponsae ius erat, ita tamen ut tertia parte bonorum sobolem suam parens, si uellet, multaret.

L. ANNAEI SENECAE FRAGMENTA A NIEBUHRIO EX MEMBRANIS BIBLIOTHECAE VATICANAE EDITA ROMAE 1820.

[DE AMICITIA.]

I. [*il*] le tristior quam solebat o . . ru . ille . . si . . . . ne . . . in ad . . . . a quaerentem. erm . . . . t. ni. se . . gres. r. ae fecit . . . . ter alteri . . . . dit a . . . . ses . . . . plus . . . . hi. conquesturus uenit: at contra se adfuit et satisfacienti satisfecit: non minus hic sollicitus fuit ne fecisse uideretur iniuriam quam ille ne accepisse: aut certe nihil resedit quod serperet, sed in medium dedit uterque offensiones suas, et alter ab altero quidquid latebat expressit. Familiare iurgium non iudicem sed arbitrum quaerit, nihil autem

---

*) Ita emendat Schultzius Kilon.

componitur inter absentes, nec tuto epistulis omnis querella committitur, et inexplorata fronte, per quam produntur animi, incertum est quam simpliciter detegatur ira, quam fideliter desinat. Sic amico iudica*turus amicus* a praesente *secun*dum absentem det.

Quisquis re consulta ri.... contrahat plurimum operis facit: in rem praesentem perducat amicum. Quemadmodum multa quorum in tenebris audacia est, luce prohibentur; ita, quae absentes inritant et concitant, ad praesentiam non ferunt. Optimum est itaque, etiam si quid neglegentius praetermissum est ....bu. an. u. factum ere ..... conputatum . . . verbi ..... in id tempus...niq . o possit.... nob . le . . le re .... ne pens ad . . nari . . si . *p* ra *e* terea *sinceram ami*citiam decet ut sine cicatrice sanetur.

Quaeramus a uenientibus quid absentes agant, debitoribus illorum instemus, creditoribus respondeamus, inimicis resistamus: si aut — — —

II. quaeritis: itaque momento amicitiae uestrae exolescunt quarum mens aut animus pignus est.

Una peregrinatio eradit animo ius omne: si uero longior haec est et longinquior, excidit notitia quoque, non tantum amicitia. Quod ne possit accidere, omni opera sistamus, et fugientem memoriam reducamus: utamur, ut in prima parte dicebam, animi uelocitate, neminem a nobis amicum abesse patiamur, in animum subinde nostrum reuertantur futura nobis promtu, iam ut praeterita repetamus: sic ille manus, sic ora ferebat: imago effingatur animo notabilis et e uiuo petita, non euanida et muta. Sic ille manus, sic ora ferebat: adiciamus illa quae magis ad rem pertinent: sic loquebatur, sic hortabatur, sic deterrebat, sic erat in dando consilio expeditus, in accipiendo paratus, in mutando non pertinax: sic solebat beneficia liberaliter dare, patienter perdere, sic properabat benignitas eius, sic irascebatur, eo uultu ab amico uincebatur, quo solent uincere: ceteras uirtutes pererremus, in harum usu tractatuque uersemur: et, si plures eodem tempore absunt, uelut sparsa pluribus locis membra familiaritatis nostrae colligamus: nunc hic, nunc ille in ore animoque sit, ubi . . e. ius . . si . . hui . nempe nes: nulla ta*n*tum possit uetustas ut memo-

riam amicitiae ... dae ... sic nun........lum est..... liae es. se interdu .. cu fati solet iniram est quam ualde illum amèm conscientia ea con.....

III. — [*notitia animi esse cer*]tior debet, quia uultus incertus est. Magnos humanum pectus recessus habet: quod *vultu* quo placet virtus eo fraus adumbratur, et cogitationibus pessimis facies benignissima obducitur: nec facile nisi peritus intellegas quid intersit inter animum amici et colorem. Hoc sibi quisque proponat quo minus facile fucatis capiatur officiis: rara est amicitia: uulgaris aut exposita ut inplere totas domus possit uulgo sibi homines persuasere. An aurum ingenti opera tegi creditis, cuius ubique quaesiti vix sub aliquo monte vena deprehenditur; amicum autem ubique inueniri, sine ullo labore, sine ulla inuestigatione? Quid enim tam simplex apertumque est? Atqui non tam in alto latet aurum argentumque — — —

Incipit eiusdem Annaei Senecae de uita patris feliciter: scribente me..... die et lo[*co*] *s*[*upra*] *s*[*cripto*].

Si quaecunque conposuit pater meus et edi uoluit iam in manus populi emisissem, ad claritatem nominis sui satis sibi ipse prospexerat: nam nisi me decipit pietas, cuius honestus etiam error est, inter eos haberetur qui ingenio meruerunt ut puris *scriptorum* titulis nobiles essent. Quisquis legisset eius historias ab initio bellorum ciuilium, unde primum ueritas retro abiit, paene usque ad mortis suae diem, magni aestimaret scire quibus natus esset parentibus ille qui res Roma[*nas*] —